ORIENTALIA.

ORIENTALIA.

EDENTIBUS

T. G. J. JUYNBOLL, T. ROORDA,
H. E. WEIJERS.

VOLUMEN I.

AMSTELODAMI,
APUD JOHANNEM MÜLLER.
1840.

TYPIS C. A. SPIN.

MEMORIAE

OPTIMI PRAECEPTORIS NOSTRI

HENRICI ARENTII HAMAKERI

S.

T. G. J. JUYNBOLL, T. ROORDA, H. E. WEIJERS

LECTORI SALUTEM.

Non postulabis, ut multis tibi propositum nostrum conjuncto labore hoc opus edendi explicemus. Quos enim primum Academicae vitae familiaritas, ac deinde tum sincera usque amicitia, *tum* publici muneris aequalitas communisque ex Hamakeriâ Scholâ originis honor, dulcissimo vinculo copularunt, his non miraberis in mentem venisse, nt monumentum quoddam necessitudinis snae, dilectissimi Praeceptoris memoriae consecratum, conderent. Et quibus nihil antiquius et sanctius est, quam ut prisca Batavorum in Litteris Orientalibus gloria digne sustineatur; quos Hamakeri institutio et exemplum nobilissimo fervore incenderunt, ut ad eam disciplinam augendam omnes animi et corporis vires converterent, mandatamque sibi provinciam strenue et alacriter gererent, hi senties quî nolle non potuerint, nt in suâ quoque patriâ thesaurus quidam exstaret, in quo et ipsi ea conjunctim deponerent, quae, subsecivis horis parata, nec diutius vellent neglecta jacere, nec commode separatim edi posse censerent; et in quem aliis etiam copiam facerent talia conferendi, quae his luce digna, ipsis non indigna, viderentur.

Omnia igitur, quae ad *Orientem* et ad *Orientales Litteras* illustrandas spectant, in hoc opus recipi poterunt: ipsi quidem uti operam nostram praecipue in *Semiticis* Litteris ponimus, ita hîc quoque intra eam maxime partem latissimae illius disciplinae nos continebimus; aliis tamen liberum erit, quam velint partem sibi tractandam sumere, modo ut scriptiones, quas nobis offerre dignentur, accuratae eruditionis notâ se commendent, animique stu-

dium prae se ferant ad veritatem acriter et severe indagandam intentum. Unum quod excludimus illud est scriptionum genus, quae in novorum librorum argumento simpliciter exponendo, aut etiam in pretio eorum dijudicando, versantur; contra vero, quibus copia erit, aliorum, sive antiquiorum sive recentiorum, labores, in Arabicis aut Syriacis aut aliis quibusvis Orientalibus libris edendis convertendisve positos, Codicibus collatis iteratâve lectione insignem in modum corrigendi, horum animadversiones, ad Litterarum utilitatem accommodatissimas, quam maxime libenter accipiemus.

Quod ad linguam attinet, quâ in hoc opere nobis utendum videatur, ipsi quidem Latinam optavimus, partim quod haec ab omnibus eruditis intelligitur, partim quod Neerlandis, quibus hoc sane minus fortunatum est, quod non patrio sermone, angustioribus locorum finibus incluso, de quovis argumento scribere possint, fere facilius est, Latinâ quam recentiori quâpiam Europaeâ linguâ mutuandâ isti necessitati servire. Si tamen aliis, sive e popularibus nostris, sive ex exteris, magis placeat, Francico aut Germanico aut Anglico aut Italico sermone uti, his suam cuique optionem relinquemus; sic judicantes, in Litterarum republicâ id inprimis spectandum curandumque esse, ut quae quisque cogitaverit, ea sic ut facillime accuratissimeque possit, enuntiet. Quare in hoc ipso volumine jam nonnullae paginae, Germanice scriptae, se offerunt, quae neque humanum nec vero etiam utile censebamus, cogere ut in Latinam speciem transformarentur.

De modo hujus operis nihil definire, quam semel promissa non servare, malumus: sequentur plura volumina, majoribus minoribusve intervallis, pro eo ut tum per nostrum nobis otium, tum per aliorum, probabiles scriptiones conferentium, opem, tum praecipue per honestissimi bibliopolae voluntatem, qui satis sumtuosam editionem suo periculo suscipere non detrectavit, integrum erit.

Quae hoc primo volumine continentur, de his paucis absolvere possumus. Si quid ipsi de nostris libellis praefandum habebamus, singuli suo loco id in medio posuimus. Praeter hos duo tantum sunt, qui aliis auctoribus accepti referuntur.

Alter, quem velut pro bono omine in ipso introitu collocandum putavimus, optimo Hamakero debetur. Extremo vitae tempore hanc *de pluralibus Arabum et Aethiopum irregularibus* commentationem inchoavit, praematurâque morte oppressus ad finem perducere non potuit. Quem tamen ipse editioni destinaverat et maximi se facere haud semel nobis ostenderat, hunc, etsi imperfectum, laborem nos non dubitavimus eruditorum reipublicae impertiendum esse, ut nihil, quod ex tanti viri haereditate in publicam lucem posset proferri, paucorum tantum oculis et usui pateret. De pretio, quod huic, doctae sane et acutae, disputationi de gravissimo Grammaticae Arabicae loco constituendum sit, alii explicatius judicent: nostram pietatem dedeceret censura.

Altera scriptio est Josephi Dernburgi, docti Judaei, qui in Academiâ Bonnensi Litterarum studiis, duce etiam Freytagio, excultus, deinde Amstelodamum habitatum venit, nobisque ardorem suum ad disciplinam quam profitemur intentis viribus persequendam, eximium in modum probavit. Hunc ejus libellum nescimus fere cur potius in hoc opus receperimus: utrum, quod gratum nobis et volupe esset, hominem Judaeum de istiusmodi argumento prudenter et cum curâ disserentem audire; an, quod ipsa disputatio eam certe acuminis habere laudem videretur, ut aliis fortasse novam ad verum olim videndum viam patefacere posset. Dolemus tamen, quia duo ferme anni exacti sint, ex quo Dernburgi commentatio typis exprimeretur, hoc temporis intervallo de eâdem quaestione rursus nonnulla, et bene quidem subtiliterque, scripta esse, quorum ratio hîc nondum haberi potuerit.

Lugduni Batavorum, mense Julio anni 1840.

CONTINENTUR HOC VOLUMINE:

COMMENTATIO

DE

PLURALIBUS ARABUM ET AETHIOPUM IRREGULARIBUS,

QUI

A GRAMMATICIS VULGO FRACTI APPELLARI SOLENT:

AB

H. A. HAMAKERO

EDITIONI DESTINATA, AT IMPERFECTA RELICTA.

COMMENTATIO

DE

PLURALIBUS ARABUM ET AETHIOPUM IRREGULARIBUS,

QUI A GRAMMATICIS VULGO FRACTI APPELLARI SOLENT.

Cogitanti mihi saepenumero de difficilioribus linguae Arabicae quaestionibus, easque cum docendo, tum meditando identidem retractanti, de compluribus rebus ad Grammaticam pertinentibus peculiaris quaedam opinio enata est. Jam, quid de reliquis censeam, alia forsitan opportunitas declaret; ad praesentem vero disputationem eam nostrae disciplinae partem seligendam existimavi, quae maximi esse videtur momenti ad interiorem linguae intelligentiam, et omni aevo ab artis magistris minime intellecta est. Quaestionem dico *de pluralium, qui vulgo fracti vocantur, natura, origine et usu.* Qui rem ad praesens usque tempus praeceptis illustrarunt, hi solum usum spectarunt, monentes, quae formae plurales a quibusnam ducerentur singularibus; at de illarum formarum natura et origine investiganda parum solliciti fuerunt. Sic autem illarum plerique existimabant, formis illis pluralibus peculiarem contineri sermonis Arabici anomaliam, quam

nec reliquarum ejusdem stirpis dialectorum, nec aliarum linguarum analogia illustraret. Quodsi Jobus Ludolfus, qui primus linguae Aethiopicae eruditionis suae lucem intulit, plures nostra aetate in hoc studio successores habuisset ex eorum numero, qui suo jure literarum Orientalium principes habentur, illius opinionis temeritas dudum eruditorum animis exemta fuisset. Nam in ista quoque dialecto, quam merito veteris Himyariticae, sive Arabicae australis, propaginem vocat Gesenius, decem reperiuntur pluralium irregularium formae a triliteris, duae a quadriliteris ductae. Harum aliae similes sunt Arabicis, sed magnam partem a diversis formis singularibus derivatae; aliae Aethiopibus peculiares; *aliae* denique, quod imprimis observari velim, *Arabicis respondent nominibus, quae inter plurales fractos non censentur.* Quae res profecto, si pluribus cognita fuisset, eorum hominum mentes, qui in rerum caussas inquirere, nec sola specie ratione destituta contenti esse solent, excitare et erigere potuisset ad accuratam harum formarum in utraque lingua investigationem et comparationem. Qua diligenter instituta dudum agnovissent pluralium illorum *numerum et formam singularem, usum collectivum*, eorumque nexum cum nominibus singularibus non *grammaticum* esse vidissent, sed *logicum*, et re semel agnita facillime pervenissent ad eas regulas generales, quibus tota haec doctrina superstructa est, quasque eam ob caussam singularum formarum explicationi in hac commentatione nostra praemittendas esse decrevimus.

I. In omnibus linguis pluralium loco usurpari possunt nomina collectiva et abstracta, quae plerumque, certo in casu, possunt etiam esse singularia. Sic voces *noblesse* et *adel* sunt collectiva vocum *noble* et *edele*, at singularia sunt, si de *nobili*

indole sumuntur. Qua ex observatione etiam explicantur formae, quas *plurales pluralium* Arabes appellant. Sunt enim collectivae ductae ex formis, quae nunc solam collectivam, at olim singularem quoque potestatem obtinuerunt.

II. Nomina ista collectiva, vel ab eadem radice ducuntur ac nomina singularia, quorum vim collectivam exprimunt, ut ea, quae modo excitavimus; item *regering*, *bestuur*, a vocibus *regent* et *bestuurder*, et *gouvernement* a *gouverneur*, *equitatus* ab *eques*; vel solo sensu cum illis conveniunt. Sic in omnibus linguis *exercitus* est collectivum vocis *miles*, in Arab. خيل *equitatus* collectivum τῦ فارس *eques*.

III. In plerisque linguis magna varietas formarum effecit, ut illius usus collectivi nulla certa regula esset, nec defineretur ratio, qua formae abstractae cum concretis componerentur singularibus; at in lingua Arabica et Aethiopica per formarum paucitatem res arctioribus limitibus et certioribus regulis circumscripta est.

IV. Interim res ipsa docet et experientia confirmat, omnia nomina actionis, vel potius omnia nomina verbalia, collective usurpari posse; contra ad usum collectivum nunquam adhiberi nomina actoris, sive participia activa, cum natura sua concreta sint.

V. Consequens est, ut longe major sit numerus istorum collectivorum, quam in vulgaribus grammaticis traditur; licet nondum satis tuto possit definiri, utrum *omnia* nomina verbalia usum collectivum, quem eorum natura ferebat, receperint.

VI. Praeter ordinaria nomina verbalia collectivo sensu usurpantur etiam formae nonnullae, quarum aliae raro, aliae nunquam, in numero singulari adhibentur, ex sola linguae analogia vel ex analogia dialectorum explicandae.

VII. Solemne est, ut formae singulae collectivae compluribus respondeant singularibus; quae regula tamen ad plerasque illarum, non ad omnes, pertinet.

VIII. Fieri potest, ut una eademque singularis *forma* pro diversitate radicum variis respondeat collectivis.

IX. Haud infrequenter etiam accidit, ut una eademque *vox* singularis plures habeat collectivas; solus tamen usus ostendit, utrum eo in casu omnes usurpentur plurales, quos *forma* singularis secundum regulas recipit, an ex eo numero nonnullae eligantur.

X. Ipsae nominum collectivorum formae et significationes pleraeque manifesto ostendunt, eorum originem quaerendam esse in antiquissima conditione linguae Arabicae et Aethiopicae, a praesenti longe diversa: cujus veteris sermonis insigni mutatione factum est, ut hodieque multarum rerum caussae nos lateant, nec v. g. definire possimus, quamobrem aliqua forma collectiva cum istis potissimum singularibus, ad quos refertur, nec cum aliis conjuncta sit.

XI. Hanc obscuritatem auxit posterorum negligentia, quos, cum veram formarum rationem et originem ignorasse appareat, multa temere finxisse credibile est. Cujus rei insigne documentum habemus in collectivis singularium plurilitcrarum. Nam hic primum formae origine et ratione maxime discrepantes ad unam eandemque legem omnes praeter rem exactae sunt, tum exotica quoque nomina saepe et barbara eam inflexionem collectivam acceperunt, licet in confesso sit, illius naturam plane tolli et perverti, si a nominibus verbalibus Arabicis ad alia transferatur.

XII. Ex positionibus illis, quibus naturam nominum collectivorum illustravimus, etiam percipitur, quare cum verbis,

adjectivis et pronominibus femininis construantur. Cum enim in linguis Semiticis feminini generis et neutrius una eademque forma sit, et nomina abstracta natura sua et origine nec masculina sint, nec feminina, manifesto apparet, in syntactica istorum nominum constructione femininas formas tamquam neutras considerandas esse.

His praecipue fundamentis totam collectivorum doctrinam niti, singularum formarum explicatio declarabit: quae res ut ordine procedat, primum tabellam pluralium fractorum proponemus ordinariam Arabicam, qualem Sacyus exhibuit, cui ad calcem eas quoque formas adjungemus asterisco notatas, quas ipsi inter legendum observavimus: hinc suo loco et ordine collocabimus et explicabimus singulas, initium facientes a formis, sive simplicissimis et facillimis, sive difficilioribus infinitivorum, quae nominum collectivorum loco usurpantur, dein transeuntes ad eas, quas olim singulares fuisse, vel praesens linguae ratio et analogia, vel dialectorum, Hebraicae imprimis, comparatio demonstrat. Haec *primum* caput constituent. *Secundum* docebit, quaenam formae singulares quibusnam respondeant collectivis, et Sacyanas tabellas exhibebit ex Lexico Ibn-Doreidiano et aliorum annotationibus multifariam auctas, et nostris observationibus subinde illustratas. *Tertium* collectivorum Aethiopicorum explicationem continebit eorumque cum Arabicis demonstrabit analogiam.

CAPUT PRIMUM.

DE COLLECTIVORUM ARABICORUM FORMA ET ORIGINE.

§ I.

Collectivorum tabella generalis.

1	فُعَلٌ	14	أَفْعَالٌ	27	فِعَالَةٌ	*40	فِعَّالَةٌ
2	فُعْلٌ	15	أَفْعِلَةٌ	28	فَعَلٌ	*41	فِعِلَّانٌ
3	فُعُلٌ	16	فَوَاعِلُ	*29	فَعْلٌ	*42	فِعِلَّى
4	فِعَلٌ	17	فَعَائِلُ	*30	فِعْلٌ	*43	فَاعُولٌ
5	فِعَالٌ	18	فِعْلَانٌ	*31	فَعِلٌ	*44	فَاعُولَةٌ
6	فُعُولٌ	19	فُعْلَانٌ	*32	فَعِلَةٌ	*45	فَيْعُولٌ
7	فُعَّلٌ	20	فُعَلَآءُ	*33	فَعْلَانٌ	*46	أُفْعُولٌ
8	فُعَّالٌ	21	أَفْعِلَآءُ	*34	فَعْلَآءُ	*47	مَفْعَلٌ
9	فَعَلَةٌ	22	فَعْلَى	*35	فِعْلَى	*48	مَفْعَلَةٌ
10	فُعَلَةٌ	23	فَعَالِي	*36	فَعَالٌ	*49	مَفْعُولَآءُ
11	فِعَلَةٌ	24	فَعَالَى	*37	فُعَالٌ	*50	مَفْعُلَآءُ
12	فِعْلَةٌ	25	فَعِيلٌ	*38	فُعَّالَةٌ		
13	أَفْعُلٌ	26	فُعُولَةٌ	*39	فِعَّالٌ		

Quadrilitera

*51	فَعَالِلُ	*53	أَفَاعِلُ	*55	مَفَاعِيلُ	*57	أَفَاعِيلُ
*52	مَفَاعِلُ	*54	فَعَالِيلُ	*56	فَوَاعِيلُ	*58	فَعَالِلَةٌ

§ II.

De prima classi nominum collectivorum.

Prima classis nominum collectivorum formas quadraginta quatuor complexa, quae in singulari quoque numero usurpari solent, sequenti tabella continetur.

فَعْلٌ f. *29	فِعَالَةٌ f. 27	مَفْعَلٌ f. *47	فِعَّالٌ f. *39
فُعْلٌ 2	فَعْلَى 22	مَفْعَلَةٌ *48	فِعَّالَةٌ *40
فِعْلٌ *30	فِعْلَى *35	فُعُلٌ 3	فِعِلَّانٌ *41
فَعَلٌ 28	فَعْلَانٌ *33	فِعَلَةٌ 11	فِعِلَّى *42
فُعَلٌ 1	فُعْلَانٌ 19	فُعَلَةٌ 10	فَاعُولٌ *43
فِعَلٌ 4	فِعْلَانٌ 18	فَعَالَى 24	فَاعُولَةٌ *44
فَعَالٌ *36	فَعِيلٌ 25	فَعْلَآءُ *34	فَيْعُولٌ *45
فُعَالٌ *37	فَعِلٌ *31	فُعَلَآءُ 20	أَفْعُلٌ 13
فِعَالٌ 5	فَعِلَةٌ *32	فُعَّلٌ 7	أَفْعَالٌ 14
فِعَلَةٌ 12	فُعُولٌ 6	فُعَّالٌ 8	أُفْعُولٌ *46
فَعَلَةٌ 9	فُعُولَةٌ 26	فُعَّالَةٌ *38	مَفْعُولَآءُ *49

Ex his formis viginti quatuor priores non differunt ab Infinitivis verborum regularium, quales vulgo solent proponi triginta tres. Horum h. l. adsunt I—IX, XII, XIII, XVI, XVII, XIX, XX, XXI, XXII, XXV, XXVI, XXVII, XXVIII, XXIX, XXX et XXXI. Reliquae cum aliis conveniunt singularibus, quod haud difficulter demonstrari poterit. Prima est فُعُلٌ, quam in reliquorum Grammaticorum libris deficientem Lumsdenius memoravit in Infinitivorum tabella, afferens exemplum رُحْمٌ *misericordia*, alias رُحُمٌ. Nam plurali quoque usu saepius transit in فُعْلٌ (Sacy G. A. T. I. p. 263), quia

ejusdem est originis. Pro فُعْل scilicet more Hebraico etiam فُعَل (קֹטֶל) dici potuit, quod in Arabica scribendi et pronuntiandi ratione necessario in فَعْل, فِعْل vel فُعْل mutatum est, e quibus postremum praetulerunt: cum alibi videamus, ex una forma literam schevatam ab initio habenti vel duas fluxisse vel tres Arabicas. Sic فَعَل, فُعَل et فِعَل fluxerunt a فَعَل (קָטֵל); فَعَال, فُعَال et فِعَال a فَعَال (קְטָל vel קָטוֹל) فَعُول et فُعُول a فُعُول (קִטּוֹל). Etsi fatendum est فُعُل statim ex فُعْل oriri potuisse resonante in media litera prima vocali, et in formis فَعَل, فِعَل et فُعَل non primam, sed secundam vocalem censeri posse euphonicam, ut illae ortae sint ex فَعْل, فُعْل et فِعْل more linguae Hebraeae et Arabicae. Jam nostrum فُعُل superest in singul. عُنُق *cervix*, et قُلُم *strenuus*, quae plane ut in collectivo etiam عُنْق et قُلْم efferuntur. — Sequitur in tabella vulgaris forma فِعَلَة (11), quae est feminina τῆς فِعَل (4; tum فُعَلَة (10), fem. τῆς فُعَل (1). Prioris singulari potestate exemplum unum est e multis رَقَبَة *cervix;* posterioris haec sunt: خُبَاة *mulier, quae nunc faciem ostendit viris, nunc obtegit;* tum قُبَعَة, quod a superiore non sensu, sed scriptione et pronuntiatione differt, atque adeo memorabile specimen est permutationis literarum Kaf et Kha, ostenditque verba חבא et קבע esse eadem, et קוֹבַע, *galea*, a *tegendo et abscondendo* capite dictum esse. Sed haec ampliorem disputationem desiderant. Addamus tertium exemplum ejusdem significationis طُلَعَة, nec non alia ejusdem formae, بُرَمَة *morosus et taedio hominum correptus*, بُذَرَة et هُذَرَة *garrulus;* quae tamen cum de viro dicantur, ut alia multa, in his قُعَدَة *sedens*, نُوَمَة *somnolentus*, etc., dubito adhuc, utrum haec ad formam فُعَلَة pertineant, an potius ة habeant intensivum vel unitatis, ut in

علاة. Forsitan igitur huc sola referantur nomina feminina, quae ab initio laudavimus, nempe خُبَاةٌ et duo reliqua. Quodsi quis objiciat, haec non abstractam notionem habere infinitivorum, sed concretam, respondeo, haec pp. nomina segolata esse a فُعْلٌ i. e. فَعْلٌ derivata, quae saepe concreta sunt ex abstractis, ut مَلْكٌ pp. *regimen*, hinc *rex*. Potest vero etiam فُعَلَةٌ euphonice scriptum esse pro فُعْلَةٌ, cum haud infrequenter haec forma in plurali habeat فُعَلَاتٌ, ut حُجْرَةٌ, *cubiculum*, plur. حُجَرَاتٌ, et دُودَةٌ, *vermis*, pl. دُوَدَاتٌ.

Proxime sequitur forma فَعَالَى, (24), quae est feminina a masc. فَعَالٌ (34). Hujus formae tria citat Ibn-Doreidus exempla, جَدَاقَى *praeda*, خَزَازَى et خَزَالَى, quorum illud montis, hoc loci cujusdam nomen est. Transimus ad فَعْلَاءُ, quod pp. quidem femininum est masculini فَعْلٌ, at usu ducitur a masculino أَفْعَلُ, quod nec comparativam notionem habet, nec superlativam. Hoc igitur sensu adjectivum est, at substantivam potestatem sibi propriam servat in compluribus. Sic الحَمْرَاءُ (*el Hambra*), nomen palatii regum Granadensium et castelli in Hierosolymorum vicinia, item loci Fosthathae, et complurium vicorum in Aegypto et Yemana, est *rubedo*, vel *τὸ rubrum*. Pariter البيضاء nomen est non tantum multorum locorum, in quibus fortasse femininum genus per ellipsin vocum القلعة, المدينة vel القرية explices, sed etiam *fontium* et *montium*, in quibus illa interpretandi ratio non procedit, cum جبل et ماء sint masculini generis. Nec etiam ellipsin agnosco in البيضاء, ubi *solem* notat, vel *infortunium*, sed simpliciter explico *albedinem*, *lucem albam et splendidam*, quod nomen *κατ' ἀντίφρασιν* et mali ominis avertendi caussa tributum est *calamitati*, qua ratione *latus*

sinistrum boni ominis caussa apud Arabes ايسر et يسار, i. e. *facilis* et *prosper*, apud Graecos *εὐώνυμον* et *ἀριστερον* appellatum est. Alia denique et certissima substantivae potestatis exempla sunt صَحْرَاءُ *campus*, *planities*, pp. *albedo*, et بَطْحَاءُ *locus depressior et glarae abundans*. Haec enim si adjectiva forent, derivata a masculinis أَصْحَرُ et أَبْطَحُ, pluralem haberent صُحْرٌ et بُطْحٌ. Nunc vero ab hoc بِطَاحٌ, ab illo صَحَارَى vel صَحَارِى ducitur. Ut فَعْلَاءُ a فَعْلٌ, sic proximum فُعَلَاءُ (20) a فُعْلٌ (1) descendit. Illius singularem significationem multis exemplis confirmat Ibn-Doreidus, ex quibus complura excerpam: ex. gr. مُطَوَاءُ *pandiculatio*, عُرَوَاءُ i. q. رَعْدٌ *tremor*, ut in vs. Bedri ben Amer Hodseilitae:

اسد تَفِرّ الأُسْدُ من عُرَوَائِه بمدافع الرجّاز او بعيون

Leo prae cujus tremore diffugiunt leones,

apud fluenta Radjdjazi fontesque.

Similiter عُدَوَاءُ *distantia*, item *descensus in locum non tutum;* غُلَوَاءُ *adolescentia* et *plantae succrescentis augmentum;* tum خُوَلَاءُ *secundanae membrana qua foetus continetur*, pp. *circumdatio* vel *involutio;* licet teste Djauhario alii حِوَلَاءُ scribant. Eadem diversitas quoque cernitur in خُيَلَاءُ, alias خِيَلَاءُ, *vana arrogantia*, pp. *imaginatio;* quod vocabulum in his traditionis verbis occurrit: من سحب ازاره من الخُيَلاءِ لم ينظر الله اليه يوم القيامة, *qui vestem, vel syrma, trahit prae superbia, hunc Deus non respicit die resurrectionis.* Denique affertur سُيَرَاءُ, quod vestis genus est. Sequitur gemina forma فُعَّلٌ et فُعَّالٌ, quae, ut in pluralium doctrina conjungi solet, ita revera natura sua non duplex, sed fere una est. Prior فُعَّلٌ, ut quisque sponte agnoscit, accurate convenit cum Hebraeo קֻטַּל, quod est Infinitivus in Puhhal, posterior et productior קֻטָּל vel קֻטּוֹל sonaret et ejus-

dem foret significationis. Conspirant haec pari ratione in derivata specie, atque in prima בָּקָר et בִּקֵּר. Pertinent autem revera, si rem diligentius exigas, non ad praesentem, sed ad vetustam conditionem linguae, cum adhuc frequentarentur infinitivi passivi nunc obsoleti. Locum infinitivorum in Puhhal formae فُعَّل et فُعَّال nunc subinde occupant Inf. Sp. V^tae formae تَفَعُّل, ut mox exemplis apparebit nonnullis. Formae singularis فُعَّل multa exempla sunt. In his est خُلَّب *fulmen, quod nulla pluvia sequitur*, pp. *deceptio;* صُلَّب *cor, durus lapis*, pp. *obduratio*; حُوَّل قُلَّب, quae fere conjungi solent, *versutus et solers*, pp. *machinatio et solertia*, id est ex hodierno usu تَحَوُّل et تَقَلُّب, quorum prius nunc est *technam struere*, posterius *versari in rebus gerendis*. Luculenter rem confirmat Ibn-Doreidus addens, haec etiam dici de conversione et vicissitudine fortunae, et his verbis usus: وَقالوا دهر حُوَّل قُلَّب كثير التحوّل والتقلّب. Adde زُمَّل, item زُمَّال, *imbecillus, pavidus*, pp. *involutio in vestem et absconsio*, id est تَزَمُّل; item ثُخَّل *vilis*, quod ipso usu et singulare et plurale: dicitur enim رجل ثُخَّل et قوم ثُخَّل; pp. *vituperatio;* جُمَّل *restis, funis nauticus ex pluribus funibus collectus*, pp. *collectio vel compositio:* cf. جَمَل *collegit*, جُمْلَة *summa*. Sunt alia multa ejusmodi, a quibus sciens abstineo, cum eorum ratio minus appareat, et partim ex Persico fonte fluxisse videantur, ut كُرَّج ex كُرَة derivatum, quod recte omnia Lexica edita post Firuzabadium de pullo equi explicant, Ibn-Doreidus de *re qua luditur* (لُعْبَة يلعب بها), fortasse cogitans de Persico كُرَة *pila, qua in ludo* جوكان *uti solent*, et male in suum rem convertens hunc versiculum Djeriri, a Djauhario quoque citatum: (الطويل) لبستُ سلاحى الفَرَزْدَق لُعْبَة
عَليه وشاحا كُرَّج وجلاجلة

Mea indui arma, Ferezdakus autem ludicrum erat,
indutus duplici balteo equulei et crembalis ejus.

Quomodo Lexicographus versum intellexerit, nescio, sed videtur mentio *ludicri* et *tintinnabulorum* ipsum in errorem induxisse. Nobis certum videtur, poëtam his verbis Ferezdakum inimicum suum perstringere voluisse, qui in pugnam profecturus duplici balteo ventrem cingeret ejusmodi bullis et tintinnabulis ornato, quae a jumentorum collo suspendi solent, ut equo, quam homini, similior videretur. Sed haec obiter: redeamus in viam et nonnulla exempla vocabulorum formae singularis فُعّال in medium proferamus. Incipiamus ab عُلّام, al-Hennae, sive Cypri, nomine. Id collata radice عَلَمَ, *signavit*, proprie videtur *signationem* sive *signaturam* notare; quod quam aptum sit, cuivis apparebit, qui feminas orientales isto colore digitos suos inficere et insignire solere meminerit. Eadem est ratio vocis صُفّاح, quae de *lapide lato* et *tenui* ponitur et pp. *dilatationem* et *latitudinem* significare videtur, id est تَصْفِيح. Tertium exemplum sit خُطّاف *harpago, ferrum aduncum* etc., pp. *raptatio*, quocum forma convenit et cui significatione vicinum est كُلّاب. Item عُقّال *vitium in pede jumenti, quo cursus impeditur*, pp. *constrictio*, vel *implicatio*, q. d. تَعَقُّل. Porro مُلّاح *salsuginosa planta*, pp. salsedo, et simul intensivum τῦ مَلِيح *salsus*, non collectivum cum intensione, ut in Lexicis vulgo traditur. Nam Djauharii verba haec sunt: والمُلّاح ايضا املح من المليح. Par ratio est vocabuli قُرّاء, quod cum significat, *qui multum et assidue legit*, atque adeo idem valet atque أَقْرَأ. Idem illud collectivo sensu notat *lectores*. Nam notio abstracta *multae et assiduae lectionis* eodem jure transferri potuit ad *multos qui legunt*, quam ad *unum*

qui multum legit. Illa autem intensivae actionis potestas sita est in ista forma per teschdid duplicata, non minus quam in reliquis, فَعَّال, فِعِّيل, فَعِّيل, فَعُّول et, ut mox quoque videbimus, فِعَّال, quae mihi omnes Infinitivi in Pihhel vel specie II^ae esse videntur, usu linguae ex abstractis concreti facti. Nam primum فَعَّال et فِعَّال hodieque inter Infinitivos speciei II^dae censentur, dum, nisi Infinitivi aut nomina abstracta forent, numquam ex masculinis istis fierent abstracta feminina, sed concreta. Sic verbi gratia nec ab עִוֵּר *coecus*, alias עִוֵּר, fem. עִוֶּרֶת *coecitas*, nec a גִּבֵּחַ, vel potius גִּבֵּחַ, *calvus*, גַּבַּחַת *calvitium*, nec a חַטָּא *peccator* חַטָּאת *peccatum* duceretur, sed haec *coecam*, *calvam*, *peccatricem* significarent, nisi illa masculina ab initio notassent τὸ *coecum* et *calvum esse* et *peccare*. Tum, quemadmodum *assidua actio* ad *assiduum actorem* transfertur in forma فَعَّال, sic in reliquis magis *solennis conditio* consideranda est, ut ex. gr. בָּרִיחַ pro בָּרִיחַ, אִלֵּם, עִלֵּג, שִׁכּוֹר pp. notant *fugitare*, *solenniter obmutescere*, *balbutire* et *inebriari*, et hinc *fugitivum*, *mutum*, *balbum* et *ebriosum*, non *fugientem*, *obmutescentem*, *balbutientem* et *ebrium*; quae sola participio exprimuntur, plane ut Arab. خاطف pp. est *rapidus*; خُطَّافٌ, de quo ante alio sensu vidimus, *assidua rapiditas*, hinc *celerrimus*, unde *hirundini* tributum est nomen ob celeritatem. Haec si sic explicentur, egregiam in omnibus analogiam deprehendes. Nempe formae פִּעְלֵל i. e. فَعْلَلَ et إِفْعَلَّ, et פְּקַחְקוֹחַ i. e. فَعَلْعَلَ apud Hebraeos intensivae sunt et synonymae τῷ Pihhel. Hinc est quod Arabice كُذُبْذُبٌ, quin etiam servata duplicatione كُذُّبْذُبٌ idem fere sit ac كَذَّابٌ, nempe *assidue mentiens*, *mendax*; hinc etiam quod غُضُبٌّ vel غَضَبٌّ notet *admodum iracundum*, et حُزُقٌّ (alias حَزُقٌّ et حُزُقَّةٌ) brevi statura passibusque, pp. admodum constrictus: quippe primum pp. videtur

esse passivum nomen abstractum speciei تَفَعْلَل pass. فُعْلِل secundum passivum abstractum speciei تَفْعْلَل vel فَعَّل, pro إِفْعَلّ, tertium activum abstractum ejusdem speciei. Habent formae istae illud Dhamma passivum commune cum forma فُعَّال, e cujus explicatione haec disputatio enata est. Porro hinc intelligitur, cur *colores* et *corporis vitia*, quae ambo ad assiduam rei qualitatem pertinent, significentur specie إِفْعَلّ, dum Hebr. *colores* exprimantur formis ductis a specie פעלל, ut אדם *ruber* et *rubor*, feminine אֲדַמְדַּם, etc.; item aliis ex specie פעלעל, ut אֲדַמְדָּם *rufus*, יְרַקְרַק *viridis*: quibus adde exemplum, quod unum succurrit, Arabicum, حَلَكْلَك vel حُلْكُلَك *valde niger*; *deformitates* autem derivatis a Sp. Pihhel indicentur. Denique cum in his omnibus intensiva potestas regnet, mirum non est, adjectiva *colorum* et *deformitatum* in masculinis eadem forma أَفْعَل fuisse prolata, quae alias superlativo inservit, ut أَحْمَر, *ruber*, et أَعْوَر *luscus*. Postremum hoc observo, quod, quemadmodum Infinitivus speciei V^tae^ Infinitivo فُعَّال respondet sensu abstracto, sic etiam cum eodem convenit sensu intensivo concreto. Sic تِلِعَّاب est *lusui deditus*, لَعَّاب, et تَلَقَّام est *magnus helluo*. Secundum priorem formam adhuc exstat Infinitivus Speciei V^tae^ تِكِلَّام a تكلم. Jam a forma فُعَّال, quam paullo uberius illustrandam esse putavimus, descendit forma pluralis fracti 36 فُعَّالَة, cujus unicum exemplum singulare mihi ad manum est خُنَّابَة *mucro nasi magnus* vel *ejus extremitas superior*, etiam *superbia*, i.e. تَخَنَّب. Eadem radix nobis indicia singularium suppeditat formarum فِعَّال et فِعَّالَة, quas inter collectivas n. 37. et 38 posui. Reperimus enim خِنَّاب *longus*, *fatuus*, *vacillans*, etc. et خِنَّابَة eodem sensu ac خُنَّابَة. Eandem normam sequuntur دِبَّابَة *pumilio*, دِنَّامَة

brevis, *formica*, et صِنَّارَةٌ *ansa clypei*, etc. Veram horum nominum naturam pandit كِذَّاب *summa perfidia* (*the excess of falsehood*, ut explicat Lumsden *Arab. Gr.* T. I. p. 225. f.), intensiva potestate se prodens Infinitivum in Pihhel, ut reliqua mediam duplicantia. Hujus autem formae Teschdid subinde in Re, Nun vel Ye resolvi videtur, ut existat فِرْعَال, فِنْعَال et فِيعَال. Sic v. g. ضِرْغَام est *leonis* nomen pro ضِغَّام, a ضغم *momordit*, et pp. notat *vehementem morsum*, et hinc *mordacissimum*. Vicina est forma eademque notio τῶ ضَيْغَم pro ضَغَّم scripti, ut كَيْذَبَان *mendacissimus* pro كَذَّبَان. Pariter componenda هِرْمَاس *leo saevus*, pro هِمَّاس et هَمَّاس *leo diffringens praedam*. Nun inseritur in قِنْعَاس pro قِعَّاس *magnus camelus*, ut in perspicuo exemplo غِنْدَار *perfidus*, pro غَدَّار, quod Lumsden l. l. p. 329 solus memorat. Similia sunt شِنْعَاب, et quae ex eo corrupta sunt شنغاب et شِنْقَاف. Primum notat *virum procerum*, secundum *longum ac tenuem ramum*, tertium *jugum montis*. Primaria forma est شِعَّاب, Inf. Sp. II^dae^, *ramorum pullulatio*, quod partim ad *virum* transfertur more Graeco quasi κλάδον et ὄζον, partim ad *montem* in varia *juga* tamquam *ramos* divisum. Denique formae فيعال pro فِعَّال ipsi Arabes afferunt دينار pro دِنَّار et قيراط pro قِرَّاط, quorum tamen illud *certo*, hoc *fortasse* exoticum est. Alia in praesenti non suppetunt. Rarissimae quoque sunt duae formae et origine cognatae, quas proxime posuimus, فِعِلَّانٌ et فِعِلَّى. Illustrantur autem istarum comparatione observationes nostrae paullo ante propositae de potestate intensiva nominibus a nona specie repetitis propria. Nam prior forma est masculina cum terminatione انٌ, posterior est feminina. Utraque, a فِعِلٌّ descendit verboque فَعَلَّ, quod in إِفْعَلَّ vel فَعْلَلَ abiit, cujus

vetus nomen actionis quadruplici modo variatum, dictumque est فَعَلٌ et فُعُلٌ, ut ante vidimus; tum tertio loco فِعَلٌ, cujus formae specimen est حِظَبٌ *pronus in iracundiam*, cum feminino حِظَبَّةٌ, etsi femininum فِعَلَى memoret Ibn-Doreidus; denique فِعِلٌ, cujus exemplum est هِجِرٌ *separatio* (Lumsden p. 220 n. 49), et in concretis طِمِرٌ *equus saltando promtus*, pp. *vehemens saltatio*. Hujus femininum فِعِلَّى in compluribus adhucdum superest formis singularibus, quarum Lumsdenus citat duas, غِلِبَّى, quod غُلُبَّى quoque effertur (p. 225 n. 6) et *eximiam* notat *praevalentiam* a غلب *praevaluit*, et حِدِرَّى, alias حَدَرَّى vel حُدُرَّى, (p. 331. n. 147) *magnus et gravis*, pp. *magna compactio*, *magnus tumor*, ab حدر *intumuit*, *compacto corpore fuit*. Alia addit Ibn-Doreidus, nempe كِمِرَّى *brevis vir*, قِمِرَّى *nasus*, impr. *magnus*, زِمِكَّى et زِمِجَّى, quod *uropygium*, sive *locum ubi cauda avis oritur*, explicant; etsi prius simpliciter *avis* interpretatur Ibn-Doreidus. Succedunt in tabella nostra duae formae Elif post primam radicalem inserentes, فَاعُولٌ et فَاعُولَةٌ. De quarum ratione si quaeris, equidem ex hodierno usu distinguendum arbitror inter infinitivos et participia. Ambo pertinent ad speciem tertiam, cujus characterem gerunt, Elif illud medium et servile. Eadem in utrisque formarum successio. Nam ut a participio, sic etiam ab Infinitivo فَعُولٌ, facta sunt addito 2 et 3 speciei charactere فَعُّولٌ et فَاعُولٌ, quorum similem potestatem firmat exemplum vocis فاروق, quod non minus quam فَرُّوقٌ *valde pavidum* notat. Supersunt multa ejusmodi in variis dialectis, ut قاتول, Chald. קְטוֹל cum Kametz impuro, *sicarius*, جاسوس *explorator*, كَارُوزٌ, Chald. כָּרוֹז, *praeco*, كَحُوس *oppressor*, etc. Verosimile est, haec participia intensiva ab initio infinitivos et nomina abstracta fuisse, hinc

concreta facta esse, quod de eorum cognatis mediam duplicantibus supra a nobis demonstratum est. Quapropter in multis, quae apud Ibn-Doreidum et alios exstant, hujus formae exemplis difficile dictu est, utrum ad infinitivos an ad participia pertineant. Apparebit ambigua formae ratio ex nonnullis, quae ex magno numero hic proferemus. Primum est جامور *medulla verticis palmae*, atque adeo synonymum infinitivi in Puhhal جُمَّار, quem vulgo hoc sensu usurpant. Manifestus est etiam infinitivus حَادُور *locus declivis, interitus*, pp. *descensus* et *praecipitium* vel *dejectio*, ab حدر *descendere*, *in praeceps abire*, *dejicere*. Reliquas notiones *inauris* et *medicinae alvum solventis* pari fere jure *descendentem*, vel *pendentem ex aure (pendant d'oreille)*, et *demittentem alvum*, quam *descensum* (*Ohrgehäng*) et *demissionem* interpreteris. Eadem ambiguitas inest voci خازوق, *palus praepilatus*, *quo podex maleficorum transfigitur*, quod vel *gravem transverberationem* notat a خزق *confixit*, vel *valde configentem*. Interim potest hoc vocabulum argumento esse, quo nexus inter formas فاعول et Speciem III^um firmetur. Nam خَوْزَقَ, quod more Syro pronuntiatum idem est ac خَازَقَ, notat *palo praepilato maleficum suffigere*. Similiter سَاجُور, *lignum* sive *collare captivo* vel *cani inditum*, cohaeret cum سَوْجَرَ *lignum collo canis indidit;* item صَاقُور *malleus acuminatus*, *quo saxa franguntur*, *lingua*, et صَاقُورَة *garritus avium*, quae aperte conjuncta sunt cum verbo صوقر *garrivit avis*, et صَوْقَر *magna securis*. Adde حاجور *obex et agger*, *nefas*, *res vetita*. Radix notat *impedivit*, *prohibuit*, ut حاجور *impedimentum* significare possit: at contra observandum est participium حَاجِر etiam de *aggere* et *obice* dici, et formulam انا منك بحاجور non differre ab انا منك

بِمُحَرَّمٍ, ut Ibu-Doreidus testatur, id est بمحجور, unde suspicio oritur has formas فاعول in eo etiam imitari participia فَعُولٌ, unde ducuntur, quod subinde eidem voci activa et passiva potestas communis sit. Ad participia quoque pertinent حاذور, *timens et vitans homines*, cum synonymo قاذور; at nomina actionis sunt illorum feminina حاذورة *cautus* (pp. *cautela*) et قاذورة, *qui malis est moribus*, *scelestus*, pp. *scelus*, Latina plane formula. Nam primum haec ad viros referuntur, diciturque رجل قاذورة, dein, quod maximum est, appositione sublata dicitur quoque ذو قاذورة. Obiter monendum videtur radices حذر et قذر revera unam eandemque esse, literis Ha et Kaf pronuntiatione confusis. Primaria notio est in *sordibus* et *spurcitie*, quae ad *malos mores* transfertur. Hinc *abhorrendi*, *vitandi* et *metuendi* potestas, quia illud, quod sordidum habetur, imprimis evitare solemus. Subjungamus aliud synonymorum par, nempe جارود et قاشور. Conveniunt verba جرد et قشر in *decorticandi*, *denudandi* notione. Hinc رَجُلٌ جَارُودٌ et رجل قاشور *vir valde decorticatus*, id est *denudatus*, *infaustus* et *infelix*, et سَنَةٌ جَارُودٌ *annus decorticans* vel *denudans locum herbis*, i. e. *sterilis*, et سنة جارودة vel سنة قاشورة *annus decorticatus* vel *nudus*. Neque enim dubito, quin hic idem valeat in derivatis adjectivis فاعول, quod in primitivis فعول, ut in activa potestate communis sint generis, in passiva femininam terminationem recipeant. Adjungimus etiam aliud exemplum masculinae formae et femininae imprimis memorabile, nempe ناظور et ناظورة. Prius *speculatorem* notat, vel *exploratorem*, *custodem*, vel, ad normam vocis نظور, *eum ad quem respicitur*, *spectabilem*. Femin. ناظورة synonymum τῷ نَظُورَةٌ omnis est generis et numeri, illiusque significationes *specta-*

bilis, *prima acies*, *proceres*, vel ex eo explicari possunt, quod participium act. *spectans*, *prospectans*, et pass. *spectatus* hic neutro sensu sumantur; vel ex infinitivo *prospectus*, ad concretum sensum relato. Pro ناظور etiam ناطور vel نطور effertur, si de *custode palmeti vineaeve* sermo est. Prius etiam memorat Ibn-Doreidus refertque ad Nabataeismum, Tha pro Dha efferentem, cujus rei exemplum producit بر طُلّة pro ابن الظل. E reliquis hujus geminae formae speciminibus, a quibus brevitatis caussa abstinemus, memorabimus adhuc سَاعُورٌ et سَاعُورَةٌ *ignis*, de quibus ambiguum est, utrum *ardorem* notent, an *ardentem*, et ساعور, quod subinde ex vi formae usurpatur de *eo qui multum vigilat*, et deinde transfertur ad Lunam, utpote noctu saepe et assidue vigilantem.

Pervenimus ad formam 45 فَيْعُولٌ, cujus non admodum diversa ratio est. Nam فاعل non minus facile cum فَيْعَلَ, quam in فَوْعَلَ commutari potuit, unde pari exstitit jure et origine فَيْعُولٌ, quam فَاعُولٌ, a فَعُولٌ ductum. Ex quo intelligitur, cur formae سَاهِجٌ, سَهُوجٌ et سَيْهُوجٌ in unam conspirant notionem *venti vehementis*, et صَخُودٌ et صَيْخُودٌ in potestatem *diei admodum aestuantis*. Participia haec esse videntur speciei فَيْعَلَ, cujus Infinitivos formam فَيْعَلٌ et فَيْعَلَةٌ habuisse, verosimile fit ex vocibus عَيْطَلٌ et عَيْطَلَةٌ, quarum haec, notans inter alia *strepitum hominum* et *profundam noctis nigredinem*, cohaeret cum عَيْطُولٌ *confertae tenebrae* et *commistae voces*; item هَيْنَمَةٌ *vox submissa*, a qua Ibn-Doreidus recte derivat هَيْنُومٌ, *sermo qui non intelligitur*. Hoc verosimile judico, licet etiam h. l., ut alibi saepe, infinitivi et participia suam mutuo naturam induerint, quo factum est, ut عَيْهَلٌ et عَيْهَمٌ non minus, quam عَيْهُولٌ et عيهوم, *velocem camelum* designare observet Ibn-Doreidus. Quod Arabes

huc referant تَيْقُورْ *gravem esse* et *stabilem esse* (Lumsden l. l. p. 220. n. 47), omnino improbandum est. Hoc enim non descendit a تقر, sed a يقر, Hebr. יקר, alias وقر, *gravis fuit.* Nec etiam scriptum est pro ويقور, ut apud Lumsdenum in nota contenditur; sed est Infinitivus vel, si mavis, participium formae تفعول a veteri specie تفعل. Nec magis placet quod Ibn-Doreidus ad mensuram فيعول referat voces فَيُّولْ *imbecillis consilio*, صَيُّوبْ *coelitus descendens pluvia*, et كَيُّولْ *retro manens ab exercitu.* Haec enim potius arbitror participia esse intensiva formae فَعُّولْ, de quibus ante disputavimus.

E formis, quae singulari usu, non minus quam collectivo, hodieque in lingua supersunt, ordine proxima est أَفْعُلْ. Illius luculentum exemplum est أَصْبُعْ *digitus.* Aliud in praesenti non succurrit. Nec Ibn-Doreidus, quantum equidem nunc reperio, hanc vocum classem peculiari capite illustravit. Ipsa vero formae ratio luculenter demonstrat illius potestatem ab initio singularem fuisse. Ab initio scriptum est فُعْلْ, פְּעֹל. Cum vero Arabes voces sine vocali incipientes non admitterent, aut novam vocalem addiderunt, ut ante diximus, vel literam Elif euphonicam, scribentes أَفْعُلْ, أُفْعُلْ, إِفْعُلْ. Haec caussa est, cur, teste Lumsdeno, l. l. p. 353, non minus أُصْبُع et إِصبع, quam أَصْبُع reperias. Quin etiam in secunda radicali Fatha et Kesre admittitur (cf. Hebr. אֶצְבַּע), quia vicinarum formarum صَبَع et صبع idem jus, eadem potestas erat. Ergo hoc أَصْبُعْ natura sua non differt ab Infin. formae أَفْعَلْ, cujus exemplum أَزْفَلْ *iratum esse*, in Lexicis desideratum, affert Lumsden p. 220, n. 50, quique deinceps, nunnatione privatus, in adjectivorum intensivorum usum abiit. Nec sane quisquam mirabitur, Elif prostheticum his in vocibus, aliisque, de quibus deinceps agemus, Weslam

non accipere. Hoc enim non eo pertinet, ut hoc Elif diversum sit ab eo, quod decem istis nominibus, quae enumerant vulgo Grammatici, praefigi solet, sed ut Arabum incusemus negligentiam, qui voces ejusdem naturae eadem regula non comprehenderint. Idem judicium de forma أَفْعَال ferendum est ac de praecedenti. Illa est assumta loco τῶ فِعَال. quod etiam فَعَال, فُعَال et فِعَال efferri potuit et respondit Hebraeo פִּקּוּד vel פְּקָד. Usus singularis exempla complura sunt commemorata ab Ibn-Doreido, quae huc transferenda duxi. Primum est, quod dicitur حبل احذاق et حِبال احذاق *funis disruptus* et *funes disrupti*, pp. *funis* vel *funes*, *conscissio*, eodemque fere sensu حَبْل أَرْمَامٌ et حِبَال ارمام. Tum ثوب اخلاق et ثياب اخلاق *vestis trita* et *vestes tritae*, pp. *vestis*, *vestes*, *laevigatio*; ماء اسدام et مياه اسدام *aqua stagnans* et *putrefacta*, pp., ut videtur, *aqua*, *obturatio*: قدور اعشار et قِدْر أَعْشَار *olla rupta* et *ollae ruptae in decem partes*, pp. *olla*, vel *ollae*, *decimatio*, licet Ibn-Doreidus de *magnis* ollis explicet, i. e., ut puto, decuplicibus. Porro جفان اكسار et جَفْنَةٌ أَكْسَار, *scutella fracta* et *scutellae fractae*, i. e. *scutella*, *fractio*, vel *scutellae*, *fractio*. Denique ثوب أَسْمَال et ثياب اسمال, i.q. ثوب اخلاق etc., et, quod solus memoravit Djauharius, رُمْحٌ اقصار *brevis hasta*, i.e. *hasta*, *brevitas*. Eadem appositio est in hisce omnibus, quae cernitur in Hebr. אֲמָרִים אֱמֶת *verba veritas*, et aliis permultis. Caeterum ex his exemplis, quorum postremum nobis Djauharius suppeditavit, manifesto intelligitur, improbandam esse sententiam Lumsdenii p. 359, formam أَفْعَال nusquam ad singularem numerum referri, nisi in uno nomine feminino inde ducto أَظْفَارَةٌ *genus aromatis*. Est tamen in hujus formae usu et reliquarum nonnihil discriminis. Nam illae

absolute ponuntur, haec in exemplis allatis tamquam adjectivum substantivis apponitur, cum, consuetudine linguae inter singularem numerum et pluralem vacillante, vocis ratio vaga et incerta futura esset, nisi addito substantivo definiretur.

Tertia forma ab Elif euphonico incipiens et in collectivis rarissima est أَفْعُولٌ, orta ex infinitivo فُعُولٌ, alias فُعُولٌ, cujus tria exempla singularis numeri nobis affert Lumsdenus: أُصْبُوعٌ *digitus* (p. 358. n. 13), أُمْلُودٌ *mollis et delicatulus* juvenis, q.d. *mollities*, denique apud eundem inter Infinitivos exstat أُزْبِيٌّ, quod ipse explicat *voluptate frui* (*taking pleasure*) p. 220. n. 53. et illud pro أُزْبُويٌ dictum putat. Hoc etiam vult Djauharius, licet illud referat ad verbum زبا ult. Ye, quo admisso forma foret أُفْعِيلٌ, non أُفْعُولٌ. Idem longe aliam voci significationem tribuit nempe السُّرْعة والنَّشاط *celeritas et alacritas*, affertque simul hunc versiculum, Mansouri ben Hayyah:

(الرجز) بشَحَجَى المشْى عَجُولِ الوثْب حتى اتى أُزْبِيَّها بالأدْب

Tum statim addit haec: قال الاصمعى الازابى ضروب مختلفة من السَيْرِ واحدها أُزْبِيٌّ ابو زيد (قال ابو زيد .l) لقيت منه الازابىَّ وَاحدها أُزْبِيٌّ وهو الشرّ والامر العظيم

Ex his apparet, Golium recte huic voci praeterea tribuisse notionem *mali* et *rei magnae atque difficilis*. Eundem vero praeter rem dubitasse existimo, utrum de *incessu* an de *fune* vox سَيْر accipienda esset. Prins unice verum arbitror, praesertim cum تَزابٍ, infinitivus in Specie V^ta^, etiam *lentum incessum* notet. Quid vero de versu censendum sit, dubito. Si in accusativo pronuntietur أزبيّها, equidem haec ad explicationem referam Asmaï, et vertam verba, quatenus id sine nexus scientia potest fieri:

Cum camelo femina celeri incessu, agili saltu (perrexit), donec *cursum perficeret illius admirabiliter.*

At in radice ادب idem repetitur versiculus et vox, de cujus sensu quaerimus, in nominativo scribitur أَزْبِيُّها, atque de *celeritate* et *alacritate* explicatur; quo probato, posterioris hemistichii sententia foret: *donec alacritas* vel *celeritas illius admirationem inferret*, id est crearet. Cum codicis nostri summa sit fides et accuratio, hinc verosimile est, Djauharium non satis sibimet ipsi hac in re constitisse. Mihi linguae leges posteriori potius explicationi favere videntur, quam priori; etsi hanc quoque minime reticendam existimavi, hac opportunitate usus de voce rariore paullo diligentius disserendi. Caeterum hanc quoque formam أُفْعُول peculiari capite illustravit Ibn-Doreidus, e quo potiora excerpam. Primum illius exemplum est أُخْحُوص *nidus avis Kathae* et *omnis locus qui investigatur*, alias مفحص. Deinceps memorat أُلْهُوب *primus impetus cursus equini*, quasi *ardorem* dixeris; item اسلوب *via*, *modus* et *doctrinae ratio*, idem quod الفَنّ, pp. *ductus* vel *tractus*, ex qua primaria vocis potestate explicatur, quod in Lexicis vulgo deest et de homine superbo dici solet: انف فلان فى اسلوب *nasus τū δεινα est in tractu* vel *ductu*, id est *nasum suducit, hij trekt zijn neus op.* Exemplum offert versus poetae anonymi e Specie VIIme ab Ibn-Doreido citatus: انوفهم مِلْفَخْرِ فى أُسلوب *nasus eorum prae gloria subducitur;* ubi simul observa rarissimam contractionem مِلْفَخْرِ pro من الفخر. His adde notissimum ex Corano nomen أُخْدُودٌ *fossa*, pp. *sectio* et *sulcatio;* أُسْرُوعٌ, alias يَسْرُوعٌ vel يُسْرُوعٌ (unde suspicor etiam Ye euphonicum literis schevatis praeponi potuisse), id est *vermis quidam ruber oleribus noctu irrepens, at interdiu calorem solarem vitans*, qui *exuta pelli in pyrallidem*

mutatur: item *alius vermis rubro capite et albo corpore in arenis degens.* Thema سرع ostendere videtur, ambos sic dictos esse a *motus celeritate.* Certior est origo vocis أُشْكُوب, pp. *fluor, fluentum*, hinc *sanguis fluens*, quod alias literis vicinis inter se permutatis أُثْعُوبْ effertur. Nam Schin et The vicinas esse, nemo nescit; Ain et Keph rarius permutantur. Exemplum est עטר et כתר *cinxit.* Hinc ista permutata sunt in versu Speciei al Basith, quem Ibn-Doreidus poëtriae Hudseiliticae Djunubae (جنوب) sorori Amri Dzil Kalb, Djauharius ignoto cuidam poëtae adscribit. Exquisitior est lectio Ibn-Doreidi:

الطاعن الطعنة النجلاء يتبعها
مُثْعَنْجِرٌ من نجيع الجوف أُثْعوب

Confodiens confossione magnum vulnus infligente, quam secutum est fluentum ex interiore sanguine corporis cavi manante.

Lectio Djauhariana rariora verba extrema permutans facilioribus habet eodem fere sensu: من دم الاجواف اسكوب. Memorabilia exempla sunt etiam أُخْشُوشْ, أُحْبُولْ, أُحْبُوشْ, أُسْبُوعْ et أُظْفُورْ. Primum أُحْبُوشْ notat *turbam miscellam ex variis tribubus*, pp. *collectio* vel *colligatio:* cf. Hebr. חבש. Possit hoc referri ad collectiva, nisi ex ipsa rei natura deesset vox singularis numeri, unde ducatur. Ipsum plurale habet أَحَابِيش. Sequitur أُحْبُولْ *laqueus venatoris*, quod, quamvis singularis habetur, revera non differt ab حُبُولْ *funes, vincula*, quod collectivum est τῶ حَبْلٌ. Tertium أُخْشُوشْ, quod vulgo in Lexicis desideratur, est *embryo ex utero ejectus*, alias حَشِيش, pp. *siccus, aridus*, et, sicut hoc est participium formae فعيل, ita أُخْشُوشْ ex حُشُوشْ etiam حَشُوشْ efferri potuisset ad normam participii فَعُول, quemadmodum quartum

أُسْبُوعٌ, *hebdomas*, esse pro سَبُوعٌ, comparatio vocis Hebraicae שָׁבוּעַ ostendit. Postremum أُظْفُورٌ eam ob caussam memoria dignum est, quod partim est singulare *unguis*, et secundum Ibn-Doreidum plurale habet أَظَافِيرُ, alias ex Grammaticorum sententia جَمْعُ الْجَمْعِ vocis أظفار (Sacy G. A. T. I § 704.), partim, Djauhario teste, est plurale vocis ظُفْرٌ *unguis*. Contra Firuzabadius hoc erroribus Djauharii accenset, addens auctorem libri al Misbâh culpam ab auctore in calamum rejecisse, hunc scribere voluisse اظفر id est (أَظْفُرٌ), imprudenti praeterea Waw excidisse. Quod vero Kamusi auctor versum poetae, vel poetriae potius (est enim, si Ibn-Doreido fides, Gaitsat Omm'al Haitsem), in quo اظفور est singularis numeri, id nihil probat contra Djauharii sententiam, et tantum ostendit praeter pluralem vocis potestatem, quam solam Lexicographus iste memoravit, etiam singularem obtinere. Versus, ad quem provocat quique mulieris voracitatem perstringit, est hujusmodi:

(البسيط) ما بين لقمتها الاولى اذا آنحدرت
وبين اخرى تليها قِيدُ أُظفورِ

Inter primam buccellam, quae descendit, et inter alteram, unguis mensura (id est brevissimum temporis spatium) *intercedit.* Haec de forma أُفْعُولٌ. Jam restat ut extremo loco videamus de forma مفعولاء, quae sua terminatione se femininam prodit masculini مَفْعُولٌ. Hoc participium passivum natura sua facile in significationem nominis abstracti sive infinitivi abit, quod perpetuum est in tertia Specie. Hinc intelligitur, cur مشعور *scientia* et مكذوبة *mendacium* inter infinitivos Speciei I^mae^ censeantur. Lumsden l.l. p. 220. n. 59 et 60. Illius مشعور femininum quoque exstat مشعوراء, Lumsden p. 224. n. 12, sive pari potestate, sive notione *ex-*

imiae scientiae, ut nonnulli Grammatici arbitrantur. Quae vis cur huic formae magis inesse potuerit, quam masculinae مشعور, aut cur alterum hujus formae exemplum مَسْلُوماء notet *regionem arboribus* سَلَم *appellatis frequentem*, ipsi Arabes non explicant. Quae nostra hac de re sententia sit, sequente demum capite declarabitur, ubi de forma collectiva مَفْعَلَةٌ disputaturi sumus.

§ III.

De Collectivis, quae non amplius potestate singulari usurpantur.

Difficile est statuere, quibus finibus singularis potestas nominum, quae vulgo collectiva censentur, circumscripta sit. Nam quae hodie adhuc solo collectivo sensu frequentata fuisse censeas, eadem cras offendes singulari usu conservata. Multum igitur abest, ut statuamus formas illas, quae restant, nusquam inter singulares repertum iri, etsi experientia, quam solam hic magistram sequimur, illas ad hoc usque tempus ad collectivum usum pertinere doceat. Sunt autem illae sequentes, cum triliterae, tum quadriliterae:

15	أَفْعِلَةٌ	17	فَعَائِلُ	41	أَفَاعِلُ
21	أَفْعِلَاء	39	فَعَالِلُ	45	أَفَاعِيلُ
23	فَعَالِي	46	فَعَالِلَةٌ	40	مَفَاعِلُ
16	فَوَاعِلُ	42	فَعَالِيلُ	43	مَفَاعِيلُ
44	فَوَاعِيلُ				

Ex his formis duae priores sunt eaedem. Nam, si utrique

femininam terminationem ademeris, restat أَفْعِلْ, quod litera euphonica praefixa derivatum est ex فِعْل. Hoc etiam فَعِلْ efferri potuit, et sic scriptum occurrit inter infinitivos n. 26 et inter collectiva n. 31, uti fem. فَعِلَةٌ, alias أَفْعِلَةٌ, nomen actionis est n. 27. Cum فِعل accedente finali incremento vel in فِعْلْ, vel, more Syris imprimis frequentato, in فَعْلْ transeat, ut in مُكْحُلًا مكحل, ab أَفْعِلَةٌ et أَفْعِلَاءُ vel potius فِعِلَةٌ et فِعِلَاءُ, diversa non sunt فَعْلَةٌ, Infinit. n. 10, et فِعْلَةٌ, Infinit. n. 12 et collectiv. n. 11, et فِعْلَاءُ, cujus exemplum est قِيقَاءُ *inaequale solum*, et فَعْلَاءُ, de cujus singulari et collectivo usu jam ante vidimus.

Formae quae sequuntur, licet illarum aliae ad triliteras singulares, aliae ad quadriliteras referantur, omnes tamen eandem fere rationem exprimunt, cum post secundam literam Elif inserant, et ex quatuor syllabis vel quinque, quibus constant, duae priores Fatham habeant, tertia Kesre, nunnatio autem plerumque absit. At singularum tamen formarum origo admodum diversa est, et ex hodierna linguae conditione haud facile explicanda. Quae in nostra tabella ordine prima est, فَعَالِ, vel ut in compluribus effertur, فَعَالِ, ex فَعَالِيُ vel فَعَالِيْ contracta est. Videtur illa pertinere ad veterem verbi speciem intensivam nunc deperditam فَعَالَ pro فَعَالَى, quam olim exstitisse analogia linguae comprobat. Nam, quemadmodum a Specie nona إِفْعَلَّ, alias فَعْلَلَ, derivatur intensior undecima إِفْعَالَّ, alias فَعَالَّ, pro فَعَالَلَ; sic etiam a فَعْلَى vel فَعْلَى productum est فَعَالَى vel فَعَالَى, licet nunc quidem nullum illius exemplum succurrat. Species tamen فَعْلَى in compluribus adhuc verbis cum Syriacis, tum Arabicis superest, ut docuit Schultensius in *Institutionibus Aramaeis* p. 45 et 73, afferens قُرْطَف *diffamavit*, *accusavit*,

cum ejus passivo, et בַּלְהֵר *consternavit:* quibus adde ابلهم *apparuit fructus*, pp. *diffissa est gemma*, a بلم *rupit*. Arabica exempla Speciei فَعْلَى complura memorat Van Waenen in diss. *de pomoeriis linguae Hebraicae ampliandis* p. m. 760 sqq., e quibus est بَلْتَى *praecidit*, unde fortasse Hebr. בַּלְתִּי proxime derivatum est, nunc particulae, olim Infinitivi potestate. — Exstat in singulari فَعَال, plane ut أَفْعَال. Sic est رِبَاع. — Ut haec forma Infinitivus est Speciei فَعَّال, sic proxime sequens فَوَاعِل est nomen actionis a Pohel, פּוֹעֵל, Arab. فَاعَلَ vel فَوْعَلَ, ut دَوْقَلَ *cepit comeditque;* quarum formarum posterior Syris etiam placuit, ܫܘܥܒܕ et ܣܘܓܦ, et quae sunt hujus generis alia, efferentibus. Ni fallor, in his formis duplex litera servilis inter primam et secundam radicalem inserta est. Nam attendenti elucet formae פּוֹקֵד necessario discrimen aliquod inesse oportere, quo a participiis activis in Kal distinguatur. Hoc autem in eo situm esse arbitror, quod contracta sit ex פְּוֹקֵד vel פְּוֹקֵד, quod proprium speciei characterem servat et longius pronuntiata sit illa prima syllaba in Pohel, quam in participio Kal. Hoc si transferas ad Arabismum, in quo Elif quiëscens respondet Waw quiëscenti Hebraeorum, ab initio فَوَاعَلَ scriptum fuisse agnosces, quod rejecta vocali transiit in فَاعَلَ, qua ratione إِقْوَامَةٌ et إِسْتِقْوَامَةٌ in إِقَامَةٌ et إِسْتِقَامَةٌ abiit. Quod hinc deinceps apud Syros et Arabes formae ܡܘܥܒܕ et فَوْعَلَ exstiterunt, illud non obstat meae sententiae, sed tantum argumento est, veram formae originem jam antiquitus vulgo non satis fuisse agnitam et hanc literam Waw simplicem ejusdem naturae fuisse habitam, atque illam, quae in specie Aphel verborum prima Olaf et Jud quiescentium apud Syros diphthongescit. Contra cavendum est, ne quis meae explicationi favere existimet rationem, qua derivata

Speciei pass. Pohal apud Syros subinde exareutur, existimans v. g. ܓܘܙܠܐ, *inflammatio*, pro ܓܘܘܙܠܐ scriptum esse, ut forma passiva فُوعِلَ pro فُووعِلَ scribatur. Hoc enim *guwzolo* pronuntiandum est, a *guwzal*, pass. *τῷ gawzel*, non *gouzolo*, valetque vocalis *Otsoso* hic idem quod Kibbuts, cui non minus respondet, quam *τῷ Schurek*, *Cholem* et *Kamets-chatuph*. Est ergo hic brevis vocalis, quapropter *guwzolo* etiam ܓܙܠܐ exarari potest. Idem fit in aliis compluribus, unde intelligitur, quam falsa sit vulgaris opinio, in solis ܟܠ et ܡܛܠ *Otsoso* sine Waw scribi. Sed redeamus ad فَوَاعَلَ, quod, quamvis vulgo in فَاعَلَ contractum sit, potuit tamen veterem servare formam, modo prima radicalis euphonicam vocalem adsisceret, ut vox efferretur فَوَاعَلَ. Hujus Infinitivus vetustus fuit فَوَاعِلْ, ut in multis adhuc effertur collectivis (alias demta nunnatione فَوَاعِلٌ). Femin. foret فَوَاعِلَةْ, Hebr. פְּעֻלָּה, cujus exemplum est הוֹלֵלָה *stoliditas*, pro הֹלֵלָה. Cum vero, ut ante dixi, vocalis illa euphonica sit, mirum non est, etiam فُوَاعِلْ pro فَوَاعِلْ exaratum fuisse, qua ratione in formis simplicioribus ex uno فعْلْ nunc فَعْلْ facimus, nunc فُعْلْ, quin et فِعْلْ. Singularis potestatis exemplum est دُوَاسِرْ *solidus*, *firmus*, citatum a Lumsdeno p. 327, quod igitur satis superque probat, etiam formam فَوَاعِلْ olim singulari usu tritam fuisse. Cum vero illius inter collectiva frequentissimus usus sit, ex quo amplissimam hujus speciei ditionem fuisse luculenter efficitur, adstipulari non possumus Ewaldo, illam inter recentiores linguae Hebraeae creationes censenti, *Gramm. Hebr. Crit.* p. 206. Quod apud Hebraeos Poël est rarior, id aequo jure repeti potest ex eo, quod formae illae vetustae plerumque obsoleverunt, quam quod nondum excultae fuerint et frequentatae. Jam Poël intensivum esse, non minus quam

Piël, atque adeo voces ex illa Specie derivatas collectivae notioni exprimendae imprimis aptas esse, variis indiciis constat. Nam primum ipsa illa *contentionis* et *certaminis* notio, quae Speciei Poël Arabicae inest, ex intensiva vi actionis profecta est: tum loco Speciei Piël usurpatur, non tantum in שֹׁרֵשׁ *radices emittere*, et aliis, quae Ewaldus l. l. eam in rem adducit, sed etiam in verbis סוֹבֵב, כּוֹנֵן, aliisque a defectivis vel quiescentibus secunda radicali derivatis. Scio Ewaldum p. 401 et 477 utraque, alios illa, quae a quiescentibus ducuntur, ad Pi'lel referre; sed equidem haec omnia libentius repetam a Poël verborum defectivorum: nam, nisi sic statuas, intelligere nequeo, cur deserta forma Pi'lel בִּינֵן, quam ipsa natura verbi בִּין offerebat, בּוֹנֵן dicere maluerint. Huic formae a nobis declaratae فواعل natura sua proxime conjuncta est فَوَاعِيلُ, quam, in vulgaribus tabellis longissimo intervallo ab illa separatam, Arabum grammatici ab eadem breviore spatio disjungunt, formam 16 et 17 una cum collectivis quadriliterorum in extremum catalogi rejicientes, easque communi nomine اقصى الجموع vel منتهى الجموع comprehendentes. Rationem scriptionis فَوَاعِيلُ, vel, ut ex hodierno linguae more exarandum foret, فاعيل, Chaldaeismus optime declarat, in quo Species extremam vocalem Tseri habentes haud raro Jod inserunt inter secundam et tertiam radicalem, sive consueto Tseri, sive Chirek praemisso. Sic קַבֵּיל et קַבִּיל dixerunt, et pro פּוֹעֵל extulerunt פּוֹעִיל, affirmante etiam Schultensio, qui tamen exemplum afferre neglexit. Si illud in re manifesta desideras, ad manum est רוֹשֵׁישׁ quod alii ad Polel vel Pi'lel verbi רוּשׁ referunt, ego ad Po'el verbi רשׁשׁ propter caussas superius allatas. Transimus ad formam 17 فَعَالِلُ pro فَعَالِلُ, cujus origo ex deperdita fere Specie

repetenda est. Est illa فَعْأَلَ vel إِفْعَأَلَ (ut cognatum إِفْعَأَلَ et فَعْأَلَ), cui Scheidius in *Primis lineis* 17um locum assignat, exemplum memorans بَلْأَزَ *fugit, velociter cucurrit.* In nominibus celebre exemplum est شَمْأَلٌ *septentrio*, alias شِمَالٌ pp. *sinistrum, sinistra manus, infaustum augurium*, cujus adjectivum שְׂמָאלִי apud Hebraeos servatum est. Ejusdem plurale est شَمَائِلُ, quod ipsum mihi videtur esse singulare Hebr. שְׂמֹאל *sinistra manus*, contractum ex שְׂמֹאֵל. Est enim hoc solenne in speciebus pluriliteris, ut prima litera schevata sit, reliquae sequantur vocales participii פֹּקֵד. Sic praeter formas ante illustratas babemus exemplum luculentum חֲצֹצֵר, cum derivatis 12^ae^ speciei Arabicae comparandum, Infinitivis maxime, quorum vetusta forma superest in Imperativo إِفْعَوْعِلْ pro فَعَوْعِلْ. Considerandum vero, an singularis usus formae فَعَائِلُ, quae etiam cum variata vocali euphonica efferri potest فُعَائِلُ, probari quoque possit ex cognata forma فُوَّاعِلُ pro فُأَاعِلُ vel potius فُآعِلُ, cujus exemplum affert Lumsdenus p. 327 n. 52 ذُوَّاجِلُ *debilis.* Cum enim videamus promiscue scribi شَمْأَلٌ et شَأْمَلٌ, item طَمْأَنَ et طَأْمَنَ convenire *quiescendi* sensu, etiam ذَجْأَلَ et ذَأْجَلَ haud diversa fuisse verosimile est, atque adeo ex aequo ذُوَّاجِلُ et ذُجَائِلُ dici potuisse. Diversa forsitan ratio sit formarum فَعَالِلُ, فَعَالِيلُ et فَعَالِلَةٌ, quae proxime in nostra tabella sequuntur. Erunt qui illas referant ad Infinitivos Speciei Pi'lel, quae inter quadriliteras فَعْلَلَ, ut inter triliteras إِفْعَلَّ, vel nona, est. Hanc rationem praecedentium analogia tueri videtur. At praeplacet tamen, ut spectent Speciem XI^am^ إِفْعَالَّ sive فَعَالَلَ, quae est intensiva nonae, ut Grammatici recte docent. Haec viam nobis sternere videntur ad explicanda collectiva أَفَاعِلُ et افاعيل, item مَفَاعِلُ et مفاعيل,

quae ultimo loco posuimus. Nam fieri quidem potest, ut Infinitivi vetusti sint specierum أَفْعَلَ et مَفْعَلَ: sed non minus probabile est, duas priores referri posse ad Speciem intensivam deperditam أَفَاعَلَ, ab أَفْعَلَ ductam, sicuti فَاعَلَ a فَعَلَ et فَعَالَلَ a فَعْلَلَ; reliquas pertinere ad antiqua nomina actionis Speciei مَفَاعَلَ, intensivae τῆς مَفْعَلَ, quam, a Schultensio primum detectam, perperam ex conjugationum tabella ejecerunt Gesenius et alii. Hanc enim instar specierum تَفْعَلَ et سَفْعَلَ synonymam fuisse τῆς أَفْعَلَ, dubium nullum est. Nempe sicut a سَكَنَ, *pauper et miser fuit*, apud Arabes est أَسْكَنَ *pauperem fecit*, sic apud Aramaeos eadem potestate est ܡܰܣܟܶܢ, מַסְכֵּן, quod Arabibus notum fuisse ostendit pass. تَمَسْكَنَ Syriac. ܐܶܬܡܰܣܟܰܢ, Chald. אִתְמַסְכַּן. Hinc profecto mirum non est, apud Hebraeos ab illo מִפְעֵל novam formam creatam fuisse a Nun incipientem, ad analogiam τῆς Niphal, נִמְפְעַל. Hujus unicum exemplum superest in נְמִבְזָה I Sam. XV v. 9, quod cur Gesenius *monstrum vocabuli* appellaverit, non assequor. Significat *rem quae despectui habetur*, nec multum differt a נִבְזֶה, quia בזה in Kal et Hiph'il, atque adeo etiam in illius forma cognata Miph'el, idem fere est; nisi Miph'el magis notaverit *contemtum reddere*, ad rationem verbi מִסְכֵּן *pauperem reddere*, ut נְמִבְזָה pp. sit *quod contemtum est redditum*. Multo magis miror, quod nova Species ex מִפְעֵל prognata sit שְׁמַפְעֵל cum pass. אִשְׁתַּמְפְעַל, quia formae Miph'el et Schiph'el natura sua parum differre videntur, nec igitur altera alterius notioni mutandae inservire potest. Formam, quam extra omnem dubitationem ponit exemplum Chaldaicum אִשְׁתְּמוֹדַע *cognitus fuit*, *cognatus fuit*, *agnovit*, sic expediendum reor, ut Species Miph'el orta sit pp. ex nominibus in Kal a Mem incipientibus. Sic igitur

מִסְכֵּן fuerit ab Infinitivo مَسْكَن, vel ejus feminino مَسْكَنَة, quod hodieque superest *pauperiae* et *miseriae* sensu, מִבְזָה a deperdito מִבְזָה *contemtus* (vid. Ewald, ***Kritische Grammmatik der Hebräischen Sprache*** p. 522.), et שְׁמוֹדַע non derivatum fuerit a verbo מוֹדַע *cognitum habuit*, sed a nomine מוֹדַע, *cognitio, cognatio, notus, familiaris* (cf. Gallicum *connaissance*); idque pari fere ac Miphel potestate, ut אִשְׁתְּמוֹדַע sit *cognitus*, vel *familiaris*, *habitus est*, vel activa vi, ut apud Arabes in Specie X^{ma}, *cognitum censuit sibi, cognovit*. Haec si tenueris, eadem analogia explicare poteris verba Arabica تَمَذْهَبَ, *sectam secutus est*, et تَمَنْطَقَ *zonam induit*, pp. *sectam zonamque sibi admovit*, a مَذْهَب, *secta*, et مِنْطَق *zona*. Sic etiam facile intelligitur, quot verba simplicia fuerint, tot fere derivata مَفْعَل et intensiva مَفَاعَل esse potuisse; unde caussa agnoscitur, cur tantus numerus formarum مَفَاعِل et مَفَاعِيل hodieque supersit. Quod autem مَفَاعَل intensiva esse dixi τῷ مَفْعَل, luculento confirmatur exemplo vocis مَدَائِن, *urbes*, quae pp. infinitivus est verbi مَدَايَنَ, intensivi τῷ مَدْيَنَ, alias ادين, contracte دان, pp. *exercuit* דִּין sive *judicium*, unde מְדִינָה, مدينة *jurisdictio, provincia, urbs*. Sic igitur مَدَايَنَ notaverit *late exercuit judicium*, et مداين *lata jurisdictio*, id est *magna urbs*; quae potestas revera servata est in nomine pp. مداين كسرى, quo Arabes Ctesiphontem insigniunt. Haec igitur nobis harum formarum ratio videtur. Alii fortasse hic latere existimabunt Infinitivos vetustos Speciei III^{ae} activos, quorum nunc tantum passiva forma superest مُفَاعَلَة. Activa apud Chaldaeos sonaret quoque מְפוֹעַל et מְפוֹעַל. Qui hoc amplectuntur, nobis objicient plur. مَسَاكِن a مَسْكَن vel مَسْكِن *habitaculum* duci, significatione a verbo مَسْكَنَ

pauperem fecit, ejusque frequentativo مَسَاكَنَ, prorsus aliena. Sed etiam haec, ut alia in his multa, vestigia servant linguae vetustioris, in qua مَسْكَنَ natura sua diversas notiones accipere potuit, vel *pauperem reddendi*, si a مَسْكَنَةٌ *pauperies*, vel *locum ad quiescendum et ad habitandum assignandi*, si a مَسْكَنٌ *locus quietis* repetatur, quas ambas notiones una Species synonyma اسكن pariter complectitur. Porro, si meam conjecturam sequaris, probabilem caussam reperies, cur nomina formae مَفَاعِلُ collectiva, vel potius intensiva sint nominum simpliciorum a Mim incipientium, a quibus ipsa fluxerunt. Etsi minime infitiandum est, etiam aliunde repeti posse, quod collectiva a litera Elif vel Mim servili incipientia a singularibus ducantur easdem sibi literas praefixas habentibus.

Nempe in omnibus quadriliteris, vel potius pluriliteris, sive barbara sint, sive Arabica, sive simplicia, vel literarum quarumdam accessione a triliteris orta, hoc obtinet, ut collectiva habeant quinque vel sex elementorum, quorum duo priora Fatham habeant, tertium Elif sit, quartum Kesre accipiat, vel breve, vel sequente litera Ye productum, ultimum nunnatione careat vel penultimum fiat adjecta Te feminina nunnata. Ab his legibus numquam disceditur; caeterum in formandis collectivis hoc maxime efficere student, ut vocis singularis literae, si fieri possit, omnes, sin minus magna ex parte conserventur, nec multum curasse videntur, utrum hac ratione formae existerent nulla analogia nexae, modo mensura illa, cujus leges descripsimus, observaretur. Latius in dies malum serpsit, et lapsu temporis tanta succrevit harum formarum varietas, ut certis finibus circumscribi nequeat. Potiores secundum grammaticorum Arabum doctrinam descripsit Lumsdenus l. l. p. 583 sqq. Nos intra

tabellae Sacyanae paucitatem substitimus, cum ex ipsa rei natura disputatio, de reliquis formis instituta, vaga prorsus et incerta futura esset, nec ubique definiri posset, quid vetustae linguae rationibus, quid posterorum licentiae debeatur. Interim formas أَفَاعِلُ et مَفَاعِلُ, ut deinceps apparebit, Aethiopum quoque sermo conservat, quod magnae sane est indicium vetustatis, ut admodum verosimile sit, haec, ut ante feci, ad certas verbi species referenda esse. Idem de paucis aliis censeo, ut تَفَاعِلُ et تفاعيل, ex. gr. تَجَارِبُ a تَجْرِبَةٌ *experientia*, quod esse videtur nomen actionis in Specie sexta, alias تَجَارُبٌ, pp. *contentio*, *concertatio de experientia*. Eadem res cernitur in omnibus aliis infinitivis Speciei II^dae^ a Ta incipientibus, quibus intensivae Speciei sextae infinitivi collectivorum loco sunt. Sic تَمْثَالٌ et تَصْوِيرٌ, pp. *assimilatio* et *formatio*, hinc *figura* et *pictura*, habent coll. تماثيلُ, et تَصَاوِيرُ *contentio de assimilando* vel *figurando*. Sic explicanda quoque sunt illa, quae normam τῶν فَعَاعِلُ et فَعَاعِيلُ sequuntur, et cum singularibus mediam duplicantibus, atque adeo natura sua intensivis, conjunguntur, ut خُرَّقٌ *nomen avis cujusdam* (Lumsden l. l.), pp. *lacerator*, خَرَارِقُ *ingens laceratio*; خُفَّاشٌ, *vespertilio*, pp. *lusciosus*, خَفَافِيشُ *ingens luscitio*. Sunt enim istae formae فَعَاعِلُ et فَعَاعِيلُ pp. Infinitivi Speciei 12^mae^, cujus intensiva potestas nota est, et ipsa origine confirmatur. Nam, sive statuas, quod nonnullis placet, hanc conjugationem pp. non differre a فَعْلَعَلَ, et emollitam esse literam tertiam in Waw, creatumque فَعَوْعَلَ, vel إِفْعَوْعَلَ, sive putes illam a Specie 2da ortam esse, Elif inter literas duplicatas inserto, ad rem perinde erit. Nam Peälal intensivum esse nemo est, qui in dubium vocet. Hoc vero, si ad normam ver-

borum et nominum reduplicatorum apud Aramaeos emolliatur, more Syro efferetur فَعَوْعَلَ, cum Waw diphthongescente, at ex Chaldaïca et Hebraïca consuetudine eadem quiëscet. Prius in ipso verbo sequuntur Arabes, posterius adoptarunt in فَعَاعِلُ et فعاعيل, hoc est פְּעוֹעֵל, חֲצוֹצֵר, vel, quod purum putum Arabicum est, פְּעָאעֵל, עֲזָאזֵל, in quo bene Bochartus agnovit pluralis fracti formam, quam Arabicis literis scriberes عزازيل, ab عَزَّالٌ, vel potius عَزَازِلُ, ab عَزَّلٌ vel simili forma. Vocis sensum si quaeris, ego nec cum Bocharto *separationes* sive *solitudines*, nec cum Gesenio *averruncum* vertam, sed ex vi conjug. 12^mae^ *magnam averruncationem*, vel *separationem perennem*. Interim fatendum est, istam emollitam pronuntiationem apud ipsos Aramaeos in solis formis reduplicatis רוֹרֵב, pro רַבְרֵב, et similibus, non item in Specie Pehalhal frequentari. Unde mihi dubitatio exorta est, utrum praestet credere, in formis a Specie 2da derivatis idem factum esse, quod de Speciei 4^tae^ propaginibus paullo superius insinuavimus, ut nempe ab illa quoque nova conjugatio fluxerit, quae insertione literae Elif apud Arabes, literae Waw apud Hebraeos, et simili vocalium successione, Speciem فَاعَلَ, vel potius فَوَاعَلَ, פָּעֵל, vel potius פּוֹעֵל, imitaretur. Quin idem de omnibus Speciebus activis conjicere licet, ut haec fuerit illarum formarum successio:

I. فَعَلَ. . . . . . III. فَاعَلَ ex . . . . فَوَاعَلَ
II. فَعَّلَ. . . . . . XII. إِفْعَوْعَلَ ex فَعَوْعَلَ vel فَعَاعَلَ
IV. أَفْعَلَ. . . . . أَفَاعَلَ
VII. نَفْعَلَ vel إِنْفَعَلَ. . . . . نَفَاعَلَ
تَفْعَلَ . . . . VI. تَفَاعَلَ
سَفْعَلَ. . . . . سَفَاعَلَ
مَفْعَلَ . . . . مَفَاعَلَ
IX. فَعْلَلَ vel إِفْعَلَّ. XI. إِفْعَالَّ ex . . . . . فَعَالَلَ

Vides his omnibus imitationem inesse formae tertiae, sed jure tuo probationem et confirmationem quaeris Speciei تفاعل et reliquarum, de quibus nondum actum est. Forma تَفَعَّلَ origine passiva non erat, sed media, quae deinceps in تفاعل intensiva facta est. Exemplum unicum superest in Hebraeo נִגְאַל, quod mihi passivum non est a נִגְאַל, *se contaminare*, sed a נִגְאַל *certatim et studiose se contaminare*. Similiter تفاعل non videtur derivanda esse a فاعل, sed a تفعل, cujus nunc fere obsoleti nomina actionis تَفْعِيلٌ, تَفْعَالٌ et تِفْعَالٌ nunc cum synonyma secunda Speciei conjuncta sunt. Caussam agnoscis, cur formae intensivae تَفَاعُلٌ et تَفَاعِيلُ his collectivorum loco adjungantur. Nec amplius obscurum est, cur Grammatici doceant, ab Infinitivo Speciei X^{mae} اِسْتِفْعَالٌ oriri collectivum تَفَاعِلُ vel سَفَاعِلُ, cujus exemplum ponit Lumsdenus, p. 581, اِسْتِخْرَاجٌ, coll. تَخَارِجُ et سَخَارِجُ. Nam تَفْعَلَ et سَفْعَلَ cum ambo sint synonyma Speciei II^{dae} vel IV^{tae}, transitivarum primae, mirum non est, illarum derivata intensiva تفاعل et سفاعل subinde incidere in significationem Speciei X^{mae}, quippe quae frequenter versetur *in voluntate et desiderio illius actionis vel conditionis efficiendae, quae Specie I^{ma} significatur*. Unde saepius a quarta non differt. Sic اِسْتَخْرَجَ est *eduxit*, pp. *exire voluit aliquem*, vel *aliquid*, aliis verbis أَخْرَجَ, i.e. تَخْرَجَ et سَخْرَجَ, intensiva تَخَارَجَ et سَخَارَجَ, quorum Infinitivi igitur تَخَارِجُ et سَخَارِجُ significant *studiosam et assiduam eductionem*, atque adeo tamquam collectiva considerantur vocis اِسْتِخْرَاجٌ *eductio*. Par denique ratio collectivorum est formae vicinae مَفَاعِلُ, si a singularibus ducuntur participiis decimae vel septimae Speciei. Sic a مُسْتَخْرِجٌ, *educens*, pluralem formari ajunt مَخَارِجُ, i. e. *as-*

sidua et continua eductio, erogatio, quod alias pertinere solet ad singulare مَخْرَج, *locus et tempus exitus, expensae.* Similiter مُنْطَلَق, *liberatus, dimissus,* pluralem habere ajunt مَطَالِق, qui pp. pertinet ad deperditum مَطْلَق, *dimissio, vel manumissio servorum,* et nomen actionis est notans *continuam manumissionem*, a Specie مَطَالَق, quae proxime descendit a مَطْلَق, denominativa formae مَطْلَق, et synonyma speciei اطلق, *libere servum dimisit.* Probabilem originem collectivorum pluriliterorum, ut vides, proposuimus, qua admissa eorundem abstracta quoque et singularis potestas eadem opera confirmata est. Hoc vero argumentum non leviter corroborat et fulcit nonnullarum formarum singularium, quae natura sua ad collectiva ista proxime accedunt, comparatio. In his luculentissima est أَفَاعِل, una vocali diversa a forma collectiva أَفَاعِل. Exemplum est أَخَائِل, *vir superbus*, pp. *ingens et continua arrogantia.* Nec minoris sunt momenti voces عَثَوْثَل, *senex debilis*, et خَفَيْفَد, *celer pedes*, pp. *incessus celerrimus.* Quamvis enim formae فَعَوْعَل et فَعَيْعَل differant a فَعَاعِل, mensura tamen vocum eadem est. Usum literae Waw in hisce ex Specie XII^ma et Syriasmo probavimus. Nec litera Ye hic inexpectata est. Nam cum istae species, de quibus hic egimus, formam فاعل imitentur, admodum verosimile est, non minus variatum fuisse فعاعل in فَعَأْعَل, فَعَوْعَل et فَعَيْعَل, quam فاعل in فَأْعَل, فَوْعَل et فَيْعَل, quorum verborum specimina sunt طَأْمَن, *reclinavit quiescendi ergo*, هَوْجَل, *convitiatus est*, بَيْقَر, *conspectis bobus constitit canis.* Superest ejusdem rei indicium in formis تَفَأْعَل. تَفَعَيْعَل et تَفَعَوْعَل.

.CAPUT SECUNDUM.

DE COLLECTIVORUM ARABICORUM IN LINGUA USU EORUMQUE CONJUNCTIONE CUM CERTIS FORMIS SINGULARIBUS.

Formarum omnium, quae vulgo pluralibus fractis accensentur, potestatem singularem, partim ex praesentis sermonis consuetudine, partim ex interioribus linguae rationibus, abunde probavimus; nunc restat ut de legibus exponamus, quibus earum cum singularibus conjunctio regitur. Qua de re etsi ex linguae usu haud indiligenter exposuerunt Arabum Grammatici, multa tamen non attigerunt, nec etiam viri docti, qui nostra et superiori aetate Arabum magistrorum auctoritatem in arte tradenda secuti sunt, illas copias exhauserunt et in suam rem converterunt, quas decessores isti, aut diligens linguae consideratio, offerebant. Solum Ewaldum excipio, cujus insignem in augendo formarum numero industriam, in Grammatica Arabica nuper edita declaratam, imprimis collaudandam censeo, etsi rationes, quibus collectivorum originem et cum certis singularibus compositionem explicare conatur, mihi non esse probatas, praesens haec commentatio satis ostendit. Interim ipse, quamvis infeliciter, rem tentavit; reliqui, sive Orientales sive Europaei, de caussis, quibus harum formarum usus definitur, non magis laborarunt, quam de illarum origine. Quod jam nobis minime mirum accidit. Nam, ut

in positione nostra decima observavimus, pendent istae caussae maximam partem ex veteri linguae facie, quam intermortuam et deletam conjectando quidem nobis depingere possumus, in vitam revocare non possumus. Supersunt quidem nonnullae voces, quarum usus collectivus singularem potestatem non obscuravit, ut superiore capite § 2 ad formam أَفْعَال docuimus, et inferius aliis exemplis corroborabitur. Hae, ad nullum genus nullumque numerum restrictae, hoc ipso se infinitivos produnt, at longe major pars usu concreta facta est, abstracta potestate prorsus amissa. Quo fit, ut ex vera et nativa collectivorum significatione amplius probare non possimus necessariam formae alicujus pluralis cum alia quadam singulari conjunctionem. Interim in aliis caussam aliquam videmus, in aliis nullam. Nam formas infinitivorum ab intensivis speciebus secunda, tertia aliisque ductas, de quibus magnam partem capite primo disputavimus, collectivae potestati designandae inservire potuisse, quivis fatebitur; nec minus manifestum est, cur nomina abstracta etiam primae Speciei adhibita sint ad omne genus indicandum eorum, quorum unitas participio significatur. Sic, ut hoc utar, nemini mirum accidit, a part. بَارٌّ, pro بَارِرٌ, *innocens*, duci pluralem بَرَرَةٌ, qui pp. est infinitivus *innocentia*. Nam idem tropus omnibus fere linguis Europaeis in eadem voce communis est. Nonne v. g. Gallo-Franci jure consultum bonorum omnium et culpa vacantium patronum appellarent: *un défenseur zélé de l'innocence?* At contra minus apparet, quamobrem ex variis infinitivorum formis unius ejusdemque verbi, alia singulari, alia ejusdem collectivo indicando inservierit, cur v. g. بَحْرٌ *mare*, et بُحُورٌ *maria* sit. Oritur hujus rei obscuritas non

minus ex ignorantia significationum veterum earum formarum, quae nunc singulares, quam earum, quae nunc collectivae habentur. Has veteres notiones si adhuc investigare liceret, ubique procul dubio caussam reperiremus, cur eae voces singulares, quae forma sua nobis abstractae videntur, usu induerint potestatem concretam, unde origo repetenda sit illius infinitivi collectivo usu ipsi adjuncti. Agnoscimus tamen adhuc mutatae notionis rationem in multis singularibus. Sic, ut hoc exemplum afferam, جَبَلٌ *mons* est, at pp. fuit Infin. 4^tae^ formae فَعَلٌ designavitque *terminationem*, collata significatione *finiendi* in Hebraico גְּבַל et ad sensum comparatis Graecis ὄρος et ὅρος. Hinc ergo exstitit collectivum sive potius intensivum جِبال, pp. tertiae speciei Infinitivus, qui, quatenus concretum usum singularis spectat, notat *montes*, quatenus abstractum, *continuam terminationem*. Est autem praecipuum hujus, in qua versor, disputationis consilium, ut singularium et collectivorum nexus ex ipsis vetustis eorum significationibus eruatur. Quamobrem in singulis formis collectivis illustrandis, earumque usu explicando, ex magno numero eas maxime selegimus, de quarum vetusta origine verisque caussis imprimis nobis constare videtur. De aliis plerisque, quarum veram et interiorem caussam non perspicimus, sic statuo, illas magnam partem esse a recentioribus conditas et fictas ad normam formarum vetustiorum. Cum enim agnovissent, multa ad certam normam esse exacta, et v. g. فِعْلَةٌ cum collectivis فَعَلٌ et فِعَلٌ conjungi, proclive erat, ut omnibus etiam reliquis nominibus formae فِعْلَةٌ eadem collectiva perperam tribuerent posteri, cum veras rationes penitus ignorarent, quae decessores suos ad eam formarum copulationem impulerant. Quae licentia etsi necessario hanc grammaticae Arabicae

partem haud leviter obscuravit, non dubito tamen, quin, si haec accuratius investigentur, adhuc multa bonae frugis ex antiquioris linguae officina proferri possint; at alterum illud plane desperatum est, ut ostendatur, cur totae *familiae classesque* collectivorum cum certis *classibus* singularium copulentur, item cur ex compluribus formis, quas Grammatica ratio probabat, nonnullae tantum in quibusdam vocibus selectae sint, aliae neglectae, et ex. gr. solae exstent نُفُوسٌ et أَنْفُسٌ a نَفْسٌ, non item نِفَاسٌ, نَفَسَةٌ, نِفْسَةٌ et نُفْسَانٌ, quas tamen omnes singulare فَعْلٌ admittit. Nec certior caussa est, quae usum rexit variarum formarum collectivarum uni voci singulari respondentium, quaeque v. g. effecit, ut أَنْفُسٌ pronominis pluralis reflexivi loco, نُفُوسٌ de ipsis *animis*, عُيُونٌ de *fontibus* et *delatoribus*, أَعْيَانٌ de *viris principibus*, بُيُوتٌ de *domibus*, أَبْيَاتٌ de *versibus*, solenniter ponerentur. Etsi postremum hoc, quod attulimus exemplum, manifesto probat, hic nonnulla saltem non ratione, nec interiore nexu vocum, sed sola consuetudine definita fuisse. Nam contra ipsum illud *abyāt* apud Aethiopes *domos* notat. Quod vero hanc formam أَفْعَالٌ, et alias tres أَفْعُلٌ, أَفْعِلَةٌ et فِعْلَةٌ, quibus Farraä Grammaticus tres alias adjungit, nempe فُعَلٌ, فِعَلٌ et فِعَلَةٌ, ab aliis improbatas, quod igitur has de rebus infra numerum decimum usurpari tradunt, id mirum commentum est grammaticorum, quod nec formarum ratio, nec linguae usus confirmat, et ipso illorum hominum dissensu refellitur. His igitur omissis, quae vel nostrae ignorantiae, vel ipsius rei naturae caussa, vix explicari posse, vel nullius momenti esse arbitror, jam nostrum consilium exsequamur singulasque formas triliterorum nominum collectivas perlustremus eo or-

dine, quo in tabella generali leguntur, licet Arabum, ut ex Lumsdeni grammatica satis elucet, hic prorsus diversa ratio sit. Dixi autem *formas triliterorum nominum.* Nam de collectivis, quae nominibus quadriliteris et quinqueliteris et barbaris multis adjungi solent, quantum satis est, extrema capitis primi paragrapho diximus. De reliquis, quae eo loco non attigimus, quid attinet dicere, et Arabum exemplum sequi, hic formas فَعَالِنُ, ut فَرَاسِنُ a فُرْسَانٌ, et فَعَالِينُ, ut سَلاطِينُ a سُلْطَانٌ, item فَعَانِلُ, ut فَرَانِدُ a فِرِنْدٌ, et فَعَانِيلُ, ut فَرَانِيسُ a فِرْنَاسٌ, aliasque nobis obtrudentium? Quae quam temere et insolenter fictae sint, nemo non videt; nihil enim prohibet alias formas condere quam plurimas pro literarum varietate, ex quibus voces pluriliterae, sive Arabicae sive barbarae, compositae sunt, quarum collectivas ad normam τῷ فَعَالِلُ vel فَعَالِيلُ recentiorum licentia finxit. Agemus igitur, ut dixi, de solis triliteris, quarum prima est

فُعَلٌ.

Haec forma pertinet 1°. ad substantiva singularia فُعْلَةٌ, quae etiam فُعُلَةٌ efferri potest: ex. gr. أُكْلَةٌ *buccella*, pl. أُكَلٌ, pp. *comestio*, *cibus*, ظُلْمَةٌ *tenebrae*, pl. ظُلَمٌ, pp. *obscuratio*, صُورَةٌ *imago*, pl. صُوَرٌ, pp. *pictio* vel *fictio*, جُمْعَةٌ vel جُمُعَةٌ *dies Veneris*, pl. جُمَعٌ, pp. *congregatio*;

2°. ad substantiva formae فَعْلَةٌ, فِعْلَةٌ, فُعَلَةٌ et فُعَالَةٌ: ex. gr. دَوْلَةٌ *fortunae*, *temporis vicissitudo*, pl. دُوَلٌ, pp. *conversio*, et notione parum diversa نَوْبَةٌ, pl. نُوَبٌ; حِلْيَةٌ *monile in capulo gladii vel vagina*, pl. حُلًى, pro حُلَىٌ, pp. *ornamentum*; تُهَمَةٌ *suspicio*, pl. تُهَمٌ, et تُخَمَةٌ, *indigestio*, pl. تُخَمٌ; denique عُجَاوَةٌ vel عُجَايَةٌ *tendo in inferiori crure quadrupedis*, pl. عُجًى pro عُجَىٌ.

De industria hae in tabella voces femininas, unde pluralis فَعْلٌ ducitur, omnes una serie conjunxi, conjecturam cum lectoribus meis communicaturus, quae omnes illorum nominum classes spectat. Nam, licet ex singulorum verborum, unde ista ducuntur, notione de collectivorum plerorumque significatu probabiliter statui possit, vel sic tamen non satis apparet, quid inter collectiva eorumque singulares intersit. At fortasse res explicari poterit ex interiore potestate illius Te finalis, ut nempe hic eadem illius vis sit, quae in nominibus unam actionem, sive unam rem, significantibus obtinet. Sic igitur أَكْلَةٌ *unam edendi actionem* (*een beet*), ظُلْمَةٌ *unam obscurationem*, صُورَةٌ *unam fictionem* vel *unam imaginem*, etc. etc., notarent, collectiva easdem res vel actiones vaga et indefinita ratione exprimerent. Confirmat istam hypothesin quam maxime comparatio vocum formae فَعْلَةٌ, quae ex vulgari Grammaticorum praecepto solae *unam* actionem denotare possunt. Sit دَوْلَةٌ et نَوْبَةٌ. Nam illa descendens a masculino دَوْلٌ, *conversio*, quod adhuc exstat, pp. *unam conversionem* notat, hanc ipsi Grammatici nomen vicis esse affirmant a نَوْبٌ, quod si usus ita constituisset, eodem jure pluralis fieri potuit vocis نَوْبَةٌ, quo رَوْضٌ est pluralis τῦ رَوْضَةٌ *hortus unus*, et نَحْلٌ τῦ نَحْلَةٌ *apis una*. Quippe natura vocabulorum unam rem et unam actionem significantium est eadem. Unitatis origo utrobique est in litera ة, quae hic non est generis, sed articuli signum, respondens He paragogico Hebraeorum, in quo articuli vim recte quaesivit Gesenius post Castellum, Schmidtium et Ludovicum de Dieu, comparans He et Aleph paragogicum Chaldaeorum et Syrorum, quod non minus articulum unitatis, quam demonstrativum exprimit. Hanc

literam Hebraicam, non minus quam terminationem femininam, Arabes reddidisse suo ة, quae una figura literam He et Te repraesentat, demonstrat comparatio nominis لَيْلَةٌ cum Hebraico לַיְלָה. Cui voci etiam illud praeterea accidisse videmus, quod omnibus ejusdem ordinis reliquis, ut nempe obliterata et ignorata rei origine feminina haberetur, et hinc, Hebraeis communi errore, articulum quoque reciperet. Jam ex his luculenter apparet, nullam probabilem caussam existere, ex ipsius Grammaticae legibus ortam, cur nomina, quae unam rem indicant, cujusvis formae esse possint, quae unam actionem, haec intra unam فَعْلَةٌ se contineant. Usus recentior hoc ita confusionis evitandae et nomina unitatis ab ordinariis femininis distinguendi caussa constituerit; at quo tempore haec primum in linguam introducta sunt, et collectivorum ratio constituta est, majorem in his obtinuisse licentiam, ipsa rei natura docet. Eandem literam ة apud Arabes eadem Aramaeismi lege articuli quoque demonstrativi vicem obtinuisse, pluribus argumentis inferius docebitur in disputationis nostrae progressu. Ad praesentem rem quod attinet, vix dubito, quin eadem hypothesis inserviat etiam explicandae conjunctioni vocum substantivarum formae فُعْلَى cum collectivis فُعَّلٌ, cujus rei exemplum laudant رُجْعَى *reditus*, pl. رُجَّعٌ, et رُؤْيَا *somnium*, pl. رُؤًى. Significationis collectivam notionem non admittentis difficultatem haud minorem vides, quam in formis modo expositis formam emphaticae Aramaeae apte respondentem. Est enim haec litera Ye finalis, si pronuntiationem spectes, revera Elif, quod illius locum occupat in forma sequente رُؤْيَا. Hoc Hebraicis literis efferendum foret ראיא, sive haec feminina forma sit, sive emphatica a masculino ראי,

visus, quod adhuc in pausa exstat, pro רֱאִי ex רְאִי. Sic igitur voces, quas modo laudavimus, *unum reditum* et *unum visum* significarent, idemque de aliis formis abstractis statuendum in Ye desinentibus et collectivo junctis, ut ذِكْرَى, pl. ذِكَرٌ, nisi hoc ad ذِكْرَةٌ referendum sit. Haud infitior tamen fieri potuisse, ut, quod supra de collectivis universe observavimus, hic cum maxime obtineat, et nonnullae voces exactae sint ad normam aliarum, quarum exterior quidem species eadem, at ratio diversa erat. Nempe nihil frequentius est, quam ut collectiva formae فُعَلٌ copulentur cum femininis formis singularibus فُعْلَى, quae a masculinis intensivis formae أَفْعَلُ ducuntur. Hae etsi ab initio infinitivi feminini fuerint, nihilominus per catachresin in vim adjectivam transierunt, eaque de caussa recte cum collectivis conjunctae sunt. Sic كُبْرَى pp. quidem est *magnitudo*, a masc. كُبْرٌ, quod inter alia idem illud et *majorem potioremque rei partem* notat, tum *permagna*, vel *permagnum*, quae potestas iterum collectivum كُبَرٌ admittit, quod vi et origine non differt a كُبْرٌ, etsi hujus etiam ad concretam notionem translati pluralis habetur. Sic قُفْرٌ, *latus*, pluralem facit قُفَرٌ, et جُمْلٌ, pp. *perfectio*, masc. τῆς جُمْلَةٌ *summa*, hinc feminae nomen proprium, hoc sensu collectivum habet جُمَلٌ. Nunc vero جُمْلٌ et جُمَلٌ ambo *navis rudentem* notant, ut جُمُلٌ. Quae res, ut luculenter demonstrat, haec, ut ante dixi, natura sua eadem esse, ita ostendit, quomodo collectivorum ratio non ex linguae praesentis, sed ex antiquioris legibus explicetur.

Restat, ut videamus de reliquis singularibus, a quibus فُعَلٌ ducitur. Hae sunt فَعْلٌ, فَعَالٍ, فُعَالٌ, فَعِيلٌ, فَعُولٌ et فُعَلَاءُ. Harum haec exempla sunto: وَكْرٌ *nidus*; رَبَاعٍ cum

fem. رَبَاعِيَةٌ, ad normam τῶ ثَمَانٍ, f. ثَمَانِيَةٌ, quod pp. *quatuor* vel ad *quatuor pertinens* notare videtur: hinc in masculino de quatuor dentibus anterioribus, quos pecudes, boves, equi, cameli, certo aetatis anno abjiciunt, dicitur; in masculino et feminino simul de animalibus, quae hoc faciunt. Plurale est رُبْعٌ, alias رُبُعٌ, pp. *quadratura*. Posterius quoque est nomen dimunitivum numerale, unde apparet, haec plane cohaerere, ut ثَمَانٍ et ثُمْنٌ, et verosimile fit olim ad eandem normam omnia nomina numeralia inflexa fuisse. Proximum ordine est بَوَانٍ *stylus* vel *columna*, *cui tentorium innititur*, pl. بُونٌ, cujus rationem non perspicio. Optime vero explicari possunt tria postrema غَدِيرٌ, pl. غُدُرٌ, عَدَوٌ, pl. عِدًى, et نُفَسَاءُ, pl. نُفَسٌ. Primum *stagnum* notat, sed pp. *decipientem*, quia aqua pluvia deficiente spem sitientium fallere solet. Probat hoc etymon, quod aliis displicet غدير passive accipientibus, hoc al Komaitae versu Djauharius:

(المتقارب) وَمِنْ غَدْرِهِ نَبَزَ ٱلْأَوَّلُونَ
إِذْ لَقَّبُوهُ ٱلْغَدِيرَ ٱلْغَدِيرَا

quod sic reddendum arbitror:

Et propter perfidiam ejus convitiati sunt veteres:
cum cognominarunt illud stagnum perfidum.

Pluralis illius غُدُرٌ nunnatione demta etiam in singulari usurpatur, idque modo duplici. Nam in formula يا غُدَرُ *perfidi* notionem habet, in altera يَا آلَ ٱلْغُدَرِ *perfidia* est; unde primum constat de vera vi hujus collectivi, dein apparet, quam facile abstracta potestas in concretam vertatur. Secundum exemplum عَدُوٌّ, *hostis*, pp. participium est verbi عدا *impetum fecit*, *inruit*, *iniquus fuit*, etc. Hujus collect. عدًى, pro عَدَيٌ, pp. est *iniquitas* et *violentia*. Miro autem

nexu postremum exemplum نُفَسْ, نُفَسَاءُ, cum suo plurali cohaeret. Illud Lumsdenus explicat: *mulier, quae intra dies quadraginta infantem peperit.* Brevius dixisset *puerpera.* Nam hoc nomen tribuitur mulieri parienti et deinceps per omne tempus τῶν λοχείων, unde Germanice appellatur *Wöchnerin*, a sex illis hebdomadibus post partum. Apud Arabes nomen ab ipso partu ducitur: id enim notavit antiquitus نُفَسَاءُ, pp. *suspiratio, anhelitus.* Hic autem, ut vides, Infin. est femininus, ductus a mascul. نُفَسْ, qui nunc illius jam ad puerperae notionem translati collectivum habetur. Modo hac in re Lumsdeno auctori sit fides, hic, ut saepe, formam memoranti, Djauhario et Firuzabadio ignoratam, qui plurales نُفُسْ, نُفْسْ, نِفَاسْ, نَوَافِسُ et نُفَسَاوَاتْ memorant. *Anhelandi* notionem primariam a نَفَسْ, ductam verbum in Specie V^ta^ tantum conservavit. At نَفِسَتْ est *peperit*, et passivâ formâ *peperit filium* est نُفِسَتْ غلامًا, pp. *ad anhelandum aducta est quod ad filium.* Haec de forma prima dicta sunto. Secunda est

فُعْلْ.

Hujus solennis conjunctio est cum nominibus adjectivis formae أَفْعَلُ, *colorem* vel *deformitatem* notantibus, et cum femininis inde ductis فَعْلَاءُ. An etiam haec aliquando pluralis sit nominum أَفْعَلُ, comparativam et superlativam potestatem habentium, ut Lumsdenus affirmare videtur, equidem ignoro, nec rem ipse exemplis confirmat; etsi nihil obstare censeo: cum enim, ut ante demonstratum est, omnes formae أَفْعَلُ, unius ejusdemque naturae intensivae sint participes, porro فُعْلْ et فُعَلْ scriptione potius quam natura differant, et فُعَلْ denique sit collectivum femininorum superlativorum, non est quod mireris, فُعْلْ aliquando mas-

culinis istis superlativis respondisse. Sed haec in medio relinquo, et intra solam formae أَفْعَلُ, فَعْلَآءُ, explicationem me contineo. Haec pp. pertinebat ad Infin. فَعْلٌ, פְּעַל. In masculino Elif euphonicum praepositum est, in feminino transposita vocali ex فَعْلٌ factum est فَعْلَآءُ. Haec ubi ex abstractis concreta facta erant, vicinam formam فُعْلٌ collectivam sibi adsciverunt. Hinc حُمْرٌ, pp. *rubedo*, سُودٌ *nigror*, صُمٌّ *surditas*, pertinent ad أَحْمَرُ, حَمْرَآءُ, *ruber*, أَسْوَدُ, سَوْدَآءُ, *niger*, et أَصَمُّ, صَمَّآءُ, *surdus*. Ad eandem normam exiguntur etiam pauca nomina substantiva formae فَعْلَآءُ, ut بَيْدَآءُ *desertum exitiale*, supple أَرْضٌ, pl. بِيدٌ pro بُيْدٌ, pp. *interitus*, *exitium*, quod alias بَيْدٌ sonat. Alterum exemplum, quod affert Lumsdenus, غَرَّآءُ, pl. غُرٌّ, *avis capite albo*, huc pertinere non videtur. Nam est femininum ab أَغَرُّ, quod pp. est *candicans*, atque adeo ad regulam superius enotatam pertinet. Idem Lumsdenus alias huc refert formas quam multas pl. فُعْلٌ habentes, quarum nonnullas etiam memorat Ibn-Doreidus. Hae sunt: فَعْلٌ, فَعْلَةٌ, فَعُلٌ, فَعَلٌ, فَعَلَةٌ, فُعَلَآءُ, فَعِلٌ, فُعْلٌ, فُعُلٌ, فَاعِلٌ, فَعُولٌ, فَعِيلٌ, rarius cum perfecta finali فَعِيلَةٌ, فَعَالٍ, فِعَالٌ, فُعَالٌ, فَعَّالٌ, فَعَّالَةٌ, فُعُّولٌ et أَفْعَلُ. Arabes in his recensendis nullum certum ordinem rationemve sequuntur; ego et hoc loco et alias illum observavi, quem ipsa formarum a simplicioribus ad auctiores progressio postulat. Singularum haec exempla selegi:

1°. حَشْرٌ, pp. *acumen*, hinc *acutus* et *tenuis*, hoc sensu facit in plurali حُشْرٌ *acumen*, unde dicimus سَهْمٌ حَشْرٌ *telum acutum*, et سِهَامٌ حُشْرٌ *sagittae* vel *tela, acumen*. Similiter sibi invicem respondent وَرْدٌ sing. et وُرْدٌ plur. de rufo colore equi, hinc est singul. فَرَسٌ وَرْدٌ, et plural. أَفْرَاسٌ وُرْدٌ *equi, rubedo;* eodemque fere sensu usurpatur جَوْنٌ, pl. جُونٌ,

etsi haec, ut nomina colorum, aequo jure referantur ad أَوْرَدُ, وَرْدَآءُ, et أَجْوَنُ, جَوْنَآءُ, quarum vocum tamen sola extrema, idque *solis* notione, in usu est; item ثَطٌّ et ثُطٌّ, de *raris barbae genarumque pilis;* ut رَجُلٌ ثَطٌّ et قَوْمٌ ثُطٌّ.

2°. مَنِيَّةٌ, *semen virile*, plur. مُنًى.

3°. ضَبُعٌ, *hyaena*, *imprimis femina*, ut Djauharius testatur, cum masculinum sit ضِبْعَانٌ, pl. ضِبَاعٌ, alias أَضْبُعٌ pro ضَبُعٌ, quod igitur revera idem est. Vera significatio incerta est. Conferunt verbum سَبَعَ, ut sola scriptione diversum, quod inter alia notat *lupus ovem furatus est*, unde سَبُعٌ, *fera*, pecul. *leo*, pl. سِبَاعٌ *ferae*, etiam *lupi*. Sic igitur hoc nomen cuivis ferae, non hyaenae proprium erat, et hinc latiore sensu ponitur צבועים apud Talmudicos, et fortasse צָבוּעַ apud Jeremiam cap. XII v. 9, quam vocem *feram tinctam* interpretabatur Schroederus. Hoc vero ad pardalim potius, quam ad hyaenam spectaret.

4°. وَلَدٌ *filius*, pl. وُلْدٌ, pp. *generatio*, *gens;* نَارٌ, pro نَوَرٌ, *ignis*, pp. *lucens*, pl. نُورٌ *lux*, quod Chaldaicum est singulare נור *ignis;* دَارٌ, pro دَوَرٌ, *domus*, pl. دُورٌ *orbis*, *circulus* (i. e. habitacula in orbem disposita). Cf. דור Hebraice *circulus*, ut בַּדּוּר *in orbem*.

5°. بَدَنَةٌ *pinguis*, ubi fortasse subintelligitur بهيمة, nisi ة sit unitatis signum; hinc *camelus* vel *bos saginatus* et *Meccano sacrificio designatus*, pl. بُدْنٌ, pp. *pinguedo*, *obesitas*, quo sensu adhuc exstat; أَكَمَةٌ *collis*, pp. fortasse ex potestate radicis Aramacae *nigrescens*, id est *fuscum nigrumve eminus in horizonte apparens*, iterum cum ة unitatis a masculino أَكَمٌ, quod nunc ejus plurale habetur. Plur. أُكْمٌ solus memorat Ibn-Doreidus.

6°. نُفَسَآءُ *puerpera*, de qua voce supra vidimus, habet etiam pluralem نُفْسٌ.

7°. ذَرِبٌ *acutus*, ذَرْبٌ *acumen*, unde apud Hebraeos productum est דָּרְבָן et דָּרְבֹן.

8°. فُلْكٌ, plur. et sing., *navis*, nempe στρογγύλη. Est enim pp. *orbis*.

9°. أَعْزَلُ *inermis*, pl. عُزْلٌ, quod revera a singulari non differt. Utrumque notat *conditionem inermem*. Alii hoc nomen عُزْلٌ referunt ad أَعْزَلُ, quod ostendere videtur formas illas أَفْعَلُ, فَعْلَاءُ, فُعْلٌ, paullatim de omni defectu, non de corporis tantum vitio, usurpari coepisse.

10°. بَازِلٌ *camelus*, *cui dens anterior erupit*, pp. *effindens*, scil. dentem, part. τῶ بزل, Hebraice בָּדַל, pl. بُزْلٌ *effissio*; قَارِهٌ *equus agilis*, plur. فُرْهٌ *agilitas*.

11°. قَلُوعٌ *gladius acutus*, plur. قُلْعٌ *sectio*; عَفُوٌّ *condonans*, عُفُوٌّ *condonatio*.

12°. قَلِيبٌ *puteus vetus et usitatus*, pp. *versatus et tractatus*, pl. قُلْبٌ *versatio*; ثَنِيٌّ *camelus vel aliud animal, secundos dentes cum primis mutans*, pp. *secundas agens*, plur. ثُنْيٌ *iteratio*.

13°. ظَعِينَةٌ *onerata*, scil. camelus femina, vel *oneratum*, scil. pilentum, vel *proficiscens*, scil. mulier, pro varia potestate vocis et verbi ظعن, pl. ظُعْنٌ *oneratio* et *profectio*.

14°. رَبَاعٍ, de qua voce ad فُعَلٌ jam actum est, pl. رُبْعٌ.

15°. جِرَابٌ *pera*, pl. جُرْبٌ; شِيَارٌ *dies Sabbati*, pl. شُيْرٌ pro شُيُرٌ.

16°. ذُبَابٌ *musca*, pl. ذُبٌّ; item, quod praecedentibus facilius explicatu est, أُوَارٌ *aestus, ardor ignis, solis, sitis, fumus, auster, flamma*, pl. أُورٌ. Nomen أُوَارٌ pro أَوَارٌ conferri potest cum אוֹר *lux* pro אָוֹר, quod mihi participium videtur ad normam τῶ בּוֹשׁ, forte pp. *lucens, splendens*. Hoc respectu pluralem אוּרִים uno tantum loco servatum ha-

buit non infinita potestate. Collectivum أُورٌ *lux*, *splendor*, adhuc exstat in sing. Hebr. אוּר *ignis*, *flamma*, et apud Arabes *Eurum* quoque significat, quod Latinum venti nomen ex Orientali fluxisse et a Phoenicibus in Graeciam et Italiam translatum videtur. Nam etiam illis אוּר, vel potius אֻרִים, *Orientem* designasse Hebraica lingua argumento est. Vide Jes. c. XXIV vs. 15, de cujus loci vero sensu jam nemo amplius dubitabit, qui illud أُورٌ a Freytagio meo primum in Lexico suo annotatum contulerit. Antea scilicet أَوْرٌ, i.e. *Septentrio*, conferebant, cujus nominis ratio vel ex eo explicanda est, quod ambo et *oriens* et *septentrio* a luce appellantur, cum ille solis ortu sit insignis, hic purus a nubibus, vel inde quod plagae coeli saepius inter se confunduntur. Rem attigimus in Miscell. Phoeniciis p. 313, agentes de voce צָפוֹן et ostendentes, illam a septentrione ad occidentem translatum fuisse videri. Nunc addimus, ex nostra conjectura eodem pertinere vocem ζέφυρος pro ζέφυνος (צָפוֹן) scriptam ex solemni literarum liquidarum permutatione, quod apud Homerum adhuc venti *borealis* nomen est e Thracia venientis. Nec dubito quin ad eandem confusionem spectet *auster*, quem meridionalem perhibent Latini, orientalem Germani et Scandinavi; quod quam verum sit, in primis ex Islandica scriptione *auster* apparet. Interim erunt fortasse, qui Euro nomen illud أُورٌ ob vim igneam et ardentem tributum censeant.

17° et 18°. خَوَّارٌ et خَوَّارَةٌ *valde debilis*, vel *mollis*, sive hoc de viro, sive de terra, sive de alia quavis re dicatur. Plur. est خُورٌ *debilitas* vel *mollities*. At longe diversa ratio est, si illud خَوَّارٌ *de camelo eleganti et pulcra statura praedito*, *de igniario multum ignem emittente*,

uti خَوَّارَةٌ *de camelo femina multum lactis praebente* (cujus pluralem خُورٌ perhibent Djauharius et Lumsdenus) aut de *palma dactylis abundante* dicitur. Nam in his radix خار media Ye *bonus fuit* respicitur, cujus potestas olim vicino خار media Waw communis fuit, ut etiam constat ex خُوَرَةٌ *optimi electi ex camelis.* At Species X^ma^ *propitium et benevolum aliquem reddere studuit*, c. c. a. p., hic pertinere non videtur. E forma quippe distingui non potest, ad utram radicem pertineat, potestas autem, quam citavi, revera non differt ab illa *bonum petendi ab aliquo* c. c. a. p., quae decimae Speciei verbi خار media Ye propria est. In illis igitur, quae ante citavi, خَوَّارٌ et خَوَّارَةٌ est *valde praestans*, scilicet camelus mas aut femina, *igniarium* aut *palma*. Nam de illis singulis refertur, quod imprimis commendandum est.

19°. نَيُوبٌ *camelus annosa*, pp. *quae dentes anteriores per senectutem exserit*, pl. نِيبٌ pro نُيْبٌ, qui alias ad نَابٌ pertinet. Hoc autem نَابٌ *dentem anteriorem* notat, dein *camelum quae illis conspicua est*, eadem ratione, qua, ut supra vidimus, رَبَاعِيَةٌ a dentibus ad camelum transfertur.

20us ejusdemque ultimae formae exemplum est أَظَلٌّ pro أَظْلَلُ *inferior pars ungulae camelinae*, plur. ظُلٌّ.

Praeter has viginti formulas singulares, quae ut Arabes rem explicare solent, vel *analogia* (قياس), vel *usu* et *praescriptione* (سماع), cum collectivo فُعْلٌ conjunguntur, memoratur adhuc nomen زُعْبُوبٌ *vir brevis corpore, despiciendus et maledicus*, pp. infinitivus in Puhlal, *valida succisio* a زعب *amputavit*, quod cum secundum ordinarias regulas pluralem sibi adsciscceret زعابيب, collectivum nihilominus habet زَعْبٌ *amputatio*, ut Lumsdenus ait, vel زُعْبٌ, ut in Lexicis reperio. Nempe nihil frequentius est, quam confusio

formarum فُعْل et فُعُل origine vicinarum. Hinc quae apud Lumsdenum mediam quiescentem habent et ad formam secundam collectivam referuntur, iisdem Lexica saepe mediam dhammatam tertiamque formam adscribunt, ut بُزُل, أُكُم, بُدْن, دُوُر et alia. Nec raro fit, ut ambae formae uni respondeant nomini singulari. Licet vero poëtis, metri caussa, aut rhetoribus, resonantiae, formam فُعْل in فُعُل diducere, aut hanc in illam contrahere, etsi neutrum admittitur in formis mediam geminantibus, ut nec غُرُر pro غُرّ, nec سُرّ pro سُرُر dicere liceat. Nec etiam conceditur mutatio formae فُعْل in فُعُل, ubi media, vel ultima, radicalis infirma est. Caussa in promtu est. Nempe ejusmodi litera, natura sua formae فُعُل contraria, efficit ut illa prorsus obliteretur. Imprimis hoc in fine cernitur, v.g. in سُنُى, pl. سَنِيّ, *camelus dentes abjiciens anno sexto*, qui secundum regulas in سُنٍ mutatur. Sed ejusmodi formae rarae, vel paene nullae sunt. Quae mediam Ye habent, illae plerumque فُعُل mutant in فِعْل, ut سُيُل, سِيل; quae mediam Waw, hae magnam partem, media Dhamma abjecta, Waw in quietem mittunt, transeuntes in فُعْل, ut عُوُن, عُون. Si quae formae reperiuntur Dhamma servantes, ut سُوُر, سُوُك, anomalae censentur. — Jam singulares, quibus respondet haec tertia collectiva

فُعُل,

haud paucae sunt, cum nominum substantivorum, tum adjectivorum. Tabella earum nobis a simplicioribus ad auctiores progredientibus haec est: فَعْل, فَعْلَآء, فِعْل, فُعْلَة, فَعَال, فَاعِل, فُعُل, فُعَلَآء, فَعُل, فَعْلَة, فَعِل, فَعَلَة, فَعَل, فَعَّال, أَفْعَل, فُعُول, فَعُولَة, فَعُول, فَعِيلَة, فَعِيل, فُعَال, فِعَال.

Earum haec selegimus exempla:

1°. عَبْدٌ, pl. عُبُدٌ. Respondent haec, sicuti *servus* et *servitium*: nam hoc, plane uti عُبُدَةٌ, pp. est nomen abstractum, *ipsa serviendi actio*, dein ad *servos* designandos transfertur. Ab initio tamen vox عَبْدٌ idem notabat, et solo usu, non vi formae, *servi*, non *servitutis*, nomen habetur. Similiter رَهْنٌ, *pignus*, facit رُهُنٌ *oppigneratio*: licet haec etiam esse possint collectiva, quae Arabes plurales pluralium appellant, ut رُهُنٌ, sit a رِهَانٌ, et عُبُدٌ ab عِبَادٌ, qui plurales habentur vocum عَبْدٌ et رَهْنٌ; licet revera sint Infinitivi, ut praesens ratio postulat, tertiae Speciei, sed, ut antiqua lingua ferebat, primae. Quapropter perinde est, ut vides, utrum عُبُدٌ, quod עֲבֹד תְּ, an عِبَادٌ, quod עֲבֹדָה תְּ respondet, pluralis vocis عَبْدٌ aestimetur. Idem de رُهُنٌ et رِهَانٌ censendum.

2°. شَجْعَآءُ *virago*, ut Lumsdenus, vel *camelus valida, strenua*, ut Djauharius ait, est femininum ab أَشْجَعُ; quapropter illud in tabella ante proposita pone formam أَفْعَلُ collocassem, si pluralis شُجُعٌ ad utrumque genus pertinuisset: sed hic solum spectat femininum, ut Lumsdenus et al-Kamusi auctor testantur. Ergo illud post فَعْلٌ posui, cujus femininum فَعْلَآءُ est, non minus quam فَعْلَةٌ. Sunt qui putent, illud شُجُعٌ potius ad شَجِيعَةٌ referendum esse, quibus ordinaria horum collectivorum ratio favet. Si sit a شَجْعَآءُ, parum abest quin existimem, antiquam formam fuisse شُجُعٌ, et hanc, ut assolet, a poëtis et rhetoribus in شُجْعٌ fuisse mutatam. Ut ut est, haec forma proprie notat *strenuitatem* et *fortitudinem*.

3°. بِدْعٌ *res nova et mira*, pp. *novitas*, plane ut nos dicimus *eene nieuwigheid*, Galli-Franci *une nouveauté*, de re nova: hinc ad *virum admirabilem* transfertur. Plural. بُدْعٌ pariter *novitatem* notat.

4°. بُسْرَةٌ *dactylus adhuc immaturus.* Est nomen unitatis vocis بُسْرٌ, quod collectivum nomen est dactylorum, et etiam بُسُرٌ effertur. In Grammaticis et Lexicis hoc collectivum esse docetur vocis بُسْرَةٌ, sed cum etiam exstet nomen unitatis بُسُرَةٌ, eo potius pertinere videtur. Jam بُسْرٌ vel بُسُرٌ ex vi radicis notat *intempestivitatem*, vel *immaturitatem*, nihil amplius. Unde mirum non est, بُسْرَةٌ, vel etiam بُسْرٌ, *de solis ortu* dici, quasi nondum *maturi* et vix in lucem editi. Ibi autem, ut quisque videt, بُسْرَةٌ non est nomen unitatis, sed ة vel demonstrativus est, quam potestatem ipsi inferius vindicabimus, et reddendum *de ontijdigheid*, vel simpliciter est signum feminini generis. Idem بُسْرٌ apud Hebraeos et Chaldaeos transfertur ad *uvas immaturas*. Hi בֹּסֶר dicunt pariter collectivo sensu, Hebraei semel cum affixo בִּסְרוֹ, ex בֹּסֶר vel בְּסַר, Job. c. XV vs. 33. Hoc בֹּסֶר, licet collectivum sit, propter formam suam singularem pluralem peperit Syriacum ܒܣܪ̈ܐ. In hac dialecto singularis est ܒܣܪܬܐ, a masculino ܒܣܪ vel ܒܣܪ, quod sub forma بَسَرٌ Arabismus servat. Notat illud *palmam*, *cujus dactyli immaturi sunt*, atque adeo quodammodo collectivum est, cujus unitas foret بَسْرَةٌ. Caeterum بَسْرٌ eo sensu Djauharius habet; ut edita Lexica solam habent potestatem *aquae recentis* et *principii rei*.

5°. et 6°. نَصَفٌ et نَصَفَةٌ *medius, media*, hinc *vir* vel *mulier mediae aetatis*, plur. نُصُفٌ *medietas;* خَشَبٌ et خَشَبَةٌ *lignum*, secundum Kamusum, quo teste خَشَبٌ simul singulare et plurale est, dum Djauhario teste est plurale τῆς خَشَبَةٌ, sicuti خُشُبٌ. Mihi خَشَبٌ et خُشُبٌ synonyma videntur, et ambo significare pp. *sectionem ligni* (*houthakking*), collato חצב Hebraeo *secuit*, quod etiam de lignis dicitur: at

خَشَبَةٌ nomen unitasis esse censeo, q. d. *unum ligni segmentum*. Idem censendum de ثَمَرَةٌ, unitatis nomine a ثَمَرٌ *fructus*, cuius collectivi plurale est ثُمُرٌ; vel, ut aliis placet, a ثَمَرٌ est ثِمَارٌ, et hinc ثُمُرٌ. Sed, ut quisque videt ex ante disputatis, haec paria sunt forma; significatus autem collectivus his non minus natura sua proprius est, quam superioribus خُشْبٌ, بُسْرٌ, etc., et nostris *houtvrucht*, *druif*, quae nobis non minus quam Arabibus tum demum singularia fiunt, si unitatis signum additur. Ergo plurales, quales sunt ثَمَرَاتٌ et بُسْرَاتٌ, ex male intellecta forma singulari natos et naturae rerum contrarios esse arbitror. Caeterum ثُمْرٌ, quod una cum reliquis, ثَمَرٌ et ثِمَارٌ, *opes* quoque notat, imprimis *amplas* et *copiosas*, etiam ثُمْرٌ effertur, quemadmodum in exemplis proxime praecedentibus نُصْفٌ et نُصُفٌ, خُشْبٌ et خُشُبٌ, efferri solet. Quibus affinitatis inter utramque formam indiciis addi possunt etiam specimina

7ae et 8ae formae نَمِرٌ et نَمِرَةٌ *pardus*, plur. نُمْرٌ, alias نُمُرٌ *variegatio*, et خَشِنٌ *asper durus*, pl. خُشْنٌ, poetice خُشُنٌ, *asperitas* et *durities*. Ad prius quod attinet, Djauharius نُمُرٌ rarum putat et ex نُمُورٌ contractum poëtisque solis usurpatum, attribuitque singulari نَمِرٌ, Lumsdeno consentiens, Sacyus adjunxit τῷ نَمْرٌ, Firuzabadius utrique. Alterum خُشْنٌ vel خُشُنٌ ab aliis refertur ad أَخْشَنُ, femin. خَشْنَآءُ, quod τῷ خَشِنٌ et خَشِنَةٌ synonymum est; at Djauharius cum Lumsdeno praefert خَشِنٌ.

9o. Hujus exemplum affertur ضَبُعٌ *hyaena*, plur. ضُبُعٌ, alias ضُبْعٌ, ut supra vidimus. Sic

10ae quoque specimen نُفَسَآءُ, plur. نُفْسٌ, habet etiam praeterea نُفُسٌ et نُفَسٌ ante memoratos.

11ae formae hoc peculiare est, quod a plurali non differat.

Sic أُذْنٌ dicimus *de aure* et *auribus*, جُنُبٌ, pp. *intervallum remotio*, *distantia*, de *muliere et viro peregrinis*, et de *multis hospitibus* dicitur.

12°. عَادِلٌ *justus*, pl. عُدْلٌ, pp. *justitia* vel *aequiparatio*; تَاجِرٌ *mercator*, pl. تُجْرٌ, pp. *mercatura* (*le commerce* pro *les commerçants*).

13°. صَنَاعٌ *mulier solerti manu et industria*, pl. صُنْعٌ pp. *artificium*; قَذَالٌ *occiput*, pl. قُذُلٌ, qui apud Syros transpositus singularem *cervicis* potestatem habet. Illi enim dicunt ܩܕܠܐ. Tertium exemplum adde حَصَانٌ *pudica mulier*, pl. حُصُنٌ, pp. *continentia*. Vicina forma est

14ᵘˢ حِصَانٌ *admissarius*, cum eodem plurali حُصُنٌ, proprie *firmitas*, ex alia potestate verbi حَصُنَ. Alia specimina sunt كِتَابٌ *liber*, plur. كُتُبٌ, pp. *scriptura*, qua ratione *de heilige schrift*, *l'écriture sainte*, vel *holy writ*, de omnibus libris sacris dici solet; حِمَارٌ *asinus*, pl. حُمُرٌ, pp. *rubedo*, unde חֹמֶר, eadem vox, alio flexu ad *lutum* (*roode leem*) significandum translata est.

15°. قُرَادٌ, *vicinus*, plur. قُرُدٌ.

16ᵘ et 17°. نَذِيرٌ *monitor*, pl. نُذُرٌ *admonitio*; جَدِيدٌ *novus*, pl. جُدُدٌ, pp. *novitas*; صَحِيفَةٌ *folium* libri, pl. صُحُفٌ, pp. forte *expansio*, coll. صفح *expandit* et صفيحة *latior facies rei*, et צַפִּיחִית *placenta*. Alterum exemplum مدينة *urbs*, pl. مُدُنٌ, errore natum eorum, qui مدينة a مدن, non a دان derivabant: vocis plur. est مدائن.

18°. صَبُورٌ *patiens*, pl. صُبُرٌ *patientia*, *exspectatio*; licet nunc *nubis albae* vel *terrae glareosae* notionem صُبُرٌ vel صُبْرٌ habeat: quod sic explicandum videtur, ut *nubes alba*, quippe *pluvio carens*, et *terra glareosa*, quippe *raros proferens fructus et seros*, patientiam exerceant, et hinc *exspectationis* nomen traxerint.

Qua de caussa etiam *terra glareosa* (الحَرَّة) appellatur أمّ الصبّار *mater patientis.* عَمُودٌ, pl. عُمُدٌ, *columna*, pp. *sustinens*, *fulciens*, Hebr. עַמּוּד. Caussa discriminis haec est, quod apud Arabes عَمَدَ est *fulcire*, apud Hebraeos עָמַד *consistere*. Quo factum est, ut in Hebraica lingua *sustentaculi* vel *sustinentis* notio non a prima intransitiva, sed a Pihhel transitiva, duceretur. Hujus speciei caeteroquin deperditae (nam Hiphil in hoc verbo transitivo usu frequentatur) aliud vestigium est in עִמָּד, illius infinitivo, pp. *sustentatio*, quod nomen in particulam abiit synonymam עִם et soli primae personae singularis suffixo junctam: etsi vera illius potestas adhuc ex compluribus locis agnoscitur. Sic Gen. c. XXXI vs. 5 legimus: et Deus patris erat עִמָּדִי *mecum*, pp. *sustentatio mea*. Similiter Ps. XXIII vs. 4: *Cum ambulavero in valle tenebrarum, non timuero, quoniam tu es* עִמָּדִי *sustentatio mea*. Syris etiam ܥܡܘܕܐ *columna* est, ubi pariter duplicatio adesse videtur mediae radicalis: alias enim, ut puto, ܥܡܘܕܐ scriberetur. Accedit quod ܥܡܕ etiam, ut עָמַד, intransitivum est. Notat enim *βαπτίζεσθαι*, id est pp. *erectus in aqua constitit ad baptisma accipiendum*. Caeterum inter pluralem عُمُدٌ et עַמֻּד Hebraeum, quod idem est, eadem est differentia, atque inter עַמּוּד et عَمُودٌ: nam hoc *sustentatio* est, illud *statio* vel *consistendi locus*.

19°. عَلُوفَةٌ *pabulum*, pl. عُلُفٌ, alias عُلْفٌ, forte *pabulatio*. Hoc tamen in Djauhario deest; in Kamuso Turcico pariter. Golius tamen citat Kamusum.

20°. تُخُومٌ *finis*, pl. تُخُمٌ *determinatio*. Potest vero hoc dubium videri. Nam al-Fara grammaticus تُخُومٌ pluralis numeri esse putabat a singulari تَخْمٌ, nixus versiculo quodam veteri, in quo feminini generis affixo respondebat. Contrariam

opinionem ferebat Abou-Amrou, ut nobilis auctor as-Sikkit affirmat, et نُحُومٌ singulari pluralem نُخْمٌ attribuebat. Hinc sententia enata est nonnullorum, de qua refert Firuzabadius, nomen singulare feminini generis esse et pluralem singulari esse similem, quorum alterutrum certe vitare potuissent. Collectivae potestatis satis certa exempla sunt, singularis non item, quam tamen tuetur comparatio vocum Aramaeorum תַּחְוִיתָא et ܬܚܘܡܐ. Vocabulum نُخَمٌ, unde reliqua fluxerunt, recentius est, forte peregrinum. An fluxit ex Graeco *τάγμα*? Significatio, fateor, non plane convenit et melius responderet *τέκμαρ*, nisi hoc vetus foret nimis et Homericum.

21°. أَحْمَقُ *fatuus*, pl. حُمْقٌ, pp. *fatuitas*. Lumsdenus hunc pluralem soli masculino attribuisse videtur; quae etiam, ut puto, Freytagii opinio fuit masculinae formae احمق complura collectiva adjungentis, in his حُمُقٌ, non حُمْقٌ, tum extremo loco femin. حمقاء memorantis. Kamusus eundem diserte ad femininam quoque formam حمقاء pertinere dixit, dum Djauharius hic ordinarium memoravit collectivum حُمْقٌ. Ergo rem in medio relinquimus.

22°. عَذَّامٌ *pulex*, pp. *valde mordens*, *mordax*, a عذم *momordit*, plur. عُذْمٌ *morsus*. — Quarta forma est

فِعَلٌ.

Haec frequentissime respondet substantivis formae فِعْلٌ, quae nullam literam radicalem amiserunt et, sibi adjuncta litera ة potestatem articuli unitatis habente, in formam فِعْلَةٌ abierunt. Sic حِرْفَةٌ, plur. حِرَفٌ, *modus lucrandi*, *opificium*, *vel ars*, *quam quis lucrandi caussa exercet*, etiam *infelicitas*. Significationum diversitas explicatur ex origine vocis, quae uti vicinum docet خرف et Hebraicum חָרַף, est in *carpendo*, *decerpendo*. Hinc partim ad eum refertur,

qui fructus decerpsit et lucratur, partim ad *eum qui carpitur quasi et deglubitur*. Sic igitur حَرْفَةٌ est *una decerptio*, at حَرْفٌ *decerptio generalis*. Par etiam ratio est vocum نَعْمَةٌ *una voluptas*, pl. نَعْمٌ *delectatio*, سِيرَةٌ *vitae modus*, pp. *unus incessus*, pl. سَيْرٌ *ambulatio*, عِدَّةٌ *certus numerus*, ab عَدٌّ *numerus*, *multitudo*, pl. عِدَدٌ, *numeratio*; قِصَّةٌ *unus eventus*, *res*, *quae accidit*, *historia*, *narratio*, a masculino deperdito قَصٌّ, Hebr. קֵץ *finis*, pp. *sectio*, quae etiam collectivi قَصَصٌ significatio est; لَقْحَةٌ *camela gravida*, etiam *lac praebens primis post foeturam mensibus*, pp. *una foecundatio*, vel *una conceptio*, a لَقْحٌ, quod superest in Hebraico לֶקַח pro לְקַח *acceptio*, hinc alio flexu *quod a magistro accipitur*, *doctrina*. Ipsum illud לֶקַח, ut nunc effertur, si Arabice scriberes, foret pluralis لِقَحٌ. Rarius formae singulares tertia carent radicali, ut لِثَةٌ *gingiva*, pro لِثْيَةٌ, pl. لِثًى, et عِزَةٌ *turba hominum*, pro عِزْوَةٌ, pl. عِزًى. Formae فِعْلَةٌ proxima est فِعْلَى pro فِعْلَى, cui pariter pluralem فِعَلٌ attribuit al-Faraa, sed donec aliud exemplum affertur, quam ذِكْرَى, pl. ذِكَرٌ, quod, ut ante diximus, etiam a ذِكْرَةٌ esse potest, rem in medio relinquimus. Reliqua nomina, substantiva fere, quibus hoc collectivum, etsi rarius, respondet, sunt فَعْلٌ, فَعْلَةٌ, فُعْلٌ, فُعْلَةٌ, فَعَلٌ, فَعَلَةٌ, فَعِلَةٌ, فَعَالٌ, فَعُولٌ, فَعِيلَةٌ. Exempli gratia:

1°. حَرْفٌ *ora terminus*, pp. *resectio* vel *decerptio*, plur. حِرَفٌ, quod supra jam adfuit ut pluralis τῶ حِرْفَةٌ.

2°. بَدْرَةٌ *culeus ex pelle agnina vel haedina factus* vel *oculus plenae lunae instar fulgens*, nomen unitatis a بَدْرٌ *plena luna*, et *pellis ovis* vel *hoedi*, plur. بِدَرٌ.

3°. هِدْمٌ *trita vestis*, aut *resecta pars opum*, etc., pl. هِدَمٌ *disruptio*, *dirutio*, *descissio*: cf. هَدَمٌ et Chald. הֲדָם.

4°. قُوَّةٌ *robur*, etiam *una pars funis*, est nomen unitatis a قُوٌّ deperdito, quod, ut cognatum קָו vel קַו Hebraicum et collectivum قُوًى, pp. *complicationem*, *adstrictionem*, dein *funem* et *robur* significasse videtur.

5°. نَابٌ pro نَيِّبٌ, *camelus vetula*, de qua voce supra jam vidimus, pl. نِيَبٌ, alias نِيبٌ pro نُيُبٌ.

6°. عَادَةٌ pro عَوَدَةٌ, nomen unitatis a masculino عَادٌ, Hebr. עוד, *reditus*, *iteratio*, quae etiam vis est collectivi عِيَدٌ. Similiter قَامَةٌ, Hebraice קוֹמָה, *statura*, pp. *una erectio*, poterit esse a deperdito قَامٌ, synonymo pluralis قِيَمٌ. Poterunt tamen haec duo esse feminina, modo eorum primaria potestas non urgeatur, ut *iteratio*, *repetitio*, sit collect. *τῆς consuetudo*, et *consistentia τῆς statura*. Quodsi quis illa ad participia referre malit, non repugnem. Sic قَامَةٌ formam Hebraicam קָמָה, pp. *res consistens*, et عَادَةٌ deperditum עָדָה, pp. *res rediens*, exprimet.

7°. مَعِدَةٌ *ventriculus*, forte *morsu arripiens cibum*, pl. مَعِدٌ *morsus*.

8°. خَرَابٌ *dirutus, desolatus*, habet hoc sensu coll. خَرِبٌ *desolatio, destructio*, non item, ubi infinitivus est et infinitivo absoluto Hebraeo חָרוֹב Jes. c. IX vs. 12 respondet. Participialem quoque potestatem voci attribuunt Firuzabadius (et pluralem خُرُبٌ ex auctoritate Abou Soleimanis al-Khettabi) et Lumsdenus, eandem ignorant Djauharius et solo excepto Meninskio omnia Lexica ad hunc usque diem edita.

9°. عَدُوٌّ, de cujus vocis ratione supra vidimus in فَعُلٌ, pl. عِدًى, quod ab عُدًى, *iniquitas*, solâ formâ leviter differt. Interim grammatici Kufenses hanc vocem non, ut Ibn Malek, pluralem, sed singularem esse putabant.

10°. نَبِقَةٌ coll. نَبِقٌ, secundum auctoritatem Abou Hisa-

ui, quod tamen teste Lumsdeno nemo Lexicographorum memorat, nec mihi observatum est. Lumsdenus explicat *a twig of the vine*, quod etiam ante oculos fuit Castello, illud *palmites, seu sarmenta vitis cum magna est*, reddenti. In Djauhario nomen non exstat; Firuzabadius explicat: *lacrymae, quae ex gemmis ramorum magnae vitis pendulae manant*. Male Golius reddit: *lacryma vitis magna*. Si potestatem verbi spectes, quae est *lineas ducendi scribendi*que, magis tibi arridebit Lumsdeni interpretatio, ut nempe comparatio instituta sit inter ramulos et palmites vitis flexiles et elegantes scripturae Arabicae ductus. *Lacrymae* sive *humoris* notio ad نبع, *scaturire*, potius pertinet, quam ad نبق, quocum نبق facile confundi potuisse, cum alia exempla docent permutationis literarum Kaf et Ain, tum vicinorum vocabulorum ejusdem significationis أنباع et انباق, *effusus est vir oratione sua*, quae a nonnullis referuntur ad نبع et نبق, ab aliis magis *ἀναλόγως* ad باغ et باق. Cavendum vero est, ne quis ad *palmitis* notionem illam stabiliendam adhibeat *amplexandi* potestatem, quasi haec quoque a *flexu* orta sit et notet *flexilibus brachiis stringere*. Nam, quod jam suspicatus esse videtur Castellus, debetur illud totum errori Giggeji, qui verbum حَبَقَ *pepedit*, quo Kamusi auctor rarius illud نبق exposuerat, confudit cum Hebraico et Aramaeo חבק *amplexatus est*, quod Arabico حبك et خبك propius esse videtur.

ANNOTATIO

AD

VATICINIORUM IESAIAE CAP. I—IX: 6,

AUCTORE

T. ROORDA.

ANNOTATIO

AD

VATICINIORUM IESAIAE

CAP. I—IX: 6.

Ad cap. I: 1: חזון ישעיהו בן־אמוץ אשר חזה על־יהודה וירושלם בימי עזיהו יותם אחז יחזקיהו מלכי יהודה *Visum Iesaiae filii Amôsi, quod vidit super Iudaeâ et Hierosolymis temporibus Uzziae, Iôthami, Achazi, Hizkîae, regum Iudaeae.*

Haberi hic inscriptionem non primi tantùm, quod sequitur, vaticinii, sed totius vaticiniorum, quae Iesaiae nomine feruntur, voluminis, manifestò demonstrat annotatio temporis, per quod propheta vaticinatus fuerit. Neque obstat singularis numerus vocabuli חזון: nam, ut recte monuit Hitzig, hoc in universum significat *id, quod* — sive *ea, quae* — *aliquis vidit.* Quum autem per se probabile esse videatur, isthanc temporis annotationem non ab ipso prophetâ, sed ab eo ortam esse, qui haec vaticinia in unum volumen collegerit et sacrae Hebraeorum bibliothecae inseruerit; tum ideo ipsum veri simile est, etiam primam inscriptionis partem eundem habuisse auctorem. Accedit,

quòd non inanis suspicio est, auctorem in hac inscriptionis parte imitatum esse eam, quae initio capitis secundi legitur: הַדָּבָר אֲשֶׁר חָזָה יְשַׁעְיָהוּ בֶּן־אָמוֹץ עַל־יְהוּדָה וִירוּשָׁלָםִ *Verba, quae vidit Iesaia filius Amôsi super Iudaeâ et Hiërosolymis.* Videlicet, quod iam ab aliis observatum est, non est dubium, quin primum, ab ipso Iesaiâ conscriptum vaticiniorum syntagma inceperit cum capite sexto, ubi, quando et quomodo inauguratus fuerit, exponit propheta; deinde autem nescio quem praemisisse ea, quae nunc quinque capitibus primis habentur. Quum igitur libellus, quo haec continebantur, inscriptione careret, sed non longe ab initio (cap. 2: 1) illa legerentur verba, ad hoc exemplum facta est inscriptio, quae additâ annotatione temporis, per quod Iesaia vaticinatus fuerit, toti vaticiniorum huius prophetae collectioni praemitteretur. Atqui non poterat conservari vocabulum דָּבָר: nam hoc singuláre nomen Hebraïcum unum tantùm continuum sermonem, non verò plurium sermonum et diversorum vaticiniorum collectionem significat. Minùs congrua quoque videri poterat constructio huius nominis cum verbo חָזָה. Et verisimillimum esse puto, principali vaticiniorum libro, qui capite sexto inchoatur, iam inscriptum fuisse חֲזוֹן יְשַׁעְיָהוּ sive חֲזוֹן יְשַׁעְיָהוּ בֶּן־אָמוֹץ, atque hac inscriptione servatâ ex initio capitis secundi addita tantùm esse verba: אֲשֶׁר חָזָה עַל־יְהוּדָה וִירוּשָׁלָםִ. Si porro quaeritur, cur ea, quae quinque capitibus primis leguntur, praemissa sint principali vaticiniorum Iesaiae libro, nec potiùs eius fini adiuncta; causa haec esse potuit, quòd magnificum illud et grave exordium, שִׁמְעוּ שָׁמַיִם וְהַאֲזִינִי אֶרֶץ כִּי יְהוָה דִּבֵּר *Audi, coelum, et ausculta, terra: nam Iehova loquutus est!* dignissimum esse videbatur totius collectionis initium.

Denique animadvertendum est, a consuetudine linguae Hebraeae, certe in prosâ oratione, abhorrere, quòd in serie nominum regum Iudaeorum, quorum tempore Iesaia vaticinatus sit, עֻזִּיָּהוּ יוֹתָם אָחָז יְחִזְקִיָּהוּ, ultimum nomen coniunctione caret. Eadem coniunctionis omissio ante idem hoc nomen יְחִזְקִיָּהוּ in inscriptionibus vaticiniorum Hoseae et Michae offenditur. Sed, quod de duabus hisce inscriptionibus in Grammaticâ Hebraeâ, in annot. ad § 545, iam monuimus, pro יְחִזְקִיָּהוּ legi oportere וְחִזְקִיָּהוּ, id etiam ad inscriptionem vaticiniorum Iesaiae pertinet. Solet Chronicorum auctor יחזקיהו appellare regem, qui praeter tres hasce inscriptiones et Ier. 15: 4 aliàs semper חִזְקִיָּהוּ nuncupatur: et nullus equ idem dubito, quin eo ipso, quod in istis inscriptionibus perperam יחזקיהו pro וחזקיהו legebatur, Chronicorum auctor inductus fuerit, ut plenum regis nomen יחזקיהו esse opinaretur; atque etiam in laudato Ieremiae loco verba בן יחזקיהו, vel et plura, recentiore manu addita esse suspicor, ab eo puta, cui, hoc regis nomen esse, aut inscriptiones istae, aut Chronica, persuaserant. Videlicet certum esse arbitror, verum regis nomen חִזְקִיָּהוּ fuisse: quum autem inter Iudaeos post reditum ex Babylonico exilio notius esset nomen יחזקיהו, facilè ob maximam, quae erat, litterarum ו et י similitudinem fieri poterat, ut sic pro וחזקיהו legeretur in illis inscriptionibus. Quod autem Masorethae istud nomen יְחִזְקִיָּהוּ pronuntiarunt, id dubito, an recte fecerint. Nam non aliam ob caussam sic pronuntiasse et scripsisse videntur, quàm ut sonus conveniret cum vero regis nomine חִזְקִיָּהוּ. Atqui יְחִזְקִיָּהוּ forma nominis est, quae cum analogiâ linguae Hebraïcae non convenit. Non est enim satis cum Gesenio dicere, יְחִזְקִיָּהוּ esse pro יְחַזְקִיָּהוּ, atque hoc pro יְחַזְּקִיָּהוּ (quemadmodum יְחֶזְקֵאל pro

יְחֶזְקֵאל est) et compositum ex יְחַזֵּק et יָהוּ, ut sensus sit: *corroborat* vel *corroborabit Iáhû.* Nam, praeterquam quòd non intelligitur, quare et quomodo Sègol ex Patach ortum in Chirek mutatum sit, sic nulla quoque ratio habetur vocalis *î*, quae inter utramque compositi nominis partem intercedit. Si prior pars nom en substantivum est, haec vocalis *î* esse potest terminatio statûs constructi, ut in מַלְכִּי־צֶדֶק; sed in plerisque pronomen primae personae est, ut in חִזְקִיָּהוּ (*robur meum Iáhû est*), עֻזִּיָּהוּ et similibus. Verùm locum non habet ea vocalis *î*, si prior pars modus verbi personalis est. Imo verò, sicuti sine hac vocali dicitur יְחֶזְקֵאל (*corroborat* vel *corroborabit Deus*) pro יְחַזֵּקְאֵל, et hoc pro יְחַזֶּקְאֵל (ut in יְהַלֲּלְאֵל), ex יְחַזֵּק; sic, si ex eodem יְחַזֵּק et יָהוּ componitur nomen, exsistat necesse est יְחַזְּקְיָהוּ.

Ad cap. I: 6: *A plantâ pedis ad caput nihil est in eo sanum,* פֶּצַע וְחַבּוּרָה וּמַכָּה טְרִיָּה לֹא־זֹרוּ וְלֹא חֻבָּשׁוּ וְלֹא רֻכְּכָה בַּשָּׁמֶן. Quae verba, ut vulgo leguntur, sic verti debent: *vulnus et vibex, et plaga cruda, quae non expressa sunt neque obligata, quaeque non mollita est oleo.* Sed duplicem habent difficultatem: unam, quòd verbum זור in ceteris, quibus offenditur, locis activum sensum habet et *exprimere* significat, hic autem cum Chôlem in Perfecto pronuntiatum non sensum verbi neutrius, qualitatem designantis, admittit, sed obiectivo (passivo) sensu accipiendum est. Quod quum linguae analogia non permittat, Hitzig cum tono in ultimâ syllabâ legendum censet, ut sit Perfectum formae Pu"al verbi זרה, quod hic idem significare autumat ac זור, quomodo בזה et צרה idem valent, ac בוז et צור. Atqui verbum זרה in frequentissimo usu est ac semper *spargere*, *dispergere*,

significat, adeo ut parum credibile sit, formae ab hoc verbo inclinatae sensum tributum fuisse verbi זור. Verba בזה et בז ac צדה et צוד semper idem significant; utrumque unum est bilitterum verbum, quod duobus diversis modis coniugatur; sed זרה et זור diversissimas obtinuerunt significationes, ut רמה *proiicere*, *iaculare*, et רום *altum esse*. — Altera difficultas est in transitu a numero plurali in זרו et חֻבָּשׁוּ ad singularem in רֻכְּכָה. Hanc ita solvere video interpretes, ut dicant, pluralibus verbis duo prima vocabula פֶּצַע et חַבּוּרָה, singulari solum tertium מַכָּה טְרִיָּה spectari. At enim hoc nimis commenticium est. Quidni *vulnera* et *vibices* oleo mollita esse negasset propheta, ut opus esset, numerum pluralem relinquere? Et cur statuamus, verbis זרו et חֻבָּשׁוּ tantummodo duo prima spectari vocabula, quum *exprimendi obligandi*que verba non minùs congruant *plagae crudae?* Mihi persuasum est, pronuntiandum esse formâ subiectivâ זֹרוּ et חָבְשׁוּ, ut proprie vertendum sit, *quam non expresserunt neque obligarunt*, vel potius ita, ut linguâ Gallicâ, vernaculâ aut Germanicâ pro tertiâ personâ plurali utamur pronomine impersonali *on*, *men* aut **man**. Nam Latine rectiùs obiectiva forma usurpatur. In sermone Hebraeo autem passim, ut notum est, reticetur pronomen, ubi verbi complementum foret sine praepositione cum verbo construendum; praesertim in enuntiatione relativâ, quum ipsum nomen proxime antecedat. Constructa verò hic est enuntiatio relativa non cum tribus, quae antecedunt, vocabulis, sed cum solo proximo מַכָּה טְרִיָּה, ut sequens singulare femininum verbum רֻכְּכָה demonstrat: et verò relativis enuntiationibus, quae subiunguntur, explicari et amplificari adiectivum טְרִיָּה, manifestum est. — Masorethas, ut verbum חבשו obiectivâ, et זרו,

quum obiectivâ non posset, saltem neutrâ formâ pronuntiandum esse putarent, facillime inducere potuit sequens verbum רֻכְּכָה. Sed non est veri simile, eos זֹרוּ tanquam verbum ncutrum scribentes id obiectivo accepissc sensu. Plerumque enim Masorethae eundem verbis tribuerunt sensum, qui iis tributa est in Chaldaïcâ interpretatione, huius auctoritatcm vel eandem in interprctando traditionem sequentes. Chaldaïcus autem interpres pro לא זֹרוּ reddidit: לָא שָׁבְקִין מִמְּרוֹדֵיהוֹן *non desistunt a superbiâ suâ*, non de vulneribus, sed de populo sermonem esse putaus, et verbo tribuens *deflectendi recedendi*que notionem, quam alibi habet, et quâ etiam Ps. 58 : 4 cum Chôlem in Perfecto tanquam neutrum verbum a Masorethis pronuntiatum est. Igitur, si non admittimus hîc isthanc Masoretharum interpretationem, quid est, cur sequamur eorum pronuntiationem?

Ad cap. I: 7: אַרְצְכֶם שְׁמָמָה עָרֵיכֶם שְׂרֻפוֹת אֵשׁ אַדְמַתְכֶם לְנֶגְדְּכֶם זָרִים אֹכְלִים אֹתָהּ וּשְׁמָמָה כְּמַהְפֵּכַת זָרִים *Terra vestra solitudo est, oppida vestra combusta sunt igne; agrum vestrum in conspectu vestro peregrini comedunt, et solitudo est ad instar subversionis torrentis.* Nam unice mihi probanda esse videtur scntentia eorum interpretum, qui posterius זָרִים singulare esse statuunt nomen substantivum, derivatum a stirpe זרם, cui *inundandi* et *vehementi aquarum fluxu proripiendi* subest notio; unde זֶרֶם *vehementem, inundantem et proripientem aquarum fluxum*, id cst *imbrem*, sed זָרִים (pro זֶרֶם) *vehementem inundantem et proripientem fluvium*, id est *torrentem*, designat. Hoc autem vocabulo usus cst propheta, quo lusum captarct in duabus vocibus ejusdem soni, sed diversae significationis: זָרִים (id cst *peregrini*) comedunt agros

vestros et vastant, quasi subverterentur a זֵרִים (id est *a torrente*). Sed aliud est, quod monere volo: perperam Masorethas pronuntiasse et scripsisse וּשְׁמָמָה. Sic enim desideratur enuntiationis subiectum: quod, si modò iam nuncupatum est, reticetur quidem nonnunquam in enuntiatione, quae antecedenti per connexivam particulam ו subiungitur; sed hoc fieri tantùm solet, quando attributum participium est. Vid. Grammaticae Hebr. § 556. Legendum igitur est וְשָׁמְמָה *et vastatur*, in Perfecto converso, quemadmodum eodem modo subiungitur in colo sequente וְנוֹתְרָה *et relinquitur.*

Ad cap. I : 12: כִּי תָבֹאוּ לֵרָאוֹת פָּנָי. Cur hic Masorethae non לִרְאוֹת, sed לֵרָאוֹת pronuntiaverint, quasi forma Niph'al esset pro לְהֵרָאוֹת, id quidem haud obscurum est. Scilicet *nemo mortalis videre potest Iehovae faciem*, *quin moriatur* (Exod. 33: 20). Sed miror, etiam nunc interpretes esse, qui hanc eius vocis pronuntiationem comprobandam esse censeant. Provocant ad Exod. 23: 15 et Ps. 42: 3, ubi eodem modo cum פְּנֵי, tanquam cum praepositione, *coram* significante, forma Niph'al verbi רָאָה constructa offenditur; itemque ad Exod. 34: 23 et 24 atque Deut. 31: 11, ubi eodem sensu cum אֶת־פְּנֵי iuncta est. Addi posset Deut. 16: 16 et 1 Sam. 1: 22. Atqui omnibus his locis de apparitione *coram Iehovâ* sermo est. Et ii quidem loci, quibus נִרְאָה cum אֶת־פְּנֵי struitur, nullam habent probandi vim. Nam אֶת־פְּנֵי *coram* significare, nullum quidem dubium: sed in hac constructione particula אֶת non significat, nec verò potest significare *obiectum*, vel potiùs *obiecti cum subiecto coniunctionem*, adeo ut omitti quoque et obiectum simpliciter nominari queat. אֶת־פְּנֵי significat *in conspectu;* proprie cum

facie seu *conspectu*; nam qui *coram* altero est, ei *cum facie* seu *conspectu* alterius intercedit *coniunctio*, et verò eadem, quae inter subiectum et obiectum est, *coniunctio per actionem:* nam *conspicitur*. Videlicet haec est propria, generalis et unica huius praepositionis אֵת (sive את) significatio, ut non, sicuti עִם, *omnem* coniunctionem, societatem et comitatum, sed coniunctionem *per actionem* designet: ideo enim haec praepositio etiam obiectum significantibus, primùm pronominibus personalibus, deinde reliquis et nominibus definitis, praemitti potuit. — Etiam פְּנֵי sine hac praepositione significare *coram*, vel significare posse, haudquaquam probabile est. Nihil certe est, quod provocant ad Exod. 23: 15; nam ibi יֵרָאוּ פָנַי vertendum esse *videbitur facies mea*, manifestum est. Et Ps. 42: 3 Masorethàrum quidem superstitio pronuntiandum esse censuit, ut vulgo legitur, וְאֵרָאֶה פְּנֵי אֱלֹהִים: sed pronuntiandum est, ut habetur in aliquot exemplaribus manu scriptis et arte typographicâ editis, atque ab interprete Syro pronuntiatum est, וְאֶרְאֶה. Etiam in nostro loco לִרְאוֹת, in formâ Kal, recte pronuntiavit idem interpres, et in uno codice a primâ manu scriptum reperit Rossius. Quodque לֵרָאוֹת in formâ Niph'al pronuntiarunt Masorethae, id fecerunt invito prophetâ: nam in Infinitivo formae Niph'al litteram ה post praefixam praepositionem a veteribus Hebraeis unquam elisam aut in scripturâ omissam esse, valde dubium est. Conferantur, quae dixi in Grammaticâ Hebraeâ, vol. I^mi p. 281. — Pariter, uti hic, pro לֵרָאוֹת pronuntiandum est לִרְאוֹת Exod. 34: 24 et Deut. 31: 11. — Ceterùm veteres Hebraeos, quum hac loquutione, *videre faciem Iehovae*, uterentur de visitatione aedis sacrae, ubi praesens colebatur

sanctum invisibilis Dei numen, eam non proprio accepisse sensu, vix opus esse videtur, ut moneam.

Ad cap. I: 16. Quamvis non magni momenti esse videatur, verbo tamen moneo, ultimum articulum, חִדְלוּ הָרֵעַ *cessate malum facere*, in legendo iungendum esse cum primo coli sequentis, לִמְדוּ הֵיטֵב *discite bonum facere:* nam hi duo articuli sibi ex parallelo respondent.

Ad cap. I: 21 et 26. De impiâ et improbâ civitate Hierosolymitanâ colo 21mo sic queritur propheta: אֵיכָה הָיְתָה לְזוֹנָה קִרְיָה נֶאֱמָנָה מְלֵאֲתִי מִשְׁפָּט צֶדֶק יָלִין בָּהּ וְעַתָּה מְרַצְּחִים *Quî facta est adultera civitas fida, plena iuris! Iustitia habitabat in eâ, sed nunc homicidae.* Ut autem haec recte intelligantur, animadvertendum est, postquam Iehova alloquens urbem dixisset, velle se ultionem sumere, et immissis calamitatibus, quae omnes impios scelestosque extinguerent, civitatem purgare, quo redderet eius iudices, quales olim, eiusque moderatores, quales initio fuerant, postremò colo 26° haec addi: אַחֲרֵי־כֵן יִקָּרֵא לָךְ עִיר הַצֶּדֶק קִרְיָה נֶאֱמָנָה *Postea demum appellaberis Urbs iustitiae, Civitas fida.* Exinde enim colligi potest, עִיר הַצֶּדֶק et קִרְיָה נֶאֱמָנָה fuisse antiquas Hierosolymorum seu Sionis in laudem urbis arcisve appellationes, ad has autem colo 21mo ita alludere prophetam, ut dicat, his appellationibus urbem prorsus indignam esse factam, quum *adultera* potius, quam *fida*, dici mereretur civitas, et in *urbe iustitiae*, quae diceba-tur, non ius et aequum, sed homicidae habitarent. Et verò ab eodem illo antiquo urbis arcisve nomine עִיר הַצֶּדֶק repetendum esse videtur, quòd olim eius rex מַלְכִּי־צֶדֶק nun-

cupatus est. Ideo tamen non constat, his appellationibus urbem olim cognominatam fuisse, quibus laudaretur civitatis fides seu fidelitas, ac civium aut iudicum in eâ iustitia: neque hoc dicit propheta. Certe veri similius est, ideo *civitatem fidam*, קִרְיָה נֶאֱמָנָה, dicta esse Hierosolyma vel arcem Sionem, quòd, ut ex historiâ notum est, arx erat adeo a naturâ et ab arte munita, ut munimentis eius confidi posset, et qui, hostibus terram invadentibus, intra eius moenia salutem quaererent, possent esse securi, quum haberetur inexpugnabilis. Atque eadem esse potuit causa nominis עִיר הַצֶּדֶק, adeo ut *arx iustitiae* sive *arx iusta* dicta sit Sion, quum, institutâ cum reliquis in eâ regione civitatibus, quae *arces* (עָרִים) dicebantur, comparatione, unica esset urbs, quae *iure* eo nomine appellaretur: nam עִיר proprie *arcem* sive munitum in colli, saxo aut montis cacumine locum significat, ubi incolae regionis contra vim et iniuriam hostium se defendant. — Quae vera nominis significatio, ut hoc obiter moneam, animadverti quoque debet, ut intelligatur, quod Gen. 4: 17 legitur, Kaïnum, procul a societate humanâ cum uxore et recens nato filio viventem, exstruxisse עִיר, quam de nomine filii appellaverit Chanôk. Enimvero non adeo simplex fuit simplex historiae scriptor, ut Kaïnum sibi et uxori et filiolo *urbem* vel *oppidum* aedificasse opinaretur. *Arcem* eum extruxisse dicit, quâ miser post fratris caedem omnia timens homo suam suorumque defenderet vitam. — Attamen nihil quoque vetat statuere, *urbem iustitiae* olim dicta fuisse Hierosolyma eo, quo propheta sumsit sensu, siquidem celebrem eam reddidisset regis aut iudicis iudicumve in litibus dirimendis iustitia. Indi hoc nomen potuit urbi regnantibus regibus, quales Davides Sa-

lomo et Iosaphatus erant: sed indi quoque potuit Salemo iam antiquissimis temporibus, quando regebatur a regibus summi numinis sacerdotibus, qualis ille fuit Melchisedecus, cuius memoria in populo Israëlitico conservata est.

Moneo denique, me suspicari, colo 21mo carmen quoddam in laudem Hierosolymorum respexisse prophetam. Colligo hoc ex poëticâ statûs constructi formâ in מְלֵאֲתִי.

Ad cap. I: 27. *Sion aequitate servabitur*, וְשָׁבֶיהָ בִּצְדָקָה. Non aptum sensum praebet illud וְשָׁבֶיהָ, ut a Masorethis pronuntiatum est, sive convertatur *et qui eius* (incolarum) *se convertunt*, sive *et reduces eius* (e captivitate): et, si posterior sensus admitti posset, potiùs pronuntiandum esset וְשִׁבְיָהּ, ut pronuntiavit Graecus interpres Alexandrinus, reddens *ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς*, et, qui eum sequutus est, Syrus. Hieronymus, qui convertit *et reducent eam in iustitiam*, וְשָׁבוּהָ pronuntiasse videtur: nam litterarum ו et י tanta olim similitudo erat, ut facillime inter se confundi possent. Atque eadem haec earum litterarum similitudo iam ante Hieronymi aetatem causa fuit, cur in hac voce a scribis librariis commissum sit mendum. Nam, ut iam Döderlein suspicatus est, pro וְשָׁבֶיהָ legendum est וְיֹשְׁבֶיהָ *incolae eius*, et vertendum: *Sion aequitate servabitur*, *incolae eius iustitiâ*. — Causa mendi fuit, quòd, quum in sermone Hebraïco sententiae et membra per coniunctionem ו inter se copulari soleant, etiam hic coniunctio exspectabatur.

Ad cap. I: 28: וְשֶׁבֶר פֹּשְׁעִים וְחַטָּאִים יַחְדָּו וְעֹזְבֵי יְהוָה יִכְלוּ. Masorethae et Syrus interpres, qui primam vocem וְשֶׁבֶר prònuntiarunt, haec verba perperam interpretati sunt in hunc

sensum: *Et contritio impiorum et peccatorum unâ, ac derelinquentes Iehovam cessabunt;* id est: Neque ampliùs erit impiorum peccatorumque contritio, nec qui derelinquit Iehovam. Qui autem hanc Masoretharum interpretationem improbat, is improbet etiam eorum huius vocis pronuntiationem, et legat cum Graeco Alexandrino et Chaldaïcae interpretationis auctore וְשֶׁבֶר, hoc sensu: *et confringentur impii et peccatores unâ.* Perperam quoque Hieronymus pronuntiavit, reddens: *et conteret scelestos et peccatores simul.* Pronuntiavit enim וְשָׁבַר vel וְשִׁבֵּר.

Ad cap. I: 29—31. Verba coli 29[i] haec sunt: כִּי יֵבֹשׁוּ מֵאֵילִים אֲשֶׁר חֲמַדְתֶּם וְתַחְפְּרוּ מֵהַגַּנּוֹת אֲשֶׁר בְּחַרְתֶּם *Nam pudefient ob robora, quae adeo admiramini, et erubescetis ob paradisos, quibus adeo delectamini.* יֵבֹשׁוּ in priore membro impersonaliter esse dictum, apparet ex eo, quòd in altero secunda persona pluralis in תַּחְפְּרוּ cum tertiâ commutatur. Transitum facit secunda persona pluralis in illo אֲשֶׁר חֲמַדְתֶּם, quo ad cives suos orationem propheta convertit. Sensus est: magnificentia illa, quâ nunc adeo delectamini, in summam convertetur miseriam. Magnificentiam civitatis (principum nimirum et procerum, quorum in divitiis sibi comparandis iniustitiam tam acriter in praecedentibus reprehendit et divinam manere dicit vindictam) comparat roboribus (aut, si mavis, terebinthis) laete virentibus et sublimibus, ac paradisis sive amoenis et magnificis hortis, quales in oriente habent principes viri.

Pergit propheta colo 30[mo]: כִּי תִהְיוּ כְּאֵלָה נֹבֶלֶת עָלֶהָ וּכְגַנָּה אֲשֶׁר־מַיִם אֵין לָהּ *Nam eritis instar roboris marcidâ fronde, et instar paradisi, qui aquam non habet.* Civės alloquitur:

ergo civitatem significat. — Masorethae pronuntiarunt et scripserunt עֵלֶהָ, adeo ut plurale vocabulum sit: et verò sunt exemplaria, in quibus עָלֶיהָ scriptum est cum Iôd; quod tamen in ipsâ Masorâ improbatur. Atqui pronuntiandum est singulariter et sine pronomine עָלֶה, nam hoc vocabulum *frondem*, non verò *folium*, significans singulariter usurpari, et tale nominis adiectivi vel participii complementum, quale hic est עָלֶה, sine pronomine enuntiari solet.

Addit denique colo 31mo: וְהָיָה הֶחָסֹן לִנְעֹרֶת וּפֹעֲלוֹ לְנִיצוֹץ וּבָעֲרוּ שְׁנֵיהֶם יַחְדָּו וְאֵין מְכַבֶּה *eritque robustus stupa, et quod paravit sibi, scintilla; et conflagrabunt ambo unâ, nemine extinguente.* Animadverti debet, nomen חָסֹן in altero, in quo legitur loco, Amos. 2: 9, in comparatione cum quercubus usurpari, ut hoc nomen, proprie *firmum*, deinde *potentem* et *opibus valentem* significans, ad robur quercuum (unde Latine *robora* dictae sunt) designandum in linguâ Hebraeâ adhibitum fuisse probabile sit. Sic magis apparet, quàm apte propheta, postquam civitatis in divitiis et luxuriâ principum procerumque magnificentiam roboribus comparasset, nunc potentes illos et opibus valentes principes proceresque, quasi *robora*, *robustos* nuncupet. Sic enim, אֵילִים *robora* et חָסֹן *robustum* vertentes, delectum vocabulorum Hebraïcorum, quibus propheta utitur, in Latinâ translatione — non reddere quidem, sed — quodammodo imitari possumus.

Ad cap. II: 1. Legimus hic: הַדָּבָר אֲשֶׁר חָזָה יְשַׁעְיָהוּ בֶּן־אָמוֹץ עַל־יְהוּדָה וִירוּשָׁלָ͏ִם *Oraculum, quod accepit* (sive *Verba, quae vaticinatus est*) *Iesaia, Amôsi filius, super Iudaeâ et Hierosolymis*: et haec verba vaticinii, quod hoc et sequentibus

capitibus continetur, inscriptionem esse, unanimis omnium interpretum est sententia. Atqui ea, quae *proxime*, colo 2do usque ad 4tum, sequuntur, non eius prophetae, qui reliqua scripsit, verba, sed ab eo ex alius prophetae vaticinio citata esse, quum ex eo, quòd sequentia inde a colo 5to non satis apte cum illis cohaerent, manifestò appareat, tum apud interpretes nunc quidem in confesso esse video. Eadem verba cum paucis additis etiam in vaticinio Michae, cap. 4: 1 — 4, leguntur: sed ibi quoque a Michâ haec verba, ut alius prophetae vaticinium, quod in vulgus notum erat, citari, iam dudum ab interpretibus observatum est. Quaesitum quoque est, cuius igitur prophetae verba sint, quae utroque loco citentur: et Hitzig quidem, novissimus Iesaiae interpres, a cuius ingenio et doctrinâ mirum quantum lucis accepit hoc vaticiniorum volumen; is igitur opinatur, Ioëlis verba esse, eaque illi Ioëlis vaticinio, quod in sacrâ Israëlitarum bibliothecâ servatum est, in fine, ubi nescio quo casu omissa fuerint, addenda esse, se suspicari ait. Quam eius opinionem et suspicionem paucis probatum iri existimo, et in demonstrando, quàm parum probabilis sit, non lubet morari: nam mera coniectura est. Quid ipse sentiam, quàm brevissime dicam.

Mihi igitur persuasum est, verba, quae hic colo primo leguntur, *Verba, quae vaticinatus est Iesaia, Amôsi filius, super Iudaeâ et Hierosolymis*, non esse totius, quod hoc et sequentibus capitibus continetur, vaticinii, sed eius tantùm illustris oraculi, quod statim (colo 2 — 4) subiungitur, inscriptionem, atque adeo his verbis oraculum quoddam Iesaiae ab auctore, qui cetera scripsit, nominatim laudari: ex quo simul consequitur, ut statuam, hunc ceterorum

auctorem, non Iesaiam, sed alium prophetam esse. — Et haec, quae mihi persuasa est sententia, sic ea verba accipienda esse, utique a simplicitate commendari videtur. Quis enim, postquam legit, *Verba, quae vaticinatus est Iesaia, Amôsi filius, super Iudaeâ et Hierosolymis,* iam non exspectet ipsa illa Iesaiae verba? Quis exspectet primùm hic sequi alius cuiuspiam prophetae oraculum, cui, sine ullâ admonitione descripto, deinde demum sua vaticinia Iesaia subnectat?

Neque novi vaticinii, quod a commemoratione huius Iesaiae oraculi ordiatur, hic haberi puto initium, sed, quod capite primo inchoatum erat vaticinium, hic et per sequentia capita usque ad finem quinti continuari, adeo ut unum continuum vaticinium fuerit, quod contineretur eo libello, qui vaticiniorum Iesaiae volumini, a capite sexto incipienti, praemissus sit. Et, si modo statuatur, his primi coli verbis induci tantùm a prophetâ sequens Iesaiae oraculum, illud quoque facilè concessum iri existimo. Non enim difficile est videre, idem esse huius et sequentium capitum, ac primi, argumentum. Dixerat capite primo propheta, iniurias principum civitatis et magnificentiam opulentorum procerum divinam manere vindictam, et gravissimas praedixerat divinitus immittendas calamitates, quibus omnes impii improbique intereant et tandem expurgetur civitas. Atqui non aliud argumentum est capitis secundi ac sequentium: sed, quod inchoatum erat capite primo, id post inductum hoc Iesaiae oraculum continuatur, explicatur, confirmatur et variis modis variatur usque ad finem capitis quinti. Non urgeo similitudines in dictione; veluti quòd numen cap. 3: 1, sicuti cap. 1: 24, admodum raro nomine

הָאָדוֹן יְהוָה צְבָאוֹת appellatur, et cap. 3: 9, sicut 1: 10, improbitas et impietas civium improbitati et impietati Sodomaeorum comparatur: nam caput secundum et sequentia eundem, ac primum, habuisse auctorem, a nemine dubitatur. Sed hoc quoque accurate capita illa inter se comparanti constabit, in capite secundo sequentibusque nihil inesse, quod alio tempore, quàm primum caput, ea scripta vel edita esse demonstret. Video quidem interpretes statuere, ideo quòd capite primo improbitatis quidem et scelerum, non verò idolatriae populus accusetur, et e contrario creber commemoretur Iehovae in suo templo cultus, sed capite secundo in peccatis populi etiam idolatriae mentio fiat; ideo igitur primum quidem caput regnante Hizkiâ, sed illud vaticinium, quod capite secundo et sequentibus contineatur, sub imperio Achazi esse editum. At enim eodem iure dicam, an iniuriâ? posset probari, caput tertium et duo sequentia, in quibus omnis quidem improbitatis, nulla verò idolatriae mentio fit, alio, quàm secundum, scripta esse tempore: et, quòd in capite secundo idolatria quoque commemoratur, id haudquaquam vetat statuere, illud regnante Hizkiâ esse conscriptum, ut ad cap. 2: 18 comprobaturi sumus. Imo verò, caput secundum sequentiaque legentes in idem inducimur tempus, in quod inducimur capite primo. Est tempus, quo civitas nuper gravissimam eam perpessa erat calamitatem, quam inflixerat ei Assyriorum duce Sanheribo totius fere Iudaeae exceptis Hierosolymis vastatio et depraedatio: sed nondum expurgata erat civitas; non adverterat animum ad castigationem divinam; ad improbos suos mores reversa erat, et denuo grassabantur flagitia omnis generis; praesertim principes et proceres, saginantes se opibus, iniuriâ, vi, et verò

caedibus partis, magnificentiae, superbiae luxuriaeque se dederant: propbeta autem novas praevidens et praedicens calamitates bellicas, novas, atque etiam graviores, civitati minatur poenas divinas, quibus tandem ab omnibus scoriis purgata digna redderetur, quae diceretur *urbs iustitiae*, sancta civitas Sancti Israëlis. *Praeterita*, ab Assyriis inflicta calamitas publica, ut pluribus describitur capite primo, colo 5to ad 9um, ita denuo memoratur cap. 5: 25: quodque *rursum* Iehovam de improbâ civitate vindictam sumturum esse, cap. 1: 26 his Dei ad civitatem verbis significatur, אָשִׁיבָה יָדִי עָלַיִךְ *rursus manum in te immittam*, id cap. 5: 25 simili modo sic enuntiat propheta: בְּכָל־זֹאת לֹא־שָׁב אַפּוֹ וְעוֹד יָדוֹ נְטוּיָה *his omnibus non sedata est ira eius, et adhuc manus eius porrecta est.* Quae denique nova, ob immorigerum animum populo immittenda calamitas publica cap. 1: 25 et 28—31 significatur, eadem secundo sequentibusque capitibus passim, et clarissimis verbis in fine totius vaticinii, cap. 5: 26—30, a propbetâ annuntiatur.

Tum hoc quoque pacto, si vaticinium capite primo non absolutum esse, sed in secundo et sequentibus continuari statuimus, recte demum intelligitur, cur propheta hic alienum illud alius vatis inducat oraculum, cui suum vaticinium primâ specie videatur esse contrarium. Sic enim apparet, hic ob eandem rationem id inducere prophetam, ob quam inductum est Mich. 4: 1 sqq. Nam hic, pariter atque illic, postquam propheta gravissimas improbae civitati dixisset instare calamitates, hoc inducit celebre et in vulgus notum Iesaiae oraculum, tanquam suae praedictioni prorsùs contrarium; sed id hoc facit consilio, ut deinde ostendat, non iam nunc exspectari posse laetissima illa et

florentissima tempora, quae civitati divinitus vaticinatus erat Iesaia: tantam felicitatem tantumque Iehovae favorem non exspectari posse civitati, quae adeo corrupta esset, sed primùm eam, ut eo digna fieret favore, penitus esse purgandam. Mich. 4: 1 seqq. illud Iesaiae oraculum inducitur non nominato auctore: nam illud Michae vaticinium conscriptum est ante Sanheribi invasionem; et eo tempore non opus fuisse videtur, ut auctor nuncuparetur, quum oraculum omnibus notum esset, et omnes prophetam, a quo editum esset, novissent. Sed vaticinium, quod hic habetur, aliquot annos pòst conscriptum esse apparet: itaque tunc, quum non ampliùs recens esset oraculi istius memoria, propheta id inducturus nomen vatis, a quo editum erat, praemittendum esse censuit.

Haec autem, quae hucusque de hoc loco diximus, si non sine ratione dicta esse videntur, non facilè, opinor, ideo aliquis hanc sententiam minùs probandam esse censebit, quòd oraculum illud hic allatum, cuius auctorem disertis verbis Iesaiam nuncupari iudicamus, tamen nuspiam in toto vaticiniorum Iesaiae volumine legatur. Quis enim credat, Iesaiam omnia, quae vaticinatus est, consignasse litteris? Quin potiùs sic iudicamus, ex iis, quae per longum illud tempus, quod Iesaia vaticinatus est, publice dixerit, perpauca tantùm ab eo scripto esse mandata et ad nostram pervenisse notitiam: et verò, si non computantur, quae in hoc volumine habentur vaticinia de nationibus exteris, reliquorum non magnus est numerus. Et non de scripto, sed memoriter verba oraculi, quum hic, tum Michae capite quarto citari, luculenter demonstrant illae, quae inter utrumque locum offenduntur, in verbis discrepantiae.

Nec denique quaeret aliquis, qui igitur fieri potuerit, ut vaticinium, quod his quinque capitibus contineatur, quodque, quum in eo Iesaiae oraculum citetur, a Iesaiâ nec editum, nec scriptum sit, tamen Iesaiae attributum et vaticiniorum eius volumini praemissum sit. Hoc enim post ea, quae ad cap. 1: 1 diximus, nunc iam satis liquere existimo. Ipsa haec capitis 2^{di} coli 1^{mi} verba, quum, ut hucusque omnes opinati sunt interpretes, primâ specie universi, quod sequitur, vaticinii inscriptio esse viderentur, causa fuerunt, cur libellus, in quo haec quinque capita scripta erant, quique in fronte non habebat praescriptum titulum, Iesaiae vaticinia continere existimaretur.

Sed iam quaerimus, si quidem inquiri possit, quis igitur vaticinii, quod his quinque capitibus continetur, fuerit auctor. Atque etiam ad hanc quaestionem mihi videor probabiliter respondere posse. Namque non dubito, quin vaticinium sit eiusdem illius prophetae Michae, cuius aliud quoque, quod eius nomen praescriptum habet, vaticinium in sacrâ Israëlitarum bibliothecâ nobis servatum est, quique in eo eâdem omnino ratione, quâ hic factum est, illud Iesaiae, aequalis sui, induxit oraculum: et hanc quoque sententiam satis multis et validis argumentis me comprobare posse existimo.

Et primum quidem argumentum iam attuli, quòd eodem prorsùs modo eodemque consilio, atque in illo vaticinio Michae, eadem Iesaiae verba hic inducta videmus. Casuine attribuemus, quòd duo prophetae diversi usque adeo in re tam singulari convenerint? — Sed etiam in verbis, quibus illud oraculum hic inducitur, Micham agnoscere licet auctorem. Valde enim singularis est in iis con-

structio nominis דְּבַר (*verba*) cum verbo חָזָה (*videre*), inter quae, quum *verba* non *videantur*, tanta est discrepantia, ut omnes aures necessariò offendat. Habet quidem ea illius nominis cum isthoc verbo constructio causam in usu linguae Hebraeae, quoniam *oraculum*, quod propheta divinitus eloquitur, דְּבַר nuncupari, *oraculum accipere* autem verbo חָזָה significari solebat. Ideo tamen non erat necessaria: nam pro דְּבַר nomen חָזוֹן, aut pro חָזָה verbum נִבָּא usurpari potuisset. Certe illorum verborum, adeo inter se incongruentium, constructio soloecismus est. En verò eundem hunc soloecismum offendimus in inscriptione libelli, quo alterum illud Michae continetur vaticinium: דְּבַר־יְהוָה אֲשֶׁר הָיָה אֶל־מִיכָה הַמֹּרַשְׁתִּי בִּימֵי יוֹתָם אָחָז וְחִזְקִיָּה * מַלְכֵי יְהוּדָה אֲשֶׁר־חָזָה עַל־שֹׁמְרוֹן וִירוּשָׁלָם. *Oraculum Iehovae, quod obtigit Michae Móraschensi temporibus Iothami, Achazi et Hizkîae, regum Iudaeae, quod vaticinatus est* (proprie *vidit*) *super Samariá et Hierosolymis.* Interpolata quidem sunt inscriptionis verba: quum enim per se veri dissimillimum sit, ipsum Micham temporis spatium, per quod vaticinatus sit, annotasse; tum etiam vaticinium, quod in libello consequitur, non sub tribus regibus, sed sub unius Hizkîae imperio, scriptum est: sed haud tamen dubitandum esse videtur, quin praecipua eius pars ab ipso Michâ vaticinio suo praescripta sit; fortasse in hunc modum: דְּבַר־יְהוָה אֲשֶׁר־חָזָה מִיכָה הַמֹּרַשְׁתִּי עַל־שֹׁמְרוֹן וִירוּשָׁלָם. —Neque obiiciat aliquis, hanc tamen constructionem non fuisse soli Michae peculiarem; eandem enim offendi in inscriptione vaticiniorum Amosi: דִּבְרֵי עָמוֹס אֲשֶׁר־הָיָה בַנֹּקְדִים מִתְּקוֹעַ אֲשֶׁר

* Sic enim legendum esse pro יחזקיה, quod vulgò legitur, ad cap. 1: 1 monitum est.

חָזָה עַל־יִשְׂרָאֵל בִּימֵי עֻזִּיָּה וגו׳ Nam hic enuntiatio relativa אֲשֶׁר־חָזָה וגו׳ non pro complemento, vice nominis adiectivi, cum דִּבְרֵי עָמוֹס construitur, sed per appositionem adiungitur vice nominis substantivi, ut convertendum sit: *Sermones Amôsi, qui fuit e pastoribus Thekoënsibus; quae* (non vero *quos*) *vidit super Israële &c.* Enimvero propheta dici quidem potest *videre* (חזה), id est *accipere* seu *percipere*, *verba Iehovae*, non verò *suos sermones*.

Et iam vaticinium inde ab initio perlustremus, et colligamus, quae inveniantur, manûs stylique Michae indicia reliqua. — Tale indicium iam ipsum exordium esse videtur: *Audite, coeli, et ausculta, terra; nam Iehova loquitur!* Pariter enim eodem solenni modo orditur Michae vaticinium: *Audite, populi universi, attende terra, et quod eâ continetur, ut Dominus Iehova vos edoceat, Dominus ex augusto suo palatio.* Et similiter initio cap. 6ti, ubi vaticinii sui argumentum, novâ formâ indutum, retractare incipit, oratio ad naturam convertitur: *Auditote, quae Iehova dicit: "Agedum, litem institue coram montibus, audiantque colles vocem "tuam." — Audite montes litem Iehovae, vosque rupes, fundamenta terrae: nam lis est Iehovae cum populo suo, et cum Israële disceptat.* — Cap. 1: 10 novam stropham inchoans principes civitatis improbae, quam in fine strophae antecedentis civitatibus Sodomi et Gomorrhae assimulaverat, et universum populum, ita affatur: שִׁמְעוּ דְבַר־יְהוָה קְצִינֵי סְדֹם הַאֲזִינוּ תּוֹרַת אֱלֹהֵינוּ עַם עֲמֹרָה *Audite, quae Iehova dicit, gubernatores Sodomi; attendite declarationem dei nostri, popule Gomorrhae.* Consimiliter initio novae strophae principes populi Micha alloquitur cap. 3: 1: שִׁמְעוּ־נָא רָאשֵׁי יַעֲקֹב וּקְצִינֵי בֵּית יִשְׂרָאֵל *Auditote, principes Iacobaeorum, et guber-*

natores gentis Israëliticae. Pariter colo 9no. — Animadverti quoque debet, vocabulum קָצִין, praeterquam in vaticinio Michae et in his quinque capitibus, quorum itidem Micham auctorem esse statuimus, rarissime usurpatum offendi. — Colo 11 sqq. eodem modo, quo Mich. 6: 6—8, propheta Iehovam non delectari ait sacrificiorum multitudine, neque eam a populo suo petere, sed iustitiam et morum probitatem. — Colo 20mo, ut antecedentis denuntiationis divinae certitudinem declaret propheta, addit: כִּי פִי יְהוָה דִּבֵּר *Videlicet os Iehovae loquutum* (id est, *ipse Iehova loquutus*) *est.* Utitur autem Micha cap. 4: 4 eodem modo eâdem hac loquutione, quae praeterea non usurpata offenditur, nisi ab auctore partis vaticiniorum, quae Iesaiae nomine feruntur, posterioris, cap. 40: 5 et 58: 14. — Cap. 2: 6—8 praecipua a prophetâ enumerantur vitia, ob quae civitas a Iehovâ reprobetur: tanta autem est huius loci cum Mich. 5: 9—12 similitudo, ut hîc Michae non agnoscere non possimus manum. Hîc enim in civitate propheta reprobat primò *divinatorum et augurum multitudinem*, deinde *argenti aurique copiam et immensos thesauros*, tum *ingentem equorum et curruum numerum*, denique *idolorum multitudinem*, quum *opus manuum suorum adorarent, et quae suis digitis fecerant.* Micha autem eo, quem dixi, loco vaticinatur, fore, ut, expurgatâ et in integrum restitutâ civitate ac regnante, cui omnes totius nationis gentes obedirent, iusto pioque e prosapiâ Davidicâ rege, nulli ampliùs in terrâ sint *equi currûsque*, nullae *arces urbesque munitae*, nulli *harioli auguresque*, nulla denique *simulachra aut imagines*, ut non ampliùs *adoraturi essent suarum manuum opus.* Neque offendat quempiam, quòd non omnino hi duo loci similes sunt: hoc enim

ne exspectamus quidem. Quis enim exspectat, Micham antea vaticinaturum fuisse, *nullum* in futurâ civitate fore *argentum aurumve*, quum nunc in civitate improbet argenti aurique copiam et immensos a principibus et proceribus coacervatos thesauros? Et quòd vaticinatus erat, nullas tunc futuras esse in terrâ *arces civitatesve munitas*, eo non adeo significaverat tollendum in civitate vitium, quod igitur exspectemus eum hìc reprobaturum fore, quàm potiùs civitatis ab omnibus hostibus, quos Iehova subiecturus vel repressurus esset, *securitatem*. — Cap. 3: 7 invenimus loquutionem יִשָּׂא בַּיּוֹם הַהוּא, in vernaculam linguam sic convertendam: *dan zal hij aanheffen.* Eodem hoc raro sensu verbum usurpatur a Michâ cap. 2: 4 in his verbis: בַּיּוֹם הַהוּא יִשָּׂא. — Cap. 5: 7 duplicem offendimus paronomasiam; antanaclaseos exemplum suprà vidimus cap. 1: 7: tales antem figuras praecipue amasse Micham, eum, qui nesciat, docere potest primum ipsius vaticinii caput. — Colo 8° acerbissime notat propheta, quòd potentiores vi et iniuriâ in suam possessionem rapiebant aliorum civium domos et agros. Idem acerbissime notatur a Michâ cap. 2: 2. — Colo denique 29° comparatio legitur victoris fortissimi et invincibilis cum leone rugiente et praedam rapiente, cui nemo eam eripiat; cui simillima habetur Mich. 5: 7.

Haec in tot locis huius vaticinii cum vaticinio Michae convenientia quantam ad sententiam, quam proposui, comprobandam habeat vim, iam videant alii. Addo autem his e singulis locis desumtis argumentis aliud generale, ab universâ vaticinii conformatione eiusque cum formâ vaticinii Michae similitudiue petitum, cuius mihi certe haud leve esse videtur momentum. Hoc enim in conformatione vaticinii

Michae singulare est, quòd, postquam argumentum suum in oratione ad populum eiusque principes conversâ pertractavit (cap. 1—5), deinde (cap. 6 et 7) idem argumentum denuo tractat aliâ, magis poëticâ et fictâ utens formâ: fingit enim litem, quae inter Iehovam et populum suum agatur, et inducit Iehovam et populum disceptantes et sibi invicem respondentes, donec ipse tandem eos excipiat et suis verbis totum vaticinium terminet. Pari autem modo in vaticinio, quod his quinque Iesaiae libro praemissis capitibus continetur, postquam quatuor primis capitibus argumentum suum absolvit, id retractaturus capite 5to carmen fingit in vineam amici sui, et hanc deinde parabolam explicans denuo improbo et impio populo vaticinatur, quas praedixerat, poenas divinas.

Fateor equidem, posse quoque ab eo, qui in contrariam partem disputare velit, sic iudicari, banc horum quinque capitum cum vaticinio Michae convenientiam etiam eo explicari posse, quòd Micha et Iesaia aequales fuerunt Michaque Iesaiam audivit. Confiteor etiam, magnam quoque subinde in his quinque capitibus deprehendi convenientiam cum iis, quae in sequentibus Iesaiae vaticiniis leguntur. Veluti haec cap. 3: 12mi verba, עַמִּי מְאַשְּׁרֶיךָ מַתְעִים וְדֶרֶךְ אֹרְחֹתֶיךָ בִּלֵּעוּ, sanequam simillima sunt his, quae cap. 9: 15° legimus: וַיִּהְיוּ מְאַשְּׁרֵי הָעָם־הַזֶּה מַתְעִים וּמְאֻשָּׁרָיו מְבֻלָּעִים; et quae cap. 5: 25 leguntur, בְּכָל־זֹאת לֹא־שָׁב אַפּוֹ וְעוֹד יָדוֹ נְטוּיָה, ipsa illa verba sunt, quibus quater, tanquam disticho intercalari, usus est Iesaia in vaticinio contra regnum Samaritanum cap. 9: 7—10: 4. Verùm enim verò animadverti debet, non hoc iam quaeri, utrùm Micha, an Iesaia, horum quinque capitum auctor sit. Nam, si quidem cap. 2: 1—4 auctor horum capitum

oraculum altus prophetae citans, hoc *Iesaiae* tribuit, ex eo primùm hoc efficimus, *non Iesaiam* esse posse horum capitum auctorem. Et iam quaerentes, quis igitur horum capitum auctor fuerit, ex magnâ illâ horum capitum cum vaticinio Michae convenientiâ non certum quidem, sed probabile iudicamus, Micham auctorem esse; ac proinde, quae horum capitum cum Iesaiae vaticiniis convenientia cernitur, ea hanc causam habere censenda est, quòd Micha et Iesaia aequales fuerunt Michaque Iesaiam audivit. Quid mirum, si gravia illa verba, quibus quater pro disticho intercalari usus erat Iesaia in vaticinio, quod audiverat, vel legerat Micha, adeo huius memoriae haeserint, ut ea aliquando sua fecerit?

Ad cap. II: 6. In verbis כִּי מָלְאוּ מִקֶּדֶם mendum esse, iam dudum a quibusdam interpretibus observatum est, quamquam non omnes in emendando aeque felices fuerunt. Quasi autem ne ulla quidem mendi suspicio esse posset, Hitzig verba, ut vulgò leguntur, *pleni sunt de Oriente*, ita interpretatus est, ut sensus sit: *pleni sunt moribus orientalibus:* hunc enim sensum esse, quum verbum מָלֵא hic non, sicut in proximis verbis וְעֹנְנִים כַּפְּלִשְׁתִּים (*et auguribus ad instar Philistaeorum*) et duobus sequentibus colis, cum nomine קֶדֶם, tanquam cum obiectivo complemento, sed per praepositionem מִן, constructum sit. Ingeniosa sane haec interpretatio est: sed nec simplex, nec verisimilis. Nam, quum ita sensus sit, *pleni sunt de oriente* (inductis sive allatis), adeo ut indefinitum verbi complementum obiectivum reticeatur, non convenit, ut in parallelo, qui subiungitur, articulo aliud complementum obiectivum עֹנְנִים per coniunctionem ו annectatur: neque

etiam particula similitudinis כ in כַּפְּלִשְׁתִּים apte respondet praepositoni מִן in מִקֶּדֶם. — Atqui recte iam vidit Lowth, prophetam scripsisse מָלְאוּ מִקְסָם מִקֶּדֶם *pleni sunt divinatione prae oriente*, et vocabulum מקסם ob similitudinem litterarum cum sequenti מקדם per incuriam a scribis librariis omissum fuisse.

Ad cap. II: 18 et 20. — Colo 18° legimus: וְהָאֱלִילִים כָּלִיל יַחֲלֹף *idola autem omnino transibunt.* כָּלִיל pro complemento adverbiali cum verbo constructum est. Quòd autem propheta *omnino* seu *penitus* peritura esse dicit idola, id intelligitur e proxime antecedentibus: *et elatus tunc erit* SOLUS IEHOVA: simul tamen ex hoc loquendi modo, atque ex argumento totius vaticinii efficere licet, illo tempore non universalem fuisse in civitate idolorum cultum. Itaque etiam, quando colo 8° dicit, *plenam esse terram idolis*, id hoc sensu accipiendum esse videtur, quòd *passim*, sive *a multis*, etiam tum colebantur idola. Certe obiter tantùm in hoc vaticinio idolatriae mentio fit, et multò magis luxuriam, magnificentiam, iniustitiam et ceteram morum pravitatem, quàm idolorum cultum, reprehendit propheta. Imo verò, quasi ad magnificentiam pertinerent, de idolis hic loquitur. Haudquaquam saltem haec idolorum mentio vetat statuere, hoc vaticinium scriptum fuisse regnante pio Iehovae cultore Hizkiâ. Nam hoc imperante rege non penitus sublatum fuisse in populo idolorum cultum, quum per se verisimillimum sit, tum liquet ex aliis eo tempore scriptis prophetarum vaticiniis. Videatur Mich. 5: 12 et 13, 6: 16, Ies. 30: 22 et 31: 7.

Verborum autem Iesaiae, quae duobus iis locis leguntur,

memoriam in colo 20mo non agnoscere non poterit, qui ea comparaverit. — Legimus autem hic: בַּיּוֹם הַהוּא יַשְׁלִיךְ הָאָדָם אֵת אֱלִילֵי כַסְפּוֹ וְאֵת אֱלִילֵי זְהָבוֹ אֲשֶׁר עָשׂוּ־לוֹ לְהִשְׁתַּחֲוֺת לַחְפַרְפֵּרוֹת וְלָעֲטַלֵּפִים *Eâ die proiiciet homo idola sua argentea aureaque, quae fecerunt ei ad adorandum, muribus et vespertilionibus.* Verba אֲשֶׁר עָשׂוּ־לוֹ verti debent, *quae fecerunt ei*, non, ut plerosque vertere video, *quae fecerunt sibi:* licet enim אָדָם nomen collectivum sit, quod non magis cum plurali, quam cum singulari, possit construi verbo; at tamen non est credibile, prophetam in duabus tam arcte constructis vocibus singularem numerum cum plurali commutavisse, si plurali verbo עָשׂוּ significasset הָאָדָם *homines.* Verbum impersonaliter accipiendum est, ut in linguam Germanicam et vernaculam transferatur: die man ihm gemacht hat — *die men hem gemaakt heeft.* — חפרפרות *mures* transtuli. Nam unâ voce לַחֲפַרְפָּרוֹת legendum esse pro duabus לַחְפֹּר פֵּרוֹת, ut Masorethae ediderunt, nunc quidem inter omnes constat. *Mures* autem hoc vocabulo significari, quum ex ipso eius in hoc loco usu probabiliter confici posse videatur, tum eo probabilius est, quod in linguâ Arabicâ *mus* فارة a *fodiendo* nomen habet, חֲפַרְפָּרָה autem, a חפר *fodere*, proprie id significat, *quod multum, frequenter* vel *usque fodit.* Frustrà verò quaeramus, utrùm universum murium genus, an certa eorum species illo vocabulo in linguâ Hebraïcâ designata sit: hoc certe loco *mures urbani* et *domestici* significantur.

Ad cap. II: 22 et III: 1 4. De universo sensu videantur, quae dicturi sumus ad cap. III: 12.

Ad cap. III: 5: וְנִגַּשׂ הָעָם אִישׁ בְּאִישׁ וְאִישׁ בְּרֵעֵהוּ יִרְהֲבוּ הַנַּעַר

בַּזָּקֵן וְהַנִּקְלֶה בַּנִּכְבָּד Haec verba in translatione Chaldaicâ sic conversa leguntur: *Et concitabitur populus, unus contra alterum et quisque contra proximum suum: dominabuntur pueri in senes, et ignobiles in nobiles.* Eandem de sensu horum verborum traditionem sequuti sunt ii Masorethae, qui vocalium et ceteras scripturae notas adscripserunt: ideo pronuntiarunt וְנִגַּשׂ in formâ Niph'al, ut passivum sensum haberet verbum; atque accentum Athnach in בְּרֵעֵהוּ ponentes, et sequens verbum יִרְהֲבוּ pronuntiantes, hoc verbum non cum praecedentibus, sed cum sequentibus construxerunt. Articulos sententiae perperam eos distinxisse, iam monuit Hitzig: voces וְאִישׁ בְּרֵעֵהוּ construi debent cum verbo sequenti, quod igitur, quum membrum terminet, יִרְהָבוּ pronuntiandum est, adeo ut אִישׁ בְּרֵעֵהוּ et אִישׁ בְּאִישׁ, ac יִרְהָבוּ et וְנִגַּשׂ הָעָם in parallelis articulis sibi respondeant. Sed etiam perperam pronuntiarunt וְנִגַּשׂ, passivum verbo tribuentes sensum. Nec iuvat cum recentioribus interpretibus formae Niph'al reciprocum hic subiicere sensum: nam reciprocam actionem esse, hic non per formam verbi, sed per adiunctum אִישׁ בְּאִישׁ, propheta significare voluit. Non recte intellexerunt Masorethae hoc verbum, ideo perperam quoque pronuntiarunt. Legendum est וְנָגַשׂ, et transferendum: *ac premet populus unus alterum, et quisque proximum suum urgebunt, puer senem, et ignobilis nobilem.* Sensus autem est: urgebit unus alterum, ut capescat civitatis regimen. Explicatur hoc colo sequente.

Ad cap. III: 6: *Apprehendet enim unus alterum in suâ gentilitate, Pallium* (inquiens) *tibi est, princeps sis nobis*, וְהַמַּכְשֵׁלָה הַזֹּאת תַּחַת יָדֶךָ *et ruina haec sub tuâ manu*

sit. Aliter enim haec verba, ut vulgo leguntur, transferri nequeunt. Verbis תַּחַת יָדֶךָ *curam medicam* significari, et per se probabile est, et manifestò apparet e colo sequente, ubi respondetur: *Nolo esse medicus*, (seu *chirurgus*, חֹבֵשׁ *qui obligat vulnera*). Atqui cum hac imagine parum congruere videtur, quòd respublica in eâdem enuntiatione *ruina* dicitur, ita ut cum *collapso* seu *labefactato aedificio* comparetur: collapsum enim seu labefactatum aedificium non curat *medicus*. Et tamen vocabulo מַּכְשֵׁלָה, ut a Masorethis pronuntiatum est, alius sensus in hoc loco subiici nequit. Quamquam alibi hunc sensum non habet: nam in unico, quo praeter hunc legitur loco, Seph. 1 3, significat *id, quod labi facit* hominem, eique *ruinae est*, non verò *ruinam*. Hic autem, nullus dubito, quin pronuntiandum sit וְהַמָּכְשָׁלָה, ut sit participium formae Hoph'al, significans *labefactatam, debilitatam*, *infirmam* sive *aegram* mulierem, cui hic *collapsa* et *labefactata* assimiletur respublica.

Ad cap. III: 8: *nam lingua eorum et actiones eorum adversus Iehovam sunt* לַמְרוֹת עֵנֵי כְבוֹדוֹ *adeo ut repugnent oculis maiestatis eius.* — Etiam hic, itemque Ps. 78: 17, perperam, atque invito auctore, qui sine ה scripsit, et sine ullâ necessitate, Masorethae pronuntiarunt לַמְרוֹת, quasi forma Hiph'il esset. Pronuntiandum est לִמְרוֹת: nam formae huius verbi Kal et Hiph'il idem valent, et eodem prorsùs sensu dicitur tum מָרָה אֶת־פִּי יְהוָֹה, tum הִמְרָה אֶת־פִּי יְ׳, *repugnavit*, id est *obedire recusavit*, *iussis Iehovae.* Loquutionem autem, quae alibi non offenditur, *repugnare oculis Iehovae*, egregie explicuit Hitzig. Addimus, exemplum consimilis huius verbi usûs reperiri 2 Reg. 14: 26, ubi legimus:

רָאָה יְהוָה אֶת־עֳנִי יִשְׂרָאֵל מֹרֶה מְאֹד *vidit Iehova miseriam Israëlitarum repugnantem valde*, id est *repugnantem oculis eius*, adeo ut adspectum eius ferre non posset. Conferatur Gallicum *répugnant.*

Ad cap. III: 10 et 11. — Verba coli 10^{mi} אִמְרוּ צַדִּיק כִּי־טוֹב sic interpretantur, ut *Dicite* (vel *Praedicate*) *iustum*, *eum beatum esse*, hic significare dicant, *Dicite iustum esse beatum*, vel *Praedicate iustum beatum*; quomodo Gen. 1: 4 וַיַּרְא אֱלֹהִים אֶת־הָאוֹר כִּי־טוֹב, *vidit Deus lucem, eam bonam esse*, idem valet ac *vidit Deus lucem esse bonam*. Constructionis rationem explicui in Grammaticâ Hebraeâ § 526. Attamen, verbum אָמַר in linguâ Hebraeâ ita non tantùm cum obiectivo complemento, sed praeterea cum enuntiatione pro altero, accidens quoddam designante complemento, constructum fuisse, vel construi potuisse, id poni quidem, sed non probari potest. Praeterea non valde conveniens esse videtur in hoc loco imperandi modus. Suspicor mendum esse in אמרו, et prophetam scripsisse אַשְׁרֵי: *Beatus est iustus*, *nam fortunatus est*. Nam, non tantùm י et ו, sed etiam ט et מ facilè a scribis librariis inter se permutari potuisse, nemo palaeographiae Semiticae peritus infitiabitur. Quum enim in inscriptionibus Phoeniciis tanta sit litterarum ט et מ similitudo, ut vix internosci queant, perquam probabile esse videtur, olim in Hebraïcâ quoque scripturâ simillimam eas inter se habuisse figuram. Commendat autem coniecturam colon sequens 11um, quod huic in singulis articulis e contrario exacte respondet: in primo enim membro quum ibi legatur, אוֹי לְרָשָׁע רָע *Vae improbo! miser est* (sic enim vertendum est); quis non videt, quàm apte

interiectioni אוי hic respondeat אַשְׁרֵי? Et fortasse in suo exemplari idem hoc scriptum invenit Graecus interpres Alexandrinus, qui pro eo, quod nunc legimus, אִמְרוּ צַדִּיק, reddidit: *εἰπόντες, Δήσωμεν τὸν δίκαιον*. Illud *εἰπόντες* de suo addidit, statuens verba esse improborum et iniustorum principum, se mutuò ad scelus hortantium, et propterea quoque Imperativo substituit 1am personam pluralem modi Subiunctivi. Iam verò primâ quidem specie videatur interpres legisse אסרו pro אמרו: at veri quoque dissimile non est, eum in suo codice scriptum habuisse, quod conieci scripsisse auctorem, אשרי; sed similitudine litterarum י et ו deceptum, et litteram ש ut *Sîn* pronuntiantem, statuisse, hic אשרו pro אסרו esse scriptum: litteras enim *Sîn* et *Samec* in scripturâ Hebraïcâ inter se permutari noverat. — Adhuc monendum, טוֹב in colo 10mo et רָע in colo 11mo non esse nomina adiectivâ, sed verba personalia, ut sine causâ statuat Hitzig, subiecta hic reticeri: et in tali enuntiatione reticere subiectum non est consuetudinis linguae Hebraïcae. רָע in colo 11mo perperam pro nomine adiectivo habuerunt Masorethae ideoque antecedens לְרָשָׁע per accentum Munach cum eo iunxerunt. Intellexerunt enim verba, ut reddita leguntur in Chaldaïcâ interpretatione: *Vae improbis, quorum actiones malae sunt.*

Ad cap. III: 12. Verba עַמִּי נֹגְשָׂיו מְעוֹלֵל vertenda sunt: *Populi mei praefecti petulanter vexant*, vel *petulantes vexatores sunt*. Sine ratione interpretes statuunt, מְעוֹלֵל hic *puerum* significare, sicuti עוֹלֵל. Est participium formae Pô'el verbi עָלַל, quod in hac formâ et in mediâ Hithpô'el *vexare* significat, proprie et praecipue *cum petulantiâ*. Verbum

hic absolute, id est sine complemento, usurpatur, sicut mox מַתְעִים. Etiam statui potest, Participium accepisse vim et sensum nominis substantivi. — In singulari cum subiecto plurali constructum est, quia de praefectis populi *in genere* sermo est: vid. Grammat. Hebr. § 589 et 593. — Eundem sensum suprà colo 4to nomine et verbis Iehovae ita expressit propheta: *Iis autem pueros dabo principes,* וְתַעֲלוּלִים יִמְשְׁלוּ־בָם *qui cum petulantiâ in eos dominaturi sunt.* Et ex eo, quòd his verbis praedicit propheta, pueros in populum dominaturos esse, etiam magis apparet, hic in colo 12mo, ubi de *praesenti* civitatis statu sermo est, מְעוֹלֵל non posse significare *puerum.* Colo autem 4to in ceterâ calamitosi, quod instaret, temporis descriptione ideo *puerorum* quoque *petulantium* memorasse videtur dominationem, quòd Hizkia rex, si moreretur, *puerum*, eumque non valde pium ac probum, habiturus esset in imperio successorem; Manassem puta, quippe qui, quum patri mortuo successit, duodecim tantùm annos natus fuit. Regis autem mortem unâ cum interitu omnium, qui ope vel consilio civitatem servare possent, satis clare significaverat capitis 2^{di} colo ultimo et capitis 3^{tii} colo 1—3.

Ad cap. III: 13 et 14: נִצָּב לָרִיב יְהוָה וְעֹמֵד לָדִין עַמִּים׃ יְהוָה בְּמִשְׁפָּט יָבוֹא עִם־זִקְנֵי עַמּוֹ וְשָׂרָיו וְאַתֶּם בִּעַרְתֶּם הַכֶּרֶם וגו' *Constituit se ad litem instruendam Iehova, et sistit se ad iudicandum populos. Iehova in iudicium venit cum senioribus populi sui eiusque principibus: "Vos ergo demessuistis vineam?"* et quae sequuntur. Manifestum est plurale עַמִּים et singulare עַמּוֹ sibi opposita esse. Tum etiam animadvertendum est, in colo 12mo verba in Participio proferri, adeo ut Latinae

linguae consuetndo hanc periodi constructionem requireret: *Iehova, constituens se ad litem instruendam et sistens se ad iudicandum populos, in iudicium veniet cum primoribus et principibus populi sui. "Vos ergo" inquiet "demessuistis vineam?"* Sensus est: Iehova, quando in iudicium vocaturus est populos terrae, ad sui populi primores et principes veniens, sic eos affabitur: "Vos ergo" etc. Cum וְאַתֶּם verba Iehovae incipere, dubitari nequit. Quòd autem haec verba a *coniunctione* incipiunt, id nemo mirabitur in legendis antiquis scriptoribus paullo versatior. Id, *quocum* prima verba in huiusmodi plenâ affectûs oratione *per coniunctionem copulantur*, est quod non profertur, sed cum animo cogitatur, saepe etiam nutu significatur vel e vultu apparet. Plenam habebis sententiam, si iudicem cogitas principes populi, multorum et gravissimorum scelerum reos, coram ipso comparentes torvo intuentem vultu, et "Iam ad vos ordo venit," aut aliud quiddam simile cum animo suo dicentem, tum verò altâ voce sic pergentem: *Et vos* etc. — Verbum עָמַד, quemadmodum tanquam verbum *activum* coniugatur et in Imperfecto cum Cholem profertur, ita nnnquam non *activum* sensum habet, nec simpliciter *stare*, sed *se sistere* significat. — De verbo בער dicturus sum ad capitis 6ti colon 13um.

Ad cap. III: 24: וְתַחַת מַעֲשֶׂה מִקְשֶׁה קָרְחָה. Interpretes, qui nunc sunt, in eo consentire video, quòd מַעֲשֶׂה מִקְשֶׁה *opus tornatum* seu *tornatile* significare statuunt, idque hoc loco usurpari de cincinnis artificiose intortis et eleganter crispatis. Ac pariter femininum מִקְשָׁה *opus tornatum* seu *tornatile* significare dicunt Ier. 10: 5, ubi de columnâ, Exod.

25: 18, ubi de Cherubis aureis in tabernaculo sacro, Exod. **25**: 31 et alibi, ubi de candelabro aureo, et Num. 10: 2, ubi de tubis argenteis usurpatur. Provocant ad Arabicum verbum قشا, quod non tantùm *decorticare*, sed etiam *tornare*, *rotundâ formâ elaborare*, seu *in rotundam formam fingere*, significare affirmant. At *primò* hoc falsum est. Verbum Arabicum significat quidem *decorticare* et *defricare*, ut aliquid glabrum fiat et laevigetur; tum etiam *dolavit* lignum (*schaven*); non verò *tornare*, aut in *rotundam formam effingere*. *Tum* etiam contra analogiam linguae faciunt, quòd ad explicationem vocabuli Hebraïci a stirpe קשׁה Arabicum verbum قشا adhiberi posse arbitrantur. Arabicum enim قشا est Hebraïcum קשׂה cum *Sîn*, sed Hebraïca stirps קשׁה cum *Sjîn* est Arabica قسا *durum* (non molle, nec facilè flexibile) *esse*. Nec *porro* convenit notio, quam vocabulo Hebraïco tribuunt, iis, quibus legitur, locis. Ieremia loco laudato ludibrio exponit cultum simulachrorum, dicens esse ligna in sylvis caesa, fabrefacta asciâ, argento auroque obducta, quae deinde clavis malleisque firmantur, ne vacillent. Tum addit: כְּתֹמֶר מִקְשָׁה הֵמָּה, *nec loquuntur. Portari debent: nam non gradiuntur*. Hic autem cum *columnâ* (vel cum *stipite*) comparans tale simulachrum, profectò non valde apte propheta columnam *tornatam* seu *rotundâ formâ elaboratam* appellaret. Nec magis convenit comparatio, si vocabulo תֹּמֶר *palmae* tribuitur significatio, et cum Wettio transfertur: wie ein Palmbaum, gerundet sind sie. Imo verò, e verbis, quae subiunguntur, manifestum est, prophetam simulachra cum columnâ (stipite, aut palmâ) comparantem per adiunctum מִקְשָׁה qualitatem designare, quae faciat, ut nec loqui nec gradiri queant.

Neque etiam convenit vocabulo illa, quam volunt, significatio in iis locis, ubi sermo est de Cherubis, candelabro et tubis ex auro vel argento conficiendis. Sic Exod. 25: 18 de Cherubis praecipitur: *facies duos Cherubos ex auro:* מִקְשָׁה תַּעֲשֶׂה אֹתָם. Quàm ineptus est sensus, si cum Wettio vertitur: von abgerundeter Arbeit sollst du sie machen! Quis credat, de multiformibus istis et alatis animantium imaginibus hoc praecipue, et verò unice, fuisse praeceptum, ut *rotundâ* effingerentur formâ? At tamen hoc ipso de Cherubis praecepto Gesenius, quem ceteri sequuntur, in primis usus est, ut demonstraret, non posse probari plerorumque antiquiorum interpretum opinionem, מִקְשָׁה *solidum* sive *solidum opus* vertentium, adeo ut sensus foret, *de solido auro (d'or massif)* conficiendos fuisse Cherubos: nam ex I Reg. 6: 23 et 28 apparere, oleaginos fuisse Cherubos *auroque obductos.* Et verò, quamvis non satis validum hoc esse videatur argumentum, quum in priore Regum libro de Cherubis in templo Salomoneo, non item in tabernaculo, sermo sit, tamen per se non valde credibile esse puto, in illo Exodi loco praeceptum fuisse, ut istae Cheruborum imagines de *solido* conficerentur auro. Tum etiam hanc *soliditatis* notionem eo certe sensu, ut valeat idem ac Gallicum *massif*, ideo vocabulo מִקְשָׁה non licet tribuere, quòd verbum קשה non eo, quem volunt, sensu *solidum esse* significat, sed *durum et firmum esse*, ita ut aliquid nec molle sit, nec facilè flecti queat. Et haec quoque notio ad interpretandum vocabulum מִקְשָׁה in omnibus, quibus legitur, locis ét sufficit, ét unice apta est. Sic, ubi de Cheruborum imaginibus, de candelabro et de tubis ex auro vel argento conficiendis sermo est, hoc praecipitur, ut *firmum*

opus sit, nec e laminis auri et argenti conficiantur nimium tenuibus et flexibilibus. *Solidum* quoque vertere licet, sed eo sensu, quo Galli dicunt *solide*, vernaculâ linguâ *stevig*. Pariter de simulachris e ligno et metallis confectis, clavisque malleisque firmatis, Ieremia dicit: כְּתֹמֶר מִקְשָׁה הֵמָּה *instar firmae rigidaeve columnae sunt*, sive *inflexibiles rigidive esse videntur stipites*; aut, si mavis מִקְשָׁה pro attributo potius, quàm pro complemento antecedentis תֹּמֶר ducere: *instar stipitis firma (rigida, inflexibilia) sunt*. Hoc loco veram vocabuli sententiam sensit et expressit clarissimus Palmius, in vernaculâ Bibliorum translatione vertens: *Stijf zijn zij als palmen-staken.* * — Quum verò praeter hunc locum ubique de opere ex auro vel argento facto usurpetur vocabulum מִקְשָׁה, et semper quoque cum verbo עשׂה construatur, non dubium esse potest, quid מַעֲשֵׂה מִקְשָׁה apud nostrum prophetam significet. Significat *monilia aurea argentea*ve, non tenuia exiliaque, sed *gravia* et *solida* (haec enim Latina vocabula hic aptissima sunt); *graves* et *solidas laminas* aliasve figuras aureas argenteasve, qualibus in oriente mulieres caput ornare, et verò onerare, solere notissimum est. Pro his autem pretiosis et magnificis capitis ornamentis *caput* ob luctum vel servitutem *tonsum* et *calvum* habituras esse luxuriosas et superbas mulieres Hierosolymitanas, hic dicit propheta.

In ultimo coli articulo, כִּי־תַחַת יֹפִי, vocabulum כִּי collato Arabico verbo كوى et Aramaeo כוא, atque Arabico nomine

---

* Rectiùs tamen *staken*, quàm *palmen-staken* vertatur; quemadmodum Masorethae quoque non תָּמָר sed תֹּמֶר scripserunt. Haec quoque propria est stirpis תמר significatio, ut denotet id, quod *rigide in altum erigatur* vel *erectum sit*.

كي, *adustionem* significare, frustra et sine ratione negat Hitzig. Nam, quod dicit, reliquorum verborum sententiae non convenire, ut כִּי vertatur *stigma inustum*, id certe non valet, si intelligitur stigma captis in bello et in servitutem redactis a victoribus inustum: hoc enim colo luxuriosis et superbis mulieribus captivitatem et servitutem praedici, ipse statuit Hitzig. Hoc potiùs dubitare debuisset, num adeo vulgaris fuerit mancipiis, et verò etiam captis in bello mulieribus, stigmata inurendi mos, ut prophetam ad eum morem hic respexisse credibile sit. Etiam minùs veri simile est, spectasse prophetam, ut Rosenmüller statuit, singularem illam crudelitatem, quam aliquando feroces Timuri milites commisisse dicuntur, ut latera et terga victorum cauteriis adurerent. Quidni autem statuamus, *adustionem* hic adustionem faciei significare? Nam, quod Rosenmüller dixit, hanc post poenas, quarum mentio fiat in antecedentibus, leviorem fore, id sine ratione dixit, siquidem propheta hoc modo aeque, ac praecedentibus coli articulis, servitutem designat. In oriente enim honestae mulieres nativam faciei pulchritudinem servare possunt, fere perpetuò sub tectis manentes, foris autem velis obtectae: sed inferioris et servilis conditionis mulieres, multùm sub dio et sine velis versantes, aduruntur a calore solis, adeo ut fuscus color faciei et reliquarum corporis partium nudarum venustatem deformet. — Igitur sensus vocabuli satis certus esse videtur: non item pronuntiatio. Masorethae quidem pronuntiarunt כִּי: sed hoc fecerunt, quia particulam esse opinabantur, ut non tantùm ex eo apparet, quòd sine accentu voculam pronuntiantes cum sequenti תַחַת per lineolam Makkeph iunxerunt, sed etiam e consensu, quum ce-

terorum interpretum veterum, quorum nullus כִּי tanquam nomen substantivum reddidit, tum Chaldaïcae translationis, in quâ hic articulus in hunc sensum explicitus est: *Haec vindicta sumetur ab iis, quoniam fornicatae sunt pulchritudine suâ.* Ergo proprium sensum hunc esse putavit interpres: *Videlicet pro pulchritudine!* Nos autem, qui pro nomine substantivo habemus, cur Masorethicam pronuntiationem retineamus, nulla ratio est. Quin pronuntiamus כַּי, sicut in linguâ Arabicâ hoc vocabulum sonat: nam in Hebraïcâ aliter sonuisse, non habemus traditum. Oportet autem proferre cum proprio accentu.

Ad cap. IV: 2: בַּיּוֹם הַהוּא יִהְיֶה צֶמַח יְהוָה לִצְבִי וּלְכָבוֹד וּפְרִי הָאָרֶץ לְגָאוֹן וּלְתִפְאֶרֶת לִפְלֵיטַת יִשְׂרָאֵל *Eo tempore erit germen Iehovae splendori et gloriae, et fructus terrae decori et ornamento, superstitibus e clade Israëlitis.* Hic *germen Iehovae* et *fructus terrae* quid significent, non una sententia est. Rosenmüller cum Kimchio aliisque utroque *Messiam*, Hitzig cum Gesenio utroque *terrae proventum, fruges et fructûs*, Palmius germine Iehovae *prolem regiam*, sed fructu terrae *progeniem populi*, designari existimat. Et hanc Palmii interpretationem unice probandam esse censeo. Primò enim *fructus terrae* appellatio est generalior, quàm ut aut specialiter *regiam* prolem, aut singulariter, prout approbante Rosenmüllero Döderlein interpretatus est, *virum hac patriâ natum* significare possit. Verùm non magis probari posse videtur eorum interpretatio, qui utrumque, *fructum terrae* et *germen Iehovae*, sive id quod germinare et provenire facit Iehova, *fruges et fructûs* hic designare opinantur. Nam *germen Iehovae* non tantùm mira foret *frugum et*

fructuum appellatio: sed mirum quoque foret, si in frugibus et fructibus, quos terra prolatura esset, praecipue, et verò unice, hoc laudasset propheta, quòd superstiti e clade populo futuri essent *splendori*, *gloriae*, *decori ornamento*que. Nonne potiùs, vel saltem praecipue, frugum et fructuum praedicasset *copiam ubertatemque*? Sed enim, inquiunt, verba פְּרִי הָאָרֶץ, *fructus terrae*, alium sensum non admittunt, et, in altero membro *germen Iehovae* idem significare, membrorum parallelismus docet. Sane verò, confitendum est, פְּרִי הָאָרֶץ proprie *proventum terrae*, *fruges* et *fructûs*, significat, et hunc proprium sensum subiectum habet in omnibus, quibus legitur, locis (Lev. 25: 19, Num. 13: 20 et 26 sq., Deut. 1: 25, Ier. 2: 7, Neh. 9: 36). Pariter in primo membro vocabulum צֶמַח proprie *germen*, seu *frutices* e terrâ, vel *surculos* ex arbore *progerminantes*, significat. Atqui notum quoque et in confesso est, vocabulum צֶמַח ad *prolem*, et פְּרִי ad *progeniem* designandam in linguâ Hebraeâ translatum esse. Quidni autem hoc translato sensu ea vocabula hîc accipimus? Certe non vetat vocabulo פְּרִי pro complemento subiunctum הָאָרֶץ. Non liceret quidem ita accipere, si pro פְּרִי הָאָרֶץ scriptum legeretur פְּרִי הָאֲדָמָה, ut Gen. 4: 3 et alibi saepe. Sed differunt vocabula אֶרֶץ et אֲדָמָה, adeo ut hoc quidem *terram* significet, quae *colitur*, sed illud *terram*, quae *incolitur*, certam quandam *regionem*, *quam habitat populus*, praecipue *terram patriam:* et hoc sensu אֶרֶץ usurpatum est in omnibus iis modò laudatis locis, quibus vocabulo פְּרִי pro complemento subiunctum est. Itaque פְּרִי הָאֲדָמָה propric *quod* E *terrâ nascitur*, sed פְּרִי הָאָרֶץ proprie *quod* IN *terrâ nascitur*, denotat; hoc autem quin transla-

to sensu *progeniem civium vel incolarum terrae* significare possit, nemo dubitaturus est. Similiter Ezech. 17: 5, ubi in parabolâ de viti plantandâ sermo est, זֶרַע הָאָרֶץ vitium *sobolem*, non *quae* E *terrâ*, sed *quae* IN *terrâ nascitur*, id est vitium *sobolem indigenam* denotat. — In membro autem parallelo vocabulo פְּרִי *ex aequali* צֶמַח, sed vocabulo הָאָרֶץ ex *opposito* יְהוָה respondet: et non dubitandum esse videtur, quin *germen Iehovae* hîc *regiam prolem* designet, quam, ut iam dudum vaticinati erant prophetae, *Iehova suscitaturus esset*, quae civitatem Dei, ab improbis purgatam et in integrum restitutam, vice Dei regeret bearetque. Nam צֶמַח יְהוָה, omnibus consentientibus, idem valet, atque הַצֶּמַח אֲשֶׁר יַצְמִיחַ יְהוָה *germen, quod germinare faciet Iehova.* Atqui similibus verbis Ieremia de regiâ illâ prole vaticinatus est cap. 23: 5: *Ecce tempus venit, fatur Iehova*, וַהֲקִמֹתִי לְדָוִד צֶמַח צַדִּיק *quo suscitabo Davidi germen iustum*; et cap. 33: 15: *Iis diebus et eo tempore* אַצְמִיחַ לְדָוִד צֶמַח צְדָקָה *germinare faciam Davidi germen iustum.* Quod enim noster propheta non addit, id germen, quod suscitaturus esset Iehova, progerminaturum esse *Davidi*, aut, sicut Iesaia dicit cap. 11: 1, surculum fore, provenientem e caudice *Isaei* et ex radicibus eius pullulantem; id in aliis quoque de regiâ illâ prole vaticiniis non disertis verbis additum legitur. Sed *regiam* prolem, aut, si mavis, *eximiam et egregiam*, non vulgarem et communem, sed a progenie populi, quae in altero membro פְּרִי הָאָרֶץ nuncupatur, distinctam sobolem significari, subiunctum יְהוָה declarat. Nam, quod notissimum est, sed hîc probe animadverti debet, non communes, qui de populo nascerentur, cives, sed *insignes* tantùm ceteris *praestantes* viros, *Iehovae in civitate*

Dei vicarios, quales reges, iudices et prophetae erant, *Iehovam suscitare* (הֵקִים *existere, provenire facere*) dicebant Israëlitae; et *reges*, summi Iehovae in suâ civitate vicarii, si hoc augusto munere digni erant atque ex voluntate regis coelestis civitatem regebant, ideo *Iehovae* vel *Dei* appellabantur *filii*. Idem hic valet צֶמַח יְהוָה *soboles Iehovae*, id est *regia proles*, *quam suscitabit, provenire, nasci faciet* — non verò *quam gignet — Iehova*. Porro animadvertendum est, vocabulum צֶמַח nusquam *singulum* germen vel surculum denotare, sed, ut Latinum *soboles*, generale vocabulum esse, quo in universum *germina* vel *surculi* significantur, vel potiùs, quo, utrùm unus an plures surculi significentur, non definitur. Itaque צֶמַח יְהוָה non unum, certum quendam regem designat, sed in universum *prosapiam regiam*, בֵּית הַמֶּלֶךְ, cui in altero membro opponitur פְּרִי הָאָרֶץ *progenies terrae*, id est בְּנֵי עַם־הָאָרֶץ *incolarum terrae*, seu *communium civium*, *proles*.

Ad cap. IV: 4. De verbo בער videatur ad cap. 6: 13.

Ad cap. V: 9. בָּתִּים רַבִּים proprie quidem non *magnas domos* significat; attamen non convenit nec oportet reddere *domos multas*. Verbo et nomini רַב proprie non *magnitudinis*, sed *multitudinis* seu *magnae copiae*, subiecta est notio: sed *magnum*, *ingens*, *amplum* et *vastum* quoque designant, si quid *magnum* vel *amplum* est per *multitudinem* et *copiam* eorum, quibus constat. *Amplae et spatiosae* hic significantur *domûs*, *multis* inter se iunctis domibus constantes. Propheta enim in antecedenti colo divites et principes *domos domibus adiungere* dixerat, et notum est, magna

palatia in Oriente plerumque ex multis continuis, inter se iunctis et circa multa impluvia aedificatis domibus esse constructa. — Quòd eaedem domûs in altero membro גְּדֹלִים, *magnae*, dicuntur, eo earum non amplitudo et lata extensio, sed *altitudo* et *excelsitas* denotatur.

Ad cap. V: 13 et 14. *Ideo in exilium abit populus meus imprudens;* וּכְבוֹדוֹ מְתֵי רָעָב וַהֲמוֹנוֹ צִחֵה צָמָא Egregiâ coniecturâ haec verba emendavit Hitzig, videns pro מְתֵי legendum esse מְזֵה. Sed hac probatâ emendatione desistendum quoque est a vulgari interpretum opinione, vocabulum כָּבוֹד (*gloriam, honorem*) hìc prorsùs *honoratos* sive *nobiles* cives, et הָמוֹן (*strepitum* sive *opulentiam*) vel strepentem multitudinem, id est *vulgus* sive *plebem*, vel strepentem vitam agentes *luxuriosos*, vel *opulentos* significare. Vertendum est: *et magnificentia eius exsucta est fame, et strepitus eius exsiccatus siti. Magnificentia et strepitus populi* significat *id quod in populo*, in civitate, *magnificum est strepitque;* et magnificentiam lautarum epularum ac strepitum instrumentorum musicorum in conviviis denotare prophetam, ex antecedentibus intelligimus. Quum autem hanc magnificentiam fame exsuctam et hunc strepitum siti exsiccatum dicit, procul dubio hoc quidem significat, *eos, qui tam laute et laete viverent*, fame et siti extinctum iri; sed proprius tamen sensus est: *magnificentiae* populi fames et *strepitui* illi sitis finem imponet.

Pergit propheta: *Ideo diduxit Orcus fauces suas, et pandit os suum absque modo*, וְיָרַד הֲדָרָהּ וַהֲמוֹנָהּ וּשְׁאוֹנָהּ וְעָלֵז בָּהּ Vocabulo כָּבוֹד hìc substituitur הָדָר, quod fere idem valet, et vocabulo הָמוֹן additur, ut augeatur significatio, שָׁאוֹן, quo

magnus strepitus, *ingens tumultus* et *fragor* designatur; atque eo magis, quòd verbum quidem הָמָה et nomen הָמוֹן strepitum *instrumentorum musicorum* in sermone Hebraeo significat, sed שָׁאוֹן strepitum et tumultum *intemperantis laetitiae et exsultationis*, quo sensu Ies. 24: 8 שְׁאוֹן עַלִּיזִים *tumultus exsultantium* memoratur. Et ex comparatione huius loquutionis intelligitur quoque, quod sequitur וְעָלֵז בָּהּ. Vertendum enim est: *et descendit splendor eius* (Orci splendor) *et strepitus et tumultus*, *ibi* (in Orco) *exsultaturus*. וְעָלֵז Perfectum est cum Vau conversivo: *et exsultabit in eo*. In Orcum opulenti illi splendide, laute et laete usque viventes principes cum omni suo splendore et strepitu et tumultu: ibi iam exsultaturi sunt. Scriptum quidem est עָלֵז cum Tseri, quum tamen activum verbum sit, quod in Imperfecto יַעֲלֹז cum Cholem profertur: sed pariter in colo 2° חָצֵב omnes interpretes pro Perfecto habent, etsi itidem activum verbum eiusque Imperfectum יַחְצֹב est. Certe eodem iure עָלֵז pro Perfecto haberi potest, quo nomen (adiectivum, substantivum vel participium) esse statuitur: nam *nomen* hac formâ non derivatur a verbo, nisi quod in *Perfecto* eandem formam aut habet, aut habere saltem *potest*. Fateor tamen, Masorethas ideo cum Tseri pronuntiasse, quòd pro *nomine* haberent: nam tanquam nomen transtulerunt omnes interpretes veteres, etiam Chaldaïcus. Quando autem non sequimur Masoretharum in interpretando exemplum, quid est, cur eorum sequamur pronuntiationem. Itaque legendum esse arbitror וְעָלַז. — Num etiam pro חָצֵב in colo 2° legendum sit חָצַב, dubitandum esse videtur. Certe non constat, Masorethas, etiam hoc nomen esse, existimasse. Haud credibile tamen nunc mihi esse videtur, quod in Gram-

maticâ dixi, vol. 1 pag. 94, fortasse vertendum esse: *nec non torcular in eâ excisum erat.* Ergo, nisi fortasse merum scribarum librariorum mendum est, cum Ewaldo (Grammatik der hebräischen Sprache, 2[te] Aufl. § 250) statuendum esse iudico, hoc verbum proprie *semiactivam* habuisse significationem, adeo ut principio non *caedere*, *excidere* lapides, sed *in caedendo*, *excidendo occupatum esse*, significaverit. Similiter verbum עָמַל, etsi in Perfecto cum Pathach et in Imperfecto cum Cholem profertur, proprie semiactivum verbum fuisse, quum Arabicum عَمِلَ demonstret, tum in ipsâ linguâ Hebraïcâ comprobat semiactivum ab illo verbo derivatum nomen עָמֵל.

Ad cap. V: 17. וְרָעוּ כְבָשִׂים כְּדָבְרָם וְחָרְבוֹת מֵחִים גָּרִים יֹאכֵלוּ *Et pascentur agni, ubicunque ducantur, et ruinas opulentorum peregrini depascent.* כְּדָבְרָם est Infinitivus nominalis cum pronomine. Pro גָּרִים (*peregrini*), ut iam monuit Lowth, legendum est גְּדָיִים *hoedi*. Hoc in suo exemplari scriptum invenit Graecus interpres Alexandrinus, qui ἄρνες reddidit; utque ita legatur, postulat parallelismus membrorum. Ut pro גדים in tantâ litterarum ד et ר similitudine גרים legeretur, comparatio capitis primi coli 7[mi] seducere potuit.

Ad cap. V: 24: לָכֵן כֶּאֱכֹל קַשׁ לְשׁוֹן אֵשׁ וַחֲשַׁשׁ לֶהָבָה יִרְפֶּה שָׁרְשָׁם כַּמָּק יִהְיֶה וּפִרְחָם כָּאָבָק יַעֲלֶה. Verba וַחֲשַׁשׁ לֶהָבָה יִרְפֶּה omni modo torquent interpretes, ut tamen exprimant sensum: sed frustra. Neque mirum: perperam enim Masorethae cum veteribus interpretibus membra sententiae distinxerunt. Verbum יִרְפֶּה construi debet cum sequenti nomine שָׁרְשָׁם, et verborum hic est sensus: *Ideo, sicut quando consumit paleam*

lingua ignis et stramen flamma, flaccescet radix eorum; quasi computruisset erit; et germina eorum sicut pulvis adscendent. Quemadmodum, quando palea et stramen, quod post messem et triturationem in agro remanet, igne consumitur, berbae et gramina floresque, quae in agro succreverunt, eo igne comburuntur, adeo ut radices flaccescant, vigorem suum amittant nec denuo germinare possint, ipsaeque berbae et gramina floresque in cineres versi auferantur a ventis; sic etiam improbi et iniusti principes penitus exstirpabuntur in gravi illo, qui instat, vindictae divinae die, quando Iebova paleam et stipulam a frumento separatam cum nocivo lolio omnibusque zizaniis; ut agrum suum purget, igne combusturus est. — Vocabulum חֲשַׁשׁ non videtur conferendum esse cum Arabico حشيش, quod *pabulum siccum*, *foenum* significat. Recte iam Kocherus contulit Arabicum حُشّ: hoc enim *straminis minutas partes* denotat. Intelligendum est stramen trituratione frumenti in minutas partes contritum fractumque. Tum etiam animadvertendum est, vocabulum פֶּרַח non tantùm, sicuti plerumque vertitur, *florem* significare, sed omnia arborum, fructuum vel graminum *germina, e gemmis pullulantia.*

Ad cap. V: 26: *Et elevabit signum* לַגּוֹיִם מֵרָחוֹק *gentibus e longinquo.* Plurali numero hic *gentes* seu *populos* appellat propheta, sed statim singulari numero addit: *et sibilo vocabit eum ab ultimis terris, et ecce citò velox veniet;* ac deinde in sequentibus colis ita populum eiusque fortitudinem et ferocitatem describit, ut dubium esse nequeat, quin ob oculos habuerit *unum certum quendam populum.* Quocum non congruit plurale גּוֹיִם. Potest quidem in sermone Hebraeo

singularis aut pluralis numerus pro arbitrio usurpari et unus cum altero in eâdem sententiâ commutari, si *universe* et *infinite* rerum vel personarum *genus* tantùm spectatur (Grammat. § 412 seqq.): sed hic id non habet locum. Et, quod Hitzig dicit, prophetam quidem *unum* populum spectare, sed plurali גּוֹיִם significari posse et prophetam hic significasse *singulorum hominum exterorum multitudinem*, etsi haec hominum multitudo *unus populus* sit; id non facilè, credo, persuadebit aliis. Contra naturam humanae orationis est, ut, qui *unum*, certum quendam populum *cogitet*, *populos* cum *dicat*. — Ego voces perperam divisas et distinctas esse arbitror, et pro לַגּוֹיִם מֵרָחוֹק legendum esse לְגוֹי מִמֶּרְחָק, quomodo Ier. 5: 15 quoque legimus: *Ecce inducam vobis* גּוֹי מִמֶּרְחָק *populum e longinquo*. Legitur quidem vulgò syllaba חק cum ו: sed causa est, quòd, quum perperam voces distinctae essent, cum Chôlem pronuntiabatur. Sine ו legitur in septem a Kennicotto collatis codicibus.

Ceterùm Chaldaeos hic ob oculos habere prophetam, valde probabile mihi esse videtur. Nam *Assyriorum* invasio duce Sanheribo praeterita erat, eamque commemoravit propheta in colo praecedente, ubi dicit, ob pervicacem populi inobedientiam iam exarsisse iram Iehovae in populum suum, eumque manum suam in eum extendisse, et eum percussisse, ut tremuerint montes, et cadavera civium ut sordes iacuerint in plateis. Eadem calamitas est, quam cap. 1: 7—9 commemorat. Addit autem: *His omnibus non sedata est ira eius, et adhuc manus eius extensa est. Et elevabit signum populo e longinquo, et sibilo advocabit eum ab ultimis terris;* et quae sequuntur. Non tantùm novam invasionem, sed invasionem alius quoque populi hic

praedici, manifestum est; atque etiam ex sequenti huius populi descriptione efficitur, populum a prophetâ designari, cuius fortitudinem et ferocitatem Israëlitae nondum experti essent. Quum autem iam regnante Hizkiâ Iesaia Babyloniorum seu Chaldaeorum invasionem praedixerit (Ies. 39: 6 et 7), eundem populum etiam hic significari probabile est. Post illam Assyriorum in Asiam occidentalem duce Sanheribo expeditionem vires imperii Assyriaci magis magisque fractae sunt, et Assyriis in dominatione Asiae successerunt Chaldaei Babylonii.

Ad cap. V: 29: וְיִנְהֹם וְיֹאחֵז טֶרֶף וְיַפְלִיט וְאֵין מַצִּיל *et fremens corripiet praedam, et asportabit, ita ut nemo eripiat.* Si quidem Imperfectum, quando coniunctivam particulam praemissam habet, eâ breviore formâ, quae aliâs modum iubendi significat, pronuntiari solet; mihi veri simile esse videtur, perperam voces divisas et distinctas esse, et pro טֶרֶף וְיַפְלִיט legendum esse טַרְפּוֹ יַפְלִיט: *et fremens corripiet praedam suam: asportabit, ita ut nemo eripiat.* — Possit quidem dici, propter pausam וְיַפְלִיט cum Chirek pronuntiatum esse: sed in leviore pausâ, qualis hic est, id non videtur locum habere. — Conf. Grammatica Hebraea, vol. 2 pag. 291 sq.

Ad cap. V: 30: וְנִבַּט לָאָרֶץ וְהִנֵּה־חֹשֶׁךְ צַר וָאוֹר חָשַׁךְ בַּעֲרִיפֶיהָ. Hic Masorethicam membrorum distinctionem relinquendam esse, iam multi iudicarunt interpretes. Distinguendum est cum interprete Syro et Hieronymo ita, ut צַר cum antecedente חֹשֶׁךְ et ואור cum sequentibus construatur; quod igitur non וָאוֹר, sed וְאוֹר, pronuntiari debet. Sensus satis planus

et perspicuus est: *Et adspicitur terra, et ecce tenebras atras; et lux obtenebrata est caligine eius.* Posterius membrum sic recte iam Hieronymus Latine reddidit; ac similiter convertit Syrus interpres. — Poëtice describitur *terrae* Iudaïcae in summâ illâ, quae civitatem maneret, calamitate *adspectus.* Si adspicitur terra, ecce *tenebras atras* (ad verbum *tenebras anxietatis*), et *caligine eius*, id est caligine, quâ *terra* obducta est, *lux* diei *obtenebrata est.* — Satis certa esse videtur significatio, quam vocabulo עֲרִיף tribuerunt Hieronymus et Syrus interpres. Significat densam nebulam, vaporem vel fumum, quo, quod obducitur, in tenebras conditur. Latini *caliginem* dixerunt, quo sensu Virgilius dixit Aen. XI, 187:

> "*subiectisque ignibus atris*
> "*conditur in tenebras altum caligine coelum*".

Comparandum est Hebraïcum vocabulum cum quadrilittero עֲרָפֶל, quod *densam caliginem* denotat: et stirps עָרַף, ex quâ hoc quadrilitterum additâ litterâ ל auctum est, cognata fuisse videtur stirpi עָרַב, quae *obscuritatis* quoque notionem subiectam habet, praesertim in Arabico غرب *obscurus fuit, evanuit e conspectu, occidit* sol, *niger fuit*, atque in nomine עֶרֶב *vespera.*

Ad cap. VI: 5: *Et dixi: Vae mihi, nam perditus sum: nam homo immundis labiis sum, et inter populum immundum labiis habito: nam regem Iehovam coeleste numen meis oculis vidi.* Iesaiam, se et universum populum *immundum labiis* dicentem, suam et populi culpam et vitia in oculis Dei significare, hoc quidem manifestum est: sed ratio, ob

quam hancce, ut suam et populi culpam vitiaque designet, hic usurpet appellationem, ab iuterpretibus nondum recte explicita mihi esse videtur. Ea autem ratio est in notione, quae Israëliticae religioni propria erat, tum divinae naturae, tum summi, quod inde consequitur, homini incumbentis officii. Naturae divinae proprietas, quâ summum numen a ceteris naturis omnibus prorsùs secretum est, significatur vocabulo קָדוֹשׁ, quod proprie *intemeratam*, ab omni concretione et commixtione liberam nulloque contactu vitiatam *puritatem*, et hinc *inaccessam*, *intactam*, *inviolabilem*, *nihil*, *quod non aeque purum sit*, *admittentem et ferentem*, *uno verbo sacrosanctam*, *Dei maiestatem designat*. Itaque divina natura animo obversabatur tanquam lumen purissimum, in summo coelo ab omni concretione corporeâ longissime segregatum. Inaccessibilem Deus habitat lucem, cuius tamen splendor refulget, tum in primis in coelo, in puritate aetheris et luce astrorum, tum etiam in terrâ, siquidem ex opificio universi mundi inadspectabilis Dei potentia et maiestas elucent. Appellatur autem divina maiestas in operibus Dei refulgens Dei *gloria* (כָּבוֹד): *coelum celebrat gloriam Dei*, et, ut colo huius capitis 3^tio^ legitur, *plena est eâ universa terra*. Et verò hic est totius opificii mundi finis, ad hoc coelum et terra et omnia, quae in iis sunt, a Deo creata fuerunt, ut *celebretur eius gloria*, *et sanctificetur nomen eius*. Faciunt hoc in coelo naturae coelestes: facere hoc debet in terrâ homo. Vivere debet ad honorem Dei, ideoque non tantùm omnis vitae et morum impuritas ei vitanda est, sed etiam omni operâ cavendum, ne quâ aliâ, etiam corporeâ immunditie polluatur, ut sanctus (purus) sit, sicut Deus sanctus (purus) est, et *puris* seu

mundis labiis possit *celebrare*, *laudare*, *magnam facere*, *sanctificare*, *sacrosanctam maiestatem divinam*. Hic est vitae humanae finis, hoc summum hominis officium; et homo, qui non ita sanctis labiis sanctum numen sanctificat, licet eum per breve tempus in terrâ, procul e conspectu suo tolerare possit divina gratia, tamen ne momentum quidem in conspectu sanctissimi numinis consistere potest. Quid igitur mirum, si Iesaia in conspectum maiestatis divinae, dum ter sanctam Dei gloriam celebrabant apparitores coelestes, sui vitii sibi conscius exclamaverit: *Vae mihi*, *nam pertus sum: nam homo immundus labiis sum*, ——: *nam regem Iehovam*, *coeleste numen*, *meis oculis vidi*. In conspectu maiestatis sacrosanctae sentit, se non esse hominem, quem sacrosancta maiestas in suo conspectu ferre possit: se enim non esse hominem, qui sanctitatem numinis sancte celebret, se hominem *impurum labiis* esse. — Cur addat propheta: *et inter populum immundum labiis habito*; recte iam explicuit Hitzig.

Ad cap. VI: 13: וְעֹד בָּהּ עֲשִׂירִיָּה וְשָׁבָה וְהָיְתָה לְבָעֵר כָּאֵלָה וְכָאַלּוֹן אֲשֶׁר בְּשַׁלֶּכֶת מַצֶּבֶת בָּם זֶרַע קֹדֶשׁ מַצַּבְתָּהּ. Non congruit huic loco, quae verbo בָּעֵר a plerisque recentiorum tribuitur significatio. Primam enim coli partem sic interpretantur, ut sensus sit: *Quodsi in eâ* (in terrâ) *adhuc supererit decima pars*, *haec denuo erit delenda*. Atqui, non hoc voluisse Iesaiam, cives in calamitatibus, quas impio suo populo immissurus esset Iehova, ad unum omnes deletum iri, quum ex aliis ipsius et aliorum prophetarum vaticiniis constet, tum comprobat altera coli pars, ubi propheta sanctam sobolem superstitem fore dicit tanquam caesae arboris stipitem, e quo nova

enascatur progenies. Neque etiam conveniens esse videtur dicere, decimam partem, quae *superstes* (non deleta) fuerit, *denuò* (rursùm, iterum) *deletum iri*. Propterea alii verbum hic *igne expurgare* statuerunt significare: sed enim, ut ab aliis iam est monitum, verbum quidem in multis locis *incendere* et *comburere* vel *igne consumere* denotat, nusquam verò *igne expurgare*, quemadmodum *igne expurgentur metalla*. Rectiùs alii tertiam *depascendi*, quae verbo tribuitur, hic locum habere statuerunt significationem. Sic post Symmachum Grotius interpretatus est *iterum depascetur* (terra); pro quo Castellio dedit: *iterum depopulabitur*. Attamen verbo *depascere* non omnino verus verbi sensus reddi videtur, neque in hoc, neque in plerisque locis, quibus haec verbo subiecta esse censetur notio. Animadverti enim, in reliquis locis omnibus (Ies. 3: 14, 5: 5 et Exod. 22: 4) de *vineâ*, in uno (Exod. l. l.) de *agro* aut *vineâ*, esse sermonem, et in linguâ Syriacâ verbum *racemandi* significationem habere. Tum, si observamus, Ies. 3: 14 his verbis וְאַתֶּם בִּעַרְתֶּם הַכֶּרֶם tanquam parallelum subiungi גְּזֵלַת הֶעָנִי בְּבָתֵּיכֶם, *rapina afflictorum in domibus vestris est;* quis non videt, verbo בִּעֵר multò magis *racemandi* seu *demetendi* vineam, auferendo eius fructûs, quàm *depascendi*, immittendo in vineam pecus, congruere significationem? Postremò in uno quidem loco, Exod. 22: 4, de *pecore* sermo est, quod in agrum aut vineam immittatur, atque adeo rectissime *depascere* vertitur verbum: attamen agitur ibi de depastione, non *herbarum campi*, sed *frugum agrorum* et *fructuum hortorum*. Verba haec sunt: כִּי יַבְעֶר־אִישׁ שָׂדֶה אוֹ־כֶרֶם וְשִׁלַּח אֶת־בְּעִירֹה וּבִעֵר בִּשְׂדֵה אַחֵר מֵיטַב שָׂדֵהוּ וּמֵיטַב כַּרְמוֹ יְשַׁלֵּם *Si quis depasci facit* (hoc enim forma *Hiph-*

'il significat) *agrum aut vineam, quum immittat pecus suum, quod depascat* (fruges) *in agro alterius, optimum* (id est optimas fruges) *sui agri et optimum* (optimos fructûs) *suae vineae retribuet* (pro depastâ a pecore frugum vel fructuum parte). — Atqui neque haec *demetendi fructûs*, seu, si pecus idem facit, *depascendi* significatio proprius et universalis verbi sensus est. Apparet ex 1 Reg. 14: 10 verbum proprie *verrere* significare. Nam legimus ibi: וּבִעַרְתִּי אַחֲרֵי בֵית־יָרָבְעָם כַּאֲשֶׁר יְבַעֵר הַגָּלָל עַד־תֻּמּוֹ; quod proprie vertendum esset: *et verram* (fatur Iehova) *post gentem Ieroboami, quemadmodum verrit aliquis stercus, donec nihil eius reliquum sit.* In priore tamen articulo ita usurpatur verbum, ut spectetur quoque eius usus de *demetendo fruges* et *fructûs*, adeo ut, nisi in additâ comparatione propria *verrendi* significatio spectaretur, transferri posset et deberet: *et metam post gentem Ieroboami;* id est, gentem Ieroboami *demetendo persequar*, adeo ut progeniem eius, ei succrescentem et succedentem, *posteritatem* eius, penitus de terrâ tollam. Eadem loquutio repetitur cap. 21: 21, et adhibitâ formâ Hiph'il, ita ut Iehova se *facturum* esse, ut id fiat, significet, cap. 16: 3. Hic autem, quoniam verbum, quod *demetere* significat, proprie valet *verrere*, etiam additur: *quemadmodum verritur* (averritur, seu verrendo removetur) *stercus.* Videlicet *verrere* dictum est pro *demetere fructûs* et *fruges* propter similitudinem actionis, motûs et effectûs in *verrendo* ope scoparum et *metendo* ope falcis. Et *pecus* in linguis Semiticis בְּעִיר dictum esse non videtur a *depascendo:* nam verbum בער significare quidem potuit *demetere herbam falce*, non verò *depascere herbas* aut *depascere pratum carpendo*, uti solet pecus: certe pleraque pe-

coris genera non *verrendo demetunt* herbas, ut boves faciunt; et *generale* pecoris nomen fuisse בְּעִיר, lingua Hebraea demonstrat, etsi in ceteris linguis Semiticis speciatim de *iumentis* onerariis aut iugum portantibus usurpatum est. Pecus in vitâ nomadicâ hoc generali nomine dictum esse puto, quod, quoquo pastum ducitur, terram, dum procedit, ita omni herbâ et gramine nudat, ut *solum verrere* videatur. Atque etiam ab hac propriâ *verrendi* significatione, quâ de stercore averrendo usurpari vidimus, in sermone Arabico *stercus* بَعْر dictum esse videtur. Et hinc lucem accipit usus verbi Ies. 4 : 4, ubi legimus: *quum abluerit Dominus sordes Sioniarum, et sanguinem Hierosolymorum removerit ex eorum medio, spiritu iustitiae* וּבְרוּחַ בָּעֵר, id est *et spiritu verrendi*. Nam ita vertendum esse, quum hic de *sordibus* sermo sit, usus verbi 1 Reg. 14: 10 clarissime demonstrat. Eadem autem propria notio est in loquutionibus: בִּעֵר מִן־הָאָרֶץ *removere*, *tollere* (proprie *averrere*) *e terrâ*, 1 Reg. 22 : 47 alibique; וּבִעַרְתָּ · הָרָע מִקִּרְבֶּךָ *et removebis* (*averres*) *malum e medio tuo*, vel מִיִּשְׂרָאֵל *e populo Israëlitico*, quae frequens est in Deuteronomio, et בִּעַרְתִּי הַקֹּדֶשׁ מִן־הַבַּיִת *averri sacra e domo* (linguâ vernaculâ, *ik heb mijn huis van het heilige gezuiverd*), — — וְלֹא־בִעַרְתִּי מִמֶּנּוּ בְּטָמֵא *et non averri de eo inter immunda* (seu *unâ cum immundis*), Deut. 26 : 13 et 14. — Postremò ab hac propriâ *verrendi* et hinc *metendi* notione derivandus quoque est usus verbi de *igne flammante et ardente*, ac deinde de omnibus rebus ardentibus: translatus enim est ea propria notio ad designandum motum flammae huc illuc sese moventis, ut quasi verrere seu metere videatur; atque etiamnum aperta haec propria significatio esse videtur, ubi verbum cum praepositione ב construitur

struitur, veluti Iob. 1 : 16 : *ignis Dei decidit de coelo*, וַתִּבְעַר בַּצֹּאן וּבַנְּעָרִים וַתֹּאכְלֵם *et verrit* (seu *messuit*) *inter pecudes et inter pueros, et consumsit eos.*

Haec paullo copiosiùs de hoc verbo explicare debui, quia veram eius vim et significationem nondum satis enucleatam esse videbam. Iam ad nostrum revertamur locum, in quo *metendi* notionem obtinere nunc dubium esse nequit. De *populo terrae*, de civibus, id est de incolis *indigenis*, *qui in terrâ nascuntur*, tanquam de *progenie* seu *fructibus terrae* (פְּרִי הָאָרֶץ, cap. 4: 2) hîc loquitur propheta, dicitque: *Quodsi adhuc in eâ* (in terrâ) *supererit decima pars*, *iterum metenda erit* (terra). Tum, ut progeniem terrae tamen non penitus exstirpatum iri significet, aliam consimilem sed aptiorem imaginem cum illâ commutans subiungit: *ad instar terebinthi et quercûs*, *quibus*, *quando caeduntur*, *manet stirps*, *soboles sancta stirps eius* (id est terrae, civitatis) *manet.*

Ad cap. VII: 6: *Invadamus Iudaeam* וּנְקִיצֶנָּה וְנַבְקִעֶנָּה אֵלֵינוּ *et horrore eam perfundamus*, *et expugnatam expilemus nobis.* Haec est vera et propria notio verbi קוּץ, ut significet *horrorem*, *quo perfunduntur artûs*, sive *ex pavore*, qui *incutitur*, uti hîc, sive ex *nauseâ*, quâ aliquis id, quod ferre nequit, *horrescit.* Verbum בָּקַע significat *findendo* vel *rumpendo* aliquid *aperire.* Sic usurpatur de *expugnatione* urbis obsessae, cuius tandem *perrumpantur* munimenta. Atqui animadvertendum est, verbum plerumque hanc adiunctam habere notionem, ut significet findendo et rumpendo aliquid *ita* aperire, *ut aliquid prorumpat, effluat vel promanet.* Itaque etiam, quando de expugnatione urbis

obsessae perruptis munimentis usurpatur, simul denotatur, ex urbe iam apertâ *provenire* victori, quod intus seclusum servatur, opes, praedam, rapinam. Hinc intelligitur constructio verbi cum praepositione אֶל in hoc loco et 2 Chron. 32: 1, ubi legimus: *et venit in Iudaeam, et obsidione cinxit urbes munitas*, וַיֹּאמֶר לְבִקְעָם אֵלָיו *et statuit eas expugnatas expilare sibi*. Nam hoc modo adiunctam eam notionem Latine rectissime reddi puto. Animadverti debet, verbum non cum praepositione לְ, sed cum אֶל construi in utroque loco, adeo ut non simpliciter denotetur, quod *Dativus commodi*, quem dicunt, significet; sed plena verbi sic constructi notio haec est: *perrumpendo aperire* urbem munitam, ut opes inclusae *ad* victorem ex eâ promanent. Eadem autem adiuncta verbo notio comprobari videtur ex connexione enuntiationum 2 Chron. 21: 17: *et invaserunt Iudaeam* וַיְבַקְעוּהָ וַיִּשְׁבּוּ *et expugnatam expilarunt, et pro rapinâ adduxerunt (omnes, quae inveniebantur, facultates regias)*. Ubi pariter, atque apud Iesaiam, videmus *terram* nuncupari, quum intelligantur *urbes* seu *arces munitae*. Nimirum, quando terram invadebat hostis, omnes incolae in *loca munita* (עָרִים) confugiebant: haec igitur *recludere* conabatur, ut eorum, quae inclusa essent, potiretur hostis. Hoc significat verbum בָּקַע. — Ceterùm, quum in his duobus Chronicorum locis forma verbi Kal usurpetur, mirum videatur, Masorethas hic apud Iesaiam in formâ Hiph'il pronuntiasse. Sed reputandum est, antiquos Iudaeos interpretes, ac proinde Masorethas quoque, qui vocalium notas adscripserunt, non eundem verbo hic tribuisse sensum. Apparet hoc e translatione Aquilae, qui *ἀποσχίσωμεν*, et Hieronymi, qui *avella-*

mus [a] reddidit; quibuscum consentit, quamquam liberiùs convertit, Chaldaïcae interpretationis auctor, tertius antiquae traditionis Iudaïcae testis. Itaque, si haec Masorethica verbi in hoc loco interpretatio non probanda esse videtur, quid est, quòd sequamur Masorethicam pronuntiationem; praesertim, quum verbum scriptum reperiamus sine י, per quam litteram longum *i*, quod formae Hiph'il proprium est, significari solet. Pronuntiandum igitur censeo in formâ Kal וְנִבְקָעֶנָּה. Fateor equidem, Ier. 39: 2 de expugnatione urbis formam verbi Hoph'al usurpatam esse, quae formae Hiph'il obiectiva forma est: sed animadverti debet, formam Kal obiectivâ formâ carere, et eius loco, praeter reflexivam formam Niph'al, quum Pu''al, tum Hoph'al, usurpari. — Hic fortasse, me nugas agere, dicent nonnulli, et, si quidem de sensu constet, exigui momenti esse, utrùm in Hiph'il, an in Kal, pronuntietur verbum. Neque hoc ego nego: attamen tales quoque minutias, quae videantur, non spernendas esse puto diligenti interpreti, ut recte iudicet Masorethicae pronuntiationis in singulis locis auctoritatem. Confidere quidem huic auctoritati, quàm iudicare eam, faciliùs est: quis autem probet fidem sine iudicio? Ut autem iudicetur Masorethica in singulis locis pronuntiatio, eius *causa investigari* debet, et *institui comparatio*.

Ad cap. VII: 8: וּבְעוֹד שִׁשִּׁים וְחָמֵשׁ שָׁנָה יֵחַת אֶפְרַיִם מֵעָם *et intra hos sexaginta quinque annos frangentur Ephraëmitae, adeo ut desinant esse populus.* — Spuria esse haec verba, et

[a] Sic enim collatâ translatione Latinâ vulgatâ rescribendum est pro *evellamus*, quod in operibus Hieronymi legitur.

e margine libri, cui nescio quis ea adscripsisset, a scribâ librario tanquam omissa et inserenda huc, quamquam alieno loco, illata esse, tot et tanta, quae evincant, argumenta sunt, ut maior argumentorum, quibus verba quaepiam spuria esse probentur, esse nequeat vis et evidentia. Brevi in conspectu ea composuit Hitzig. Verùm, quod ab omni, qui mendnm verbis inesse dicat, iure quodam postulari posse videtur, ut etiam, unde natum sit mendum, probabiliter demonstret, id nemini usque hodie satis feliciter successisse video. Non lubet morari in coniecturis, quae usque hodie excogitatae sunt, refutandis: nam ei, qui non ipse, quàm dissimiles veri sint, sentiat, frustra hoc multis verbis demonstratum iri arbitror. Breviter tantùm dicam, quid mihi videatur, et hoc, quàm probabile sit, iudicent alii, quibus in his rebus iudicium est. — Quaeritur autem primò, cur intra *sexaginta quinque* annos populum Ephraëmiticum extinctum iri scripserit huius annotamenti auctor, siquidem intra spatium multò brevius, anno a tempore, quo hoc vaticinium Iesaïa protulit, fere vigesimo primo, regnum Ephraëmiticum deletum esse, claris verbis in historiis esset scriptum: tum etiam, cur omnino aliquis tale annotamentum margini hic adscripserit. — Ad primum quod attinet, auctorem annotamenti aunos computasse censeo ab eo anno, quo, ut initio capitis antecedentis ipse annotavit, ad propheticum munus Iesaia divinitus inauguratus est, ab *anno, quo mortuus est rex Uzzia*. Sed animadverti debet, Iudaeos ab omni memoriâ hoc ita interpretatos esse, ut hoc intelligendum esse perhiberent de anno, quo *leprâ affectus*, atque adeo *civiliter mortuus* est rex Uzzia. Ita iam interpretatus est auctor translationis Chaldaïcae; ita quoque inter-

pretatus est istius annotamenti auctor. Quum autem, quo regni sui anno Uzzia leprâ affectus sit, in annalibus non esset traditum, hic statuisse videtur, medio eius regno id accidisse: a quo tempore usque ad sextum Hizkiae annum, quo Ephraëmitarum regnum extinctum est, anni numerantur 64. Nam, siquidem 52 annos Uzzia regnavit, dimidio huius numeri, sive 26 annis, si adduntur 16, quos Iotham, itemque 16, quos Achaz regnavit, denique 6 primi Hizkiae, ille 64 annorum conficitur numerus. Quum verò initio capitis 6ti legatur, *eo anno*, *quo mortuus* (id est, ut interpretabatur, *leprosus factus*) *esset Uzzia*, ad munus propheticum inauguratum esse Iesaiam, etiam hunc annum ad 26, quos Uzziam leprosum fuisse statuebat, addere et cum ceteris 64 computare debebat annotamenti auctor, et propterea scripsit: *et intra hos sexaginta quinque annos frangentur Ephraëmitae, adeo ut desinant esse populus.* — Ne quis autem existimet, ideo non veri simile esse, ab illo inde tempore annos computasse annotamenti auctorem, quòd ex initio huius capitis 7mi manifestum sit, non initio prophetici sui muneris, sed regnante Achazo, hoc vaticinium a Iesaiâ fuisse editum. Non solebant enim veteres Iudaei in suis vaticiniorum interpretationibus temporum, quibus singula prolata essent, ullam rationem habere. Exemplum esse potest ipsorum horum verborum, postquam propheticae orationi ex margine illata essent, interpretatio Iudaïca. Videlicet iam inde ab aetate Hieronymi Iudaei haec verba ita interpretati sunt, ut annos computandos esse, dicerent ab exordio prophetiae Amosi, qui primus interitum civitatis Ephraëmiticae praedixerit. Amosum autem incepisse vaticinari, ut in inscriptione libri est, duobus annis ante terrae

motum, quem accidisse volunt eo ipso tempore, quo Uzzia templnm ingressus est sacerdotale munus sibi vindicans et propterea divinitus leprae plagâ percussus est, terrâ ob tantum scilicet flagitium commotâ. Iam statuunt hi Iudaei interpretes, Uzziam leprâ affectum esse anno regni sui 27mo: a 25to autem, quo secundum eorum computationem Amosus vaticinari coepit, usque ad 6^{tum} Hizkiae numerantur anni 65. Videmus in hac interpretatione neque temporis, quo Iesaias hoc vaticinium protulerit (licet diserte scriptum sit: בעוד *in adhuc*—, id est, dum *adhuc* 65 anni sunt), neque etiam temporis, quo Amosus interitum civitatis Ephraëmiticae vaticinatus sit, ullam rationem haberi, sed annos numerari ab *initio* prophetiae *Amosi*. Nisi maiore, certe eodem iure annotamenti auctor annos computasse videtur ab *initio* prophetiae *Iesaiae*. Nam etiam hunc ab exordio *Amosi* prophetiae numerasse annos, hoc vetat statuere, quòd manifestum est, seriores Iudaeos id ideo tantùm fecisse, ut aliquam eorum 65 annorum redderent rationem. Ob eandem causam, ut is exiret annorum numerus, illum terrae motum accidisse, quum Uzzia templum ingressus esset, et hoc eum fecisse anno regni sui 27mo, iidem finxisse videntur. Igitur hanc quoque de anno, quo Uzzia leprâ affectus sit, opinionem ipsi annotamenti auctori tribuere non licet: hanc enim recentius Iudaeorum interpretum commentum ese apparet. Habemus tamen in hac Iudaïcâ illos 65 annos computandi ratione Iudaïci ingenii et interpretationis luculentum, et, quum ab Hieronymo iam commemoratum sit, satis antiquum exemplum, ex quo induci potest, haud veri dissimile et ab ingenio iudicioque veterum Iudaeorum alienum esse, si statuamus, eâ, quam me coniicere dixi, ratione illos 65 annos numerasse eum,

qui margini istud annotamentum adscripserit. — Aliud consimile atque etiam antiquum exemplum, quod antiquos Iudaeos in interpretandis vaticiniis nullam temporum, quo singula prolata essent, rationem habuisse demonstret, sumi potest ex interpretatione Chaldaicâ cap. 8: 2, ubi verba וְאָעִידָה לִּי עֵדִים נֶאֱמָנִים אֵת אוּרִיָּה הַכֹּהֵן וְאֶת־זְכַרְיָהוּ בֶּן־יְבֶרֶכְיָהוּ in hunc sensum exposita leguntur: *et testari fac coram me testes fideles, ut maledictiones, quas me adducturum esse praedixi in vaticinio Uriae sacerdotis, iam evenerunt, sic etiam omnes consolationes, quas me adducturum esse praedixi in vaticinio Zachariae, filii Berechiae, me iam adducturum esse.* Quasi verò in vaticinio Iesaiae, sub regno Achazi regis prolato, sermo esse posset de consolationibus *praedictis* in vaticinio Zachariae prophetae, qui post reditum ex Babylonico exilio vixit. Nam huius Zachariae Berechiae filii vaticinia spectasse interpretem, nullum dubium est.

Iam, si porro quaeratur, cur tandem hoc loco annotamentum istud margini nescio quis adscripserit, causam hanc esse puto, quòd in colo sequente aliquid ad perfectam sententiam deesse animadvertebat. Enimvero post haec verba: *Nam caput Syriae Damascus est, et caput Damasci Rezîn; et caput Ephraëmi Samaria est et caput Samariae filius Remaliae;* post haec igitur verba aliquid desideratur, et quidem id ipsum, quo causa seu ratio reddatur effati, quod colo 7mo antecedit: *Non existet, neque fiet* (id puta, quod adversùs Iudaïcum regnum consultaverant Syrorum et Ephraëmitarum reges). Hoc igitur, quod desiderabatur, ut quodammodo suppleret, isthaec verba nescio quis adscripsit margini. Quod tamen annotamentum deinde alieno loco, ut saepe huiusmodi annotamentis accidit, orationi pro-

phetae insertum est: nam ex auctoris mente inseri debuisset post verba: *et caput Samariae filius Remaliae.*

Ad cap. VII: 9. Ad antecedens colon iam monui, post verba, *et caput Samariae filius Remaliae*, aliquid desiderari ad perfectam sententiam, quâ, praemissâ particulâ כִּי *nam*, rationem redderet propheta eius, quod colo 7mo affirmaverat. Videlicet plura addere voluit Iesaia, sed priusquam sententiam absolvisset, tergum iam verterat aut discesserat rex, se nullam eorum, quae diceret propheta, rationem habere significans. Itaque sententiam, quam inchoaverat, imperfectam relinquit propheta, sed regi eiusque comitibus tergum vertentibus et discedentibus acclamat: אִם לֹא תַאֲמִינוּ כִּי לֹא תֵאָמֵנוּ *Quodsi non fiditis, non fida erit vestra sors.* Nam interruptam hic fuisse prophetae ad regem orationem, comprobant quoque verba, quae colo proximo sequuntur: *Porro autem Iehova loquutus est ad Achazum his verbis.* Ex hoc enim sequentis prophetae ad regem orationis introitu conficitur, ea, quae sequuntur, non continuò post praecedentia ad regem dixisse Iesaiam, sed hunc, quum prior oratio ita cum contemtu Iehovae et prophetae interrupta esset, post paullò denuo adiisse regem, eique tum dixisse ea, quae a colo 11mo ad finem capitis sequuntur.

Ad cap VII: 11: *Pete tibi signum a Iehovâ, deo tuo:* הַעְמֵק שְׁאָלָה אוֹ הַגְבֵּהַ לְמָעְלָה. Hic pro שְׁאָלָה, quod Masorethae ediderunt, pronuntiandum esse שְׁאֹלָה *in Orcum*, ut Aquila, Symmachus, Theodotio, Hieronymus, et cum his non pauci recentiores, pronuntiarunt, parallelismus membrorum certissimò demonstrat. Et quae a nonnullis huic pronuntia-

tioni, ut Masorethicam tuerentur, obiecta sunt, ea nihil valent. Quasi verò propheta regi non permittere potuisset petere, ut de Orco cieretur signum, sicuti permisit, ut de coelo peteret! Nam, potuisse de Orco non minùs, quàm de coelo signum peti, quis cum Rosenmüllero dubitet? aut cum Hitzig statuat, posse quidem de signis in coelo aut terrâ, non verò de signis ex *invisibili* Orco, esse sermonem? Nonne igitur petere potuit Achazus, ut ex Orco suscitaretur mortuus? Significat praeterea Hitzig, non ausum fuisse prophetam, ut de Orco signum peteret, regi concedere, quum hoc, quamvis hyperbolice dictum, proprio sensu accipi potuisset, atque adeo prophetae, et verò Dei, auctoritas in magnum venisset discrimen. Atqui enim, si aliud signum, velut de coelo, petiisset rex, nonne in eodem discrimine versata esset divina prophetae auctoritas? Ita certe iudicet, necesse est, ipse Hitzig, in annotatione ad hoc colon inter alia scribens: "Ohne es zu wissen, spielt Iesaia hier ein gefährliches Spiel, denn hätte Ahas die Proposition angenommen, so hätte Iehova vermuthlich seinen Diener im Stich gelassen, und dieser wäre an seinem Gott und an sich selber irre geworden." — Igitur ignoravit, cui se exponeret, propheta periculum: hoc autem si verum est, cur non ausus esset illâ, quam Hitzig dicit, uti hyperbolâ? Sic enim metuere non potuit, ne proprio sensu verba eius acciperentur atque adeo sua Deique auctoritas periculo exponeretur. — Sed nulla quoque in verbis prophetae hyperbole est. Proprio sensu ea accipi voluit, de legatione suâ divinâ certissime persuasus. Et recte ad hunc locum annotavit I. H. Walther: Eine wichtige Stelle für die Religion. Kein Betrüger konnte so reden.

Adhuc monendum est, vulgò quidem הַעֲמֵק et הַגְבֵּהַּ pro Imperativis haberi, — et sane duo Imperativi, ut hîc secundùm Masorethicam pronuntiationem et vulgarem interpretum opinionem הַעֲמֵק שְׁאָלָה, saepius secum invicem constructi reperiuntur (Hos. 9, 9 et Ier. 13: 18); — at Masorethas tamen הַעֲמֵק et הַגְבֵּהַּ non pro Imperativis, sed pro Verbis infinitis duxisse, ex eo conficitur, quòd הַגְבֵּהַּ cum Tseri, non verò הַגְבַּהּ cum Pathach scripserunt: nam in verbis, quae ultimam litteram gutturalem habent, modum imperandi, itemque iubendi, semper cum Pathach pronuntiant (vid. Grammatica Hebr. § 159, 3°). Etiam, quando שְׁאָלָה legimus, consuetudini linguae convenire videtur, ut illa duo verba in modo infinitivo pronuntientur. Conf. Gramm. Hebr. § 388.

Ad cap. VII: 14—18. Ad locum accedimus, qui tot et tam diversas passa est interpretationes, ut non sine ratione vexatissimus dicatur. Falleretur autem, qui inde colligeret, difficilem, certe ambiguam esse verborum intelligentiam. Haec et facilis et certa est, modò simplex sit et accurata interpretatio.

Igitur ipse Dominus vobis signum dabit. — *Signi* vocabulum hîc alio sensu accipere, atque eo, quo paullò antè in colo 11mo usurpavit propheta, vetat interpretationis simplicitas. Illic autem regi fidem ipsi neganti permittit, ut signum peteret, quod demonstraret, se verum Dei prophetam, verum divinae voluntatis interpretem esse. Signum igitur, e quo hoc appareret, hîc quoque dat regi recusanti petere, ut scilicet, quamvis nolit, se verum Iehovae prophetam esse experiatur. Praedicit aliquid, quod non ita diu pòst eventurum esset, temporis quoque spatium, intra quod eventurum esset, definiens, ut hoc temporis

spatio elapso evidentissimum, e quo divina ipsius legatio appareret, haberetur signum. — Hanc praedictionem primùm breviter, ut oraculum, enuntiat hoc et duobus sequentibus colis; deinde a colo 17to usque ad finem huius capitis partem oraculi, quae regi et familiae regiae populoque gravem divinitus infligendam calamitatem nuntiabat, interpretatur et explicat.

הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה וְיֹלֶדֶת בֵּן וְקָרָאת שְׁמוֹ עִמָּנוּאֵל. Haec verba, ut quàm accuratissime reddatur sensus et Latinae linguae consuetudinis in traslatione habeatur ratio, hoc modo converti debent: *Si qua puella pubes iam gravida fiat, ea pariens filium appellet nomen eius Immanuël (nobiscum Deus).* — הָרָה est Participium femininum verbi semiactivi הרה *gravidam fieri;* Participio autem *status* rei vel personae designatur; itaque הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה proprie significat: *Ecce* (id est *Animo tuo propone, Cogita tibi*) *puellam puberem in eo statu, ut gravida fiat.* Subiungitur itidem in Participio וְיֹלֶדֶת בֵּן; id est: Cogita eam *et in eo statu, ut pariat filium.* Additur denique: וְקָרָאת שְׁמוֹ עִמָּנוּאֵל. Perfectum cum Vau conversivo וְקָרָאת habet vim Imperfecti, atque adeo aliquid *fieri*, *accidere* vel *contingere*, sive *casum* designat, et quidem *casum* cum eo, quod antecedit, *coniunctum*; sensus igitur est, *in hoc statu,* (id est, *quum parit filium*) *contingit, ut appellet nomen eius Immanuël.* — Tum animadverti debet, nomen עַלְמָה *definitum* esse per articulum. *Certa quaedam et definita* puella pubes hic designari nequit: nulla enim auditorum vel lectorum animo obversatur puella pubes, quam propheta per articulum demonstrare potuerit. Nam, quod nonnulli interpretes prophetae uxorem vel puellam puberem forte adstantem designari statuunt, id merum *commentum* est, ex

iis, quae dicuntur, aut omnino ex adiunctis, haudquaquam *colligi* potest. Suam uxorem propheta si designare voluisset, הַנְּבִיאָה appellasset, ut cap. 8: 3, vel אִשְׁתּוֹ. Fortasse potuisset quoque הָאִשָּׁה dicere pro אִשְׁתּוֹ: nam vocabulum אִשָּׁה *feminam viro nuptam* significare solet. Sed vocabulum עַלְמָה nullam cum alio, neque cum prophetâ, neque cum iis, ad quos loquitur, *coniunctionem* designat. Est enim vocabulum, quo certa quaedam in feminâ *aetas* designatur, ut פָּרָה in bove et בִּכְרָה in camelo. Significat feminam eius aetatis, quâ ad partum idonea est. Igitur articulus hic non certam et definitam *personam* significat, sed, ut saepe, *genus* definit. Nomine enim appellativo singulari non tantum singularis res vel persona, sed etiam *genus* rerum personarumve significatur: quod fit, si ad numerum, utrùm una res vel persona, an plures sint, non attenditur, ita ut, quod dicatur, non necessariò de unâ tantùm valeat, sed etiam de duabus, tribus vel pluribus valere queat. Vid. Gr. Hebr. § 471. Articulus igitur in הָעַלְמָה id *genus* feminarum definit, quod in Hebraeo sermone עַלְמָה nuncupatur: de *puellâ puberi in genere* propheta loquitur, et hic sensus Latine rectissime exprimitur, si transfertur: "Si *qua* puella pubes." — Iam verò posset quoque converti: "Si qua puella pubes iam gravida *fit*, ea pariens filium *appellat* (sive *appellabit*) nomen eius Immanuël." Sed, quum *generatim* loquatur propheta, et veri dissimile sit, eum praedicere velle, omnes puellas puberes, quae eo tempore gravidae fierent, parientes filium, eum isthoc nomine appellaturas esse, ideo in Latinâ translatione verba modo subiunctivo efferenda sunt, ut sensus sit: "Si qua puella pubes iam gravida fiat, ea pariens filium *appellare poterit* nomen eius Immanuël."

Differentiam autem, quae sic in Latinâ translatione inter indicativum et subiunctivum modum est, Hebraea lingua non exprimit, et quod eo, quo modò usi sumus, sensu *posse* significat, verbum non habet. Casum, qui revera fit, non magis, quàm casum, qui fieri potest et tantummodo cogitatur, suo Imperfecto (vel Perfecto converso) enuntiat. Hebraea verba ita sonant, ut sensus tantummodo sit: *Finge tibi puellam aliquam puberem gravidam fieri: hac filium pariente contingit, ut appellet nomen eius Immanuël.* Sed facilè intelligitur, non de hac forte filium paritură puellâ puberi, nec de eius forte nascendo filio, voluisse vaticinari prophetam. Significare hoc modo voluit, quae post novem menses futura esset, civitatis conditionem: nunc quidem patriam videri in summo versari periculo, regibus Damasci et Samariae iunctis viribus regnum Iudaïcum hostiliter invadere et subvertere aggredientibus, sed intra novem menses hoc periculum remotum et rerum statum ita conversum iri, ut mater filium pariens appellare eum possit *Immanuël*, id est *Nobiscum Deus est, propitius nobis adest Deus.* Non rarò enim matres Israëliticae, quum ex aliis adiunctis et accidentiis, tum e prosperâ vel adversâ, quae patriae nuper accidisset, fortunâ, nomen imponebant recens nato infanti. Ipsum Iesaiam suo fere post novem menses nato filio, ut, quod praedixisset, revera eveniret, nomen istud Immanuël indidisse, perperam e cap. 8: 8 effecerunt nonnulli interpretes. Sed hac de re infrà videbimus.

Sequutus autem sum in his verbis interpretandis pronuntiationem Masorethicam in verbo וְקָרָאת, ita ut tertia persona feminina sit. Quum tamen haec persona in verbis, quorum tertia littera א est, rarissime hanc formam habeat,

et littera ת potiùs secundam personam significare videatur, profectò non sine ratione, num recte sic pronuntietur, dubitari potest. In secundâ personâ masculinâ וְקָרָאתָ Alexandrinus et, teste Hieronymo, omnes Graeci interpretes veteres pronuntiarunt. In nonnullis Alexandrinae translationis exemplaribus pro *καλέσεις* babetur *καλέσετε·* sed hoc perverso emendandi studio tribuendum est, ut verbum in numero conformaretur ad antecedens pronomen *ὑμῖν*. In aliis autem *καλέσεται* legitur: quod interpretamentum est, secundam personam singularem hìc infinite sive impersonaliter accipiendum esse monens. Pariter Syrus, *vocabitur* transferens, secundam personam interpretatus est. Et eodem sensu, id est impersonaliter, in Euangelio secundùm Matthaeum, ubi memoriter baec prophetae verba citantur, pro *καλέσεις* habetur *καλέσουσι·* quod etiam in nonnullis Graecae Alexandrinae translationis codicibus pro *καλέσεις*, ut scilicet ex Novo Testamento auctoritate Euangelistae emendaretur, substitutum est. Denique Hebraïca quoque, ut Rossius annotavit, exemplaria sunt, in quibus וְקָרָאתָ in secundâ personâ masculinâ scriptum est.[a] Et verò, sic pronuntiasse et pronuntiari voluisse prophetam, veri baud dissimile esse puto. Nam non ex eo tantùm hoc probabile est, quod cum ת scripsit, quomodo

[a] In paucis aliis scriptum est וְקָרָאתְ cum Schevale: quod factum esse statui potest, ut significaretur, ת absque vocali, id est absque Kamets, legendum esse. Attamen probabilius esse videtur, ita scriptum esse, quòd baberetur pro secundâ personâ singulari femininâ, quasi hìc derepente puellam alloqueretur propheta. Fuerunt enim, qui hoc modo interpretarentur; et secunda persona feminina ita nonnunquam cum Schevale sub ת, licet vocalis antecedat, scripta offenditur, veluti וּבָאתְ 2 Sam. 14: 3.

semper secunda, rarissime tertia feminina, persona scribitur; sed aptissimus quoque secundae personae singulari masculinae hic locus est. Haec enim persona, ut in aliis linguis, sic in Hebraeâ quoque nonnunquam, pro *quâlibet indefinitâ* usurpatur; et fieri hoc solet in sententiis, in quibus non agitur de certis ac definitis personis, sed aliquid in genere et *universe* dicitur. Conferantur exempla, quae allata sunt in Gramm. Hebr. § 402. — Iam, si ita in secundâ personâ legitur, etiam magis apparet, prophetam hic non praedicere, puerum forte post novem dehinc menses nascendum reverâ Immanuël appellatum iri, sed tantummodo eum isthoc nomine tunc appellari posse; et Latine vertendum esse: *Si qua puella pubes iam gravida fiat, eâ pariente filium appelles* (id est *appellare poteris*) *nomen eius Immanuël.*

Addit propheta colo 15to: חֶמְאָה וּדְבַשׁ יֹאכֵל לְדַעְתּוֹ מָאוֹס בָּרָע וּבָחוֹר בַּטּוֹב *Lacte spisso et melle vescetur, ubi eo* (ad eam aetatem) *pervenerit, ut sciat reprobare malum et eligere bonum.* — Quid significet *lacte spisso et melle vesci*, ipse propheta in sequentibus, colo 22do, explicuit. Significat vitam in terrâ bello vastatâ et desolatâ, in quâ, quum arva nullas fruges ferant iaceantque inculta, de iis, quae natura sponte suâ profert, vivendum est, pauci autem, qui reliqui manserunt, incolae, quum terra gregibus pascendis late pateat, abunde lactis habent, abunde quoque mellis. Quia autem ita oraculum suum figurat propheta, ut, quo significet, quae civitatis sors futura sit, pueri forte post novem menses nascendi praedicat sortem; ideo dicit: *Lacte spisso et melle* VESCETUR (iste puer). Hoc animadverti debet, ne quis cum Henslero aut יֹאכֵל impersonaliter dictum, aut יֵאָכֵל pronuntiandum esse opinetur. — Praepositionem לְ

in לְדַעְתּוֹ rectissime interpretatus est interpres Anglus nomine Iubb, cuius verba allegavit Lowth: "*at* his knowing, that is, *when* be knows." Itaque לְדַעְתּוֹ haudquaquam, ut nonnullos interpretes statuere video, idem ac בְּטֶרֶם יֵדַע in colo sequente designat. Illud significat *quando*, hoc verò *antequam* (seu *quando nondum*) reprobare malum et eligere bonum noverit puer. — Quam verò pueri aetatem his verbis propheta significaverit, haud difficile dictu est. Homo enim reprobat malum et eligit bonum *rationis* ope: ergo, quod Iesaia dixit, *ubi eò pervenerit, ut sciat reprobare malum et eligere bonum*, id nos diceremus, *ubi ad rationis usum pervenerit*. Potest autem homo *ratione* seu *iudicio* uti, quando uti potest *oratione* seu *sermone*: quare Graecâ et vernaculâ linguâ *ratio* et *oratio* iisdem vocabulis, λόγος et *rede*, appellantur. Itaque idem fere tempus significat propheta, quando, quod colo sequenti legimus, *antequam sciat puer reprobare malum et eligere bonum*, cap. 8: 4 cum his verbis commutat: *antequam sciat puer appellare patrem et matrem*. —Superest, ut paucis dicam de usu *Verbi infiniti* (sive *Infinitivi absoluti*) in מָאוֹס et בָּחוֹר, tum in hoc, tum in sequenti colo. Nam exspectamus hic *Infinitivum nominalem* (sive *constructum*), quum verba in Infinitivo tanquam obiecti nomina cum verbo יָדַע construantur. Neque admitti potest suspicio, perperam Masorethas cum Kamets pronuntiasse, quum debuissent cum Schevate: nam recte sic ab iis pronuntiatum esse, eo comprobatur, quòd vocalis Cholem per litteram ו significatur, per quam in Verbo quidem infinito, in quo longa est, non verò in Infinitivo nominali, ea scribi solet vocalis. Et alibi quoque ita Verbum infinitum *formae Kal* pro Infinitivo nominali usurpatum offendimus;

veluti Exod. 32: 6, 1 Sam. 1: 9 et Ies. 42: 24 in pausâ. Quum autem inter formas פָּקוֹד et פְּקֹד proprie non aliud discrimen sit, quàm quòd illa plenior et longior forma usurpatur, quando verbum in modo infinito cum gravitate et significantiâ enuntiatur, non miramur profectò, si eandem pleniorem formam *in pausâ* reperimus. Atqui *in oppositione*, qualis hic est inter verba מָאוֹס et בָּחוֹר, non minùs apte pleniori isti ac disertiori formae est locus. Propter singularem accentûs (*Mahphac* cum *Zarkâ*) naturam etiam Prov. 25: 27 initio enuntiationis אָכֹל a Masorethis scriptum est pro אֱכֹל.

Sequitur colo 16to: כִּי בְּטֶרֶם יֵדַע הַנַּעַר מָאוֹס בָּרָע וּבָחוֹר בַּטּוֹב תֵּעָזֵב הָאֲדָמָה אֲשֶׁר־אַתָּה קָץ מִפְּנֵי שְׁנֵי מְלָכֶיהָ *Verum enim verò, antequam sciat puer reprobare malum et eligere bonum, derelinquetur terra, ob cuius duos reges pavore perculeris.* — Ita si vertitur particula כִּי, facilis est verborum sententia: sic enim manifesta est eorum cum antecedentibus cohaerentia, quae tollitur, si, quemadmodum novissimos interpretes facere video, *nam* vel *enim* transfertur. Fatendum quidem est, eam particulam fere non *sed*, *verùm*, *atqui*, aut *quin* vel *imo* valere, nisi antecedat negativa enuntiatio aut negandi particula לֹא: sed falluntur, qui, si nulla antecedit negatio, eam sic transferre negent esse licitum. Enimvero כִּי *proprie* non magis *nam* vel *enim* significat; quam *sed* aut *verò*. Proprie *demonstrativa* particula est, idem valens ac vernacula *dat* et Germanica daß. Tum frequentissime quidem *causae* vel *rationi demonstrandae* inservit, proprie significans *hoc!* id est *hoc puta! hoc animadverte!* pro quo *videlicet*, *quippe*, *nam*, aut similis particula Latina transferendo reddenda est. Sed eodem proprio sensu praemittitur *sententiae* antecedenti *contrariae*, *antithesi demonstrandae* inserviens.

Atqui hoc non tantùm locum habet, ubi negativae enuntiationi opponitur affirmativa, adeo ut illud *hoc!* sive *hoc puta!* vel *hoc animadverte!* Latine transferatur *imo*, *quin*, *atqui*, *verùm* aut *sed*. Locum id quoque habet, et eodem iure, ubi affirmativae enuntiationi opponitur negativa; veluti Iud. 1:19: *Adfuit Iehova Iudaeis et expugnarunt montana;* כִּי לֹא לְהוֹרִישׁ *sed non adeo ut expugnarent incolas vallium.* Et pariter in aliis oppositionibus; ut in nostro loco, ubi antecedenti לְדַעְתּוֹ (*quando noverit*) opponitur בְּטֶרֶם יֵדַע (*antequam*, seu *quando nondum*, *noverit*). Similiter cap. 2: 6, ubi propheta, postquam dixisset בֵּית יַעֲקֹב לְכוּ וְנֵלְכָה בְּאוֹר יְהוָה *Gens Iacobi*, *agite*, *incedamus in luce Iehovae!* (id est *fruamur Iehovae gratiâ!*), ad Iehovam convertens orationem subiungit: כִּי נָטַשְׁתָּה עַמְּךָ בֵּית יַעֲקֹב *Verùm enim verò* (sive *Atqui verò*, *Ecce verò*) *missum fecisti* (gratiâ tuâ ut indignum privasti) *populum tuum*, *gentem Iacobi* *.

De singulis huius oraculi verbis et sententiis satis nobis dixisse videmur: ad universum autem eius sensum adhuc observari debet, Iesaiam hic nihil aliud praedicere, quàm quod iam antea, colo 4—9, regi praedixerat et minatus erat. Tantummodo tempus, quo, quod praedixerat, eventurum esset, accurate definit, ut, quum auscultare ei et fidem habere noluisset, etiam signum, quod, quàm verus propheta esset, demonstraret, non sine contemtu petere recusasset rex, ipse rerum praedictarum intra definitum temporis spatium eventus prophetae auctoritatem luculentissime comprobaret. Dixerat autem regi propheta, nihil ipsi a regi-

* Ex his corrigantur, quae de hac particulâ dixi in Grammaticâ Hebraeâ § 607 in annotatione.

bus Damasci et Samariae esse timendum, corum enim Iudaeam invadendi, expilandi et sibi subiiciendi propositum iis haud successurum esse. Hoc autem idem iam colo 14to additâ temporis definitione ita praedicit, ut e periculo, in quo nunc versari videretur, intra novem menses civitatem liberandam esse significet, puerum post novem dehinc menses nascendum Immanuël appellari posse affirmans. Tum regi eiusque de regiâ familiâ comitibus incredulitatis et impietatis poenam quoque minatus erat, iis tergum obvertentibus vel saltem se monitis et praedictionibus prophetae ausculare nolle significantibus acclamans: אִם לֹא תַאֲמִינוּ כִּי לֹא תֵאָמֵנוּ *Quodsi non fiditis, non fida erit vestra sors.* Hanc igitur poenae comminationem hîc quoque confirmat, addens colo 15to, eundem puerum, qui post novem menses in liberatâ civitate nascendus Immanuëlis nomine appellari posset, ubi ad usum rationis pervenerit, lacte spisso et melle vesciturum, id est in terrâ bello vastatâ victurum esse. Denique *fumantes titionum extremitates* nuncupaverat Damasci et Samariae reges, regna eorum ad finem pervenisse et brevi vires eorum penitus fractum iri significans; atque idem vel similis procul dubio sensus fuit sententiae, quam imperfectam propheta reliquerat: *Caput Syriae Damascus, et caput Damasci Resîn; et caput Ephraëmitarum Samaria, et caput Samariae filius Remaliae est;* . . . . . Ergo hanc quoque hîc repetit praedictionem, colo 16to subiungens, tamen iam priùs, quàm ad usum rationis pervenerit iste puer, regionem, cuius duo reges nunc tantum regi regiaeque familiae pavorem incuterent, id est regnum Damascenum et Ephraëmiticum, vastatum incolisque privatum iri.

Reliquum est, ut paucis ostendamus, quomodo tribus

praedictionibus, quae hoc Iesaiae oraculo continentur, respondit eventus. — Et primùm quidem, intra novem menses e praesenti, in quo versabatur, periculo liberatam fuisse civitatem, omni caret dubio: nam Resînem et Pekachum a proposito suo oppugnandi Hierosolyma coactos fuisse desistere, non tantùm initio huius capitis, sed etiam in altero annalium regum libro, cap. 16: 5, discrtis verbis traditum est. Non memoratur quidem, quid ab incepto perficiendo eos detinuerit; sed hoc, ut infrà videbimus, ex Ies. 9: 10 effici potest. — Tum etiam id eventu comprobatum esse constat, quod colo 16to Iesaia praedicit, antequam puer post novem menses nascendus ad usum rationis pervenerit, Damascenum et Ephraëmiticum regna incolis privatum iri. Nam regum annales (l. 2, cap. 16: 7–9 et cap. 15: 29) nos docent, Achazum, quum propositi Resînis et Pekachi certior factus esset, ac metueret, ne iunctis eorum viribus impar foret, legatos cum magnâ auri et argenti copiâ ad Tiglath Phileserum, regem Assyriae, misisse, qui ei hac mercede persuaderent, ut ipsi adversùs hostes istos auxilium ferret: venisse quoque Assyrium et victis Resîne et Pekacho cives, tum Damasci, tum maximae regni Ephraëmitici partis, abduxisse in exilium. — Sed tertium, quod praedicit propheta colo 15to, vastam et desertam fore Iudaeam, ubi puer post novem menses nascendus ad usum rationis pervenerit, idne pariter eventu comprobatum esse affirmare licet? Ex iis, quae colo 17-22 a propheta adduntur, apparet, eum hîc praedicere Iudaeae vastationem, cuius praecipua causa foret Assyriorum invasio. Non licet autem statuere, praedictionem Iesaiae eventu comprobatam esse, quum Iudaea ab Assyriis vastata fuit

anno 14to regni Hizkiae: Iesaia enim hic tempus multò propinquius indicat; et colo sequente ipsi Achazo, non verò eius successori, istam vaticinatur calamitatem. Verùm Assyriorum copias etiam multò citiùs, paucis post editum hoc vaticinium annis, ct regnante Achazo, invasisse Iudaeam, in Regum quidem annalibus non est memoriae proditum, sed, ut infrà ad cap. 8: 5 videbimus, confici potest ex cap. 8: 7 et 8, et disertis verbis, quamvis breviter, in Chronicis annotatum est, l. 2 cap. 28: 20. Legimus ibi: וַיָּבֹא עָלָיו תִּלְּגַת פִּלְנְאֶסֶר מֶלֶךְ אַשּׁוּר וַיָּצַר לוֹ וְלֹא חֲזָקוֹ *Et invasit eum* (Achazum) *Tilgath-Philneser* *, *rex Assyriae*, *et in angustiam eum redegit*, *sed non superavit eum.* Addit Chronicorum auctor, qui superiùs (colo 16) Achazum Assyriae regem contra reges Damasci et Samariae in auxilium vocasse dixerat: כִּי־חָלַק אָחָז אֶת־בֵּית יְהוָה וְאֶת־בֵּית הַמֶּלֶךְ וְהַשָּׂרִים וַיִּתֵּן לְמֶלֶךְ אַשּׁוּר וְלֹא לְעֶזְרָה לוֹ. Pro חָלַק legendum censeo חָלַץ, ut vertendum sit: *Videlicet spoliaverat quidem Achazus aedem Iehovae et regis principumque palatia*, *deditque regi Assyriae; sed non conducebat ei.* Significat auctor, magnas quidem opes Achazum Assyriae regi dedisse, ut sibi adversùs Damasci et Samariae reges auxiliaretur; sed nihil hoc ei conduxisse, quum nunc ipse Assyriae rex eum invaderet. In praecedentibus (colo 16 et seq.) relatum est, circa idem tempus Idumaeos quoque et Philistaeos Iudaeam hostiliter invasisse, ut dubitari nequeat, quin tunc, quod hic vaticinatur Iesaia, tota Iudaea vastata sit.

Colo 17mo incipit propheta explicare eam praecedentis

* Sic enim in Chronicis appellatur Assyriae rex, qui in Regum annalibus Tiglath-Phileser nuncupatur.

oraculi partem, quâ gravem regi civitatique praedixerat calamitatem, quamque his verbis enuntiaverat colo 15[to]: *Lacte spisso et melle vescetur, ubi eò pervenerit, ut sciat reprobare malum et eligere bonum.* Quum enim opus esset, figuratam illam loquutionem, *Lacte spisso et melle vesci*, interpretari, tum disertiùs et explicatiùs regi proponere voluit, quantum malum sibi suaeque familiae et civitati contracturus esset eo, quòd Iehovâ non confisus auxilium imploraverat regis Assyriorum, seu quod antea regi eiusque de regiâ familiâ comitibus, ipsi auscultare recusantibus, acclamaverat: *Quodsi non fiditis, non fida erit vestra sors.* — *Inferet*, inquit, *Iehova tibi et populo tuo tuaeque familiae tempestates, quales non exstiterunt inde ab eo tempore, quo secesserunt Ephraëmitae a Iudaeis.* Explicandi causâ, ut dixi, atque adeo *per appositionem*, haec praecedentibus addit: ideo non utitur coniunctione.

In colo 18° verba בִּקְצֵה יְאֹרֵי מִצְרָיִם vertenda sunt *ad universa Aegypti flumina.* Hoc sensu nomen קָצֶה in sermone Hebraeo usurpari, eum, qui ignorat, docere possunt lexica. — Quod autem hic praedicit Iesaia, non Assyrios tantùm, sed etiam Aegyptios, tum Iudaeam invasuros esse, id historia quidem non disertis verbis testatur eventu comprobatum esse; sed per se probabile est, Aegyptios, simulatque Assyriorum copias in Palaestinam venisse audirent, iis obviam tetendisse. Et fortasse hic Aegyptiorum adventus causa fuit, quae Assyriae regem a suo totam Palaestinam subigendi proposito desistere coegerit.

Ad cap. VII: 20. Verba בְּתַעַר הַשְּׂכִירָה vulgò ita interpretati sunt, ut proprie *novaculâ conductionis* sonare cense-

rent, hoc autem idem valére, ac *novaculâ conductâ.* Quia verò שְׂכִירָה hoc sensu nominis substantivi abstracti nusquam alibi legitur, sed שָׂכִיר, cuius id feminina forma est, nomen adiectivum vel substantivum concretum est, *conductum* vel *mercenarium* significans; et quia constructio cum sequenti בְּעֶבְרֵי. נָהָר, ut שְׂכִירָה pro nomine adiectivo ducatur, paene postulare videtur; ideo Hitzig verba ita constructa esse censet, ut in linguam Germanicam translata proprie sonent: *mit einem Scheermesser, dem gemietheten im Ienseits des Stromes.* Admittit sane hanc constructionem linguae Hebraïcae usus (vid. Gramm. Hebr. § 478 in annot.): sed etiam quaeri debet, num Masorethae quoque, qui בְּתַעַר sine articulo scripserunt, eodem modo verba constructa esse statuerint. At contrarium accentûs demonstrant, quibus הַשְּׂכִירָה a sequenti voce disiunctum, sed cum praecedenti arcte coniunctum est. Masorethae תַּעַר, ut nomen masculini generis, cum sequenti feminini generis nomine הַשְּׂכִירָה, ut substantivo abstracto, in statu constructo connectendum esse arbitrati sunt. Quodsi verò haec Masoretharum opinio non probanda esse videtur, quia nomen תַּעַר in sermone Hebraeo dubii generis fuisse et hîc ut femininum a Iesaiâ constructum esse, sequens verbum femininum תִּסְפֶּה demonstrat, שְׂכִירָה autem pro adiectivo habere, non una, ut dixi, suadet ratio; tum nihil quoque est, cur Masorethicam retineamus pronuntiationem. Tum בַּתַּעַר cum articulo pronuntiare vetat nihil, iubet simplicitas.

Ad cap. VIII: 1. In verbis, quae hîc Iehova prophetam magnae tabulae inscribere iubet, לְמַהֵר שָׁלָל חָשׁ בַּז, animadvertendum est primò, מַהֵר שָׁלָל, id est *properare spolia,*

idem valere ac ***propere spoliare;*** tum Infinitivum nominalem cum praepositione ל complementum esse Participii verbi substantivi, quod in linguâ Hebraeâ non exprimitur; denique reticeri quoque indefinitum subiectum (Vid. Gramm. Hebr. § 394, 558 et 559). Igitur vertendum est: ***Propere spoliandum est.*** Consimili sensu colo tertio verbum infinitum usurpatur, ubi ***Propere spoliare!*** idem valet ac ***Propere spolabitur*** (Vid. Gramm. Hebr. § 384). — חָשׁ בַּז, ***festinat praeda***, idem valet ac ***citò venit praeda*** (coll. Deut. 32: 35). — In linguam vernaculam verba sic convertenda sunt: ***Spoedig is er te rooven: haast komt er buit.***

Ad cap. VIII: 2. וְאָעִידָה, prout a Masorethis, ו cum Schevate scribentibus, pronuntiatum est, nihil aliud significare potest, quàm *testari faciam* (seu *facere volo*); atque ita recentiores quoque Iudaei interpretati sunt. Sic autem Masorethae pronuntiarunt, quia Iehovae ad prophetam verba hoc colo continuari opinabantur, exemplum sequuti interpretum Graeci Alexandrini et Chaldaïci, qui tamen, quum prophetam alloquatur Iehova et colo praecedenti Imperativi antecedant, modo volendi Imperativum substituerunt, vertentes ***testari fac;*** nisi forte hi אָעִידָה pro הָעִידָה hic scriptum esse putaverint. Horum interpretum exemplum sequutus quoque est Syrus. Quum tamen modus volendi hic, ubi Iehova prophetam alloquitur eumque aliquid facere iubet, non conveniat, atque Imperativi in colo praecedenti antecedant, ideo Hitzig א in אָעִידָה pro ה, vel ab ipso prophetâ, quemadmodum nonnunquam alibi in formâ Hiph'îl factum offenditur, vel potiùs mendose a scribis librariis ex errore auditûs, hic scriptum esse autumat. At enim Aramaeam illam formae

Hiph'îl pronuntiationem cum א pro ה, ceterùm in scriptis Hebraïcis perquam raram, in Iesaiae scriptis prorsùs non licet admittere; et mendum a scribis librariis commissum esse, statuere non licet sine ratione sufficiente. Masorethae certe אָעִידָה non Imperativum, sed primam personam modi subiunctivi esse putarunt; alioquin enim, sicut Ier. 25: 3, א hîc pro ה scriptum essc monuissent hoc annotamento: א' במקום ה'. Atqui verò perperam ac sine ratione statuerunt Masorethae, Iehovae verba hoc colo continuari; et propterea perperam וְאָעִידָה scripserunt, ו cum Schevate pronuntiantes. Pronuntiandum est וָאָעִידָה quemadmodum iam Hieronymus extulit, transferens: *Et adhibui mihi testes fideles.* Verba prophetae sunt. Et, si cui hoc modo haec sententia cum antecedenti non satis apte cohaerere videatur, is animadvertat, antecedentium verborum, *Dixit autem Iehova mihi: Sume tibi tabulam magnam, et inscribe ei* etc., hanc in stylo prophetico esse sententiam: *Iussu autem Iehovae sumsi mihi tabulam magnam, et inscripsi ei* etc. In iis enim, quae iussu sive instinctu divino agebant Hebraeorum prophetae, iussum divinum et propria prophetae actio in conscientiâ prophetae non discreta erant diversis temporis momentis, adeo ut primùm Deus prophetam aliquid agere iuberet, deinde ageret propheta: et, quando suam conscientiam, se aliquid divino iussu egisse, verbis enuntiabant, plerumque quidem, at non semper tamen, iussum divinum et propriam actionem discernebant. Ideo Iesaia hîc scribens, *Dixit mihi Iehova, Sume tibi, et scribe*, his verbis ex propriâ conscientiâ iam hunc subiicit sensum: *Iussu divino sumsi mihi et scripsi;* atque adeo pergit in primâ personâ: *Et adhibui mihi testes.*

Ad cap. VIII: 4: *Nam antequam sciat puer vocare, Pater mi et Mater mea*, יִשָּׂא אֶת־חֵיל דַּמֶּשֶׂק וְאֵת שְׁלַל שֹׁמְרוֹן לִפְנֵי מֶלֶךְ אַשּׁוּר. Quod vulgò vertunt in hunc modum: *portabuntur opes Damasci spoliaque Samariae prae rege Assyriae.* Verbum יִשָּׂא, licet tertia persona singularis verbi activi sit, hic, ut alibi, impersonaliter accipiendum esse monent: et verò alium sensum hic non videtur admittere. Atqui enim, si animadvertimus, Hebraeos tertiam quidem personam singularem impersonaliter usurpare, si una tantùm animo obversatur persona, hic autem una persona, quae opes Damasci spoliaque Samariae portaturus esset, prophetae animo vix potuerit obversari, profectò non omni isthaec interpretatio vacat difficultate. Statui quidem potest, quod in Grammaticâ Hebraeâ § 398 statui, etiam singularem numerum impersonaliter usurpari potuisse, si quis plures personas unâ generali notione complecteretur, atque hoc loco prophetae animo obversatum fuisse servorum, vel etiam camelorum aut mulorum, unum agmen. Verùm enim verò ad hanc numeri singularis interpretationem non facilè confugiendum esse, non opus est, ut moneam; et in hoc loco utique mirum est, prophetam non plurali potiùs numero aut formâ verbi passivâ usum esse, quum, si singulariter et activâ formâ verbum efferatur, non indefinitum esse videatur subiectum, sed de *puero* sermonem esse, omnes, qui primùm audiant legantve, existimare necesse sit. Praeterea animadverti debet, quod ea in Grammaticâ scribens nondum animadverteram, quum in Graecâ Alexandrinâ et Syriacâ, tum in Chaldaïcâ translatione, verbum ita conversum esse, ut non impersonalis loquutio, sed puer subiectum sit: nam in Latinâ, quae in Bibliis polyglottis legitur, Chaldaïcae inter-

pretationis translatione habetur quidem *capientur substantiae Damasci*, sed in Chaldaeo est: יִשְׁבֵּי יַת נִכְסֵי דַמֶּשֶׂק, id est *rapiet opes Damasci.* Exinde autem probabile est, Masorethas quoque non impersonaliter accepisse verbum יִשָּׂא, sed puerum subiectum esse putasse: ac, si ne Masorethae quidem, ut יִשָּׂא hic impersonaliter accipiamus, voluisse censendi sunt, multò minùs Iesaiam id voluisse censeo. Ne quis tamen exspectet, me igitur cum veteribus istis interpretibus Masorethisque verba ita interpretari velle, ut sensus sit, *puerum*, antequam patrem et matrem appellare noverit, opes Damasci spoliaque Samariae coram rege Assyriae asportaturum esse. Imo verò, ineptâ hac Masoretharum interpretatione improbatâ, etiam eorum verbi ישא pronuntiationem improbandam esse existimo. Nimirum, prophetam non יִשָּׂא formâ activâ Kal, sed passivâ formâ Hoph'al יֻשָּׂא pronuntiasse censeo. Activa forma Hiph'il significat *portare facere* (Lev. 22: 16); tum speciatim aliquid *portare facere* iumentum, vehiculum, navem, vel servum, ut idem valeat ac vernaculum *vervoeren*, *aanvoeren* aut *wegvoeren.* Sic legimus 2 Sam. 17, 13: וְהִשִּׂיאוּ כָל־יִשְׂרָאֵל אֶל־הָעִיר הַהִיא חֲבָלִים *portabunt* (proprie *portare facient*, servos puta vel iumenta) *omnes Israëlitae ad eam urbem funes*; vernaculo sermone: *zal geheel Israël naar die stad touwen aanvoeren.* Pariter hic יֻשָּׂא, formâ passivâ in tertiâ pers. sing. masculinâ impersonaliter usurpatâ (cf. Gramm. Hebr. § 399), significat: *asportabitur*, id est *asportabunt* (proprie *portare* vel *auferre facient*, iumenta puta), *opes Damasci spoliaque Samariae prae rege Assyriae*; vernaculo sermone: *zal men de schatten van Damascus en den buit van Samarië voor den Koning van Assyrië uit wegvoeren.* Passivam autem, id est

obiectivam verborum formam, si impersonaliter usurpatur, saepe cum obiectivo complemento, atque adeo ope particulae אֶת, in sermone Hebraïco construi, demonstratum est in Grammaticâ Hebraeâ § 423.

Eodem verò modo, atque in hoc loco, etiam cap. 14: 30 corrigenda est Masoretharum pronuntiatio, et pro יַהֲרֹג, ut impersonalis loquutio sit, legendum est יֵהָרֵג; quocum quod construitur nomen femininum שְׁאֵרִיתֵךְ, non pro subiecto, sed pro obiectivo complemento ducendum est. Conferatur Grammaticae Hebraeae § 593 in annotatione.

Ad cap. VIII: 5: וַיֹּסֶף יְהוָה דַּבֵּר אֵלַי עוֹד לֵאמֹר *Deinde Iehova ad me loquutus est denuo in haec verba.* Hunc enim horum verborum sensum esse, nemo linguae Hebraeae aliquantum peritus ignorat. Sic autem ex his verbis conficitur, novum hîc ordiri vaticinium a praecedente diversum eique tempore posterius. Et quum continuetur hoc vaticinium usque ad sextum sequentis capitis colon, ex ultimo huius capitis colo intelligimus, Iesaiam id protulisse, postquam orientales et septentrionales regni Ephraëmitici regiones iam depopulati essent Assyrii, incolis captis et in servitutem redactis. Suprà autem (pag. 140) iam monui, ex ipso hoc vaticinio apparere, et iis, quae 2 Chron. 28: 20 et 21 legimus, comprobari, regem Assyriae, postquam Damascenum et Samaritanum regnum sibi subiecisset, Iudaeam quoque invadere aggressum esse, et verò etiam invasisse, licet ipse Achazus, ut sibi contra reges Damasci et Samariae opem ferret, regem Assyriae advocasset. Evenit enim, quod iam initio Achazo Iesaia praedixerat, Iehovam ipsâ eâ novaculâ, quam in regionibus transfluvialibus

Achazus conduxerat, caput et pilos pedum, et verò etiam barbam, detonsurum esse (cap. 7: 20). Adventante igitur Iudaeam invasuro Assyriorum exercitu hoc vaticinium a Iesaiâ prolatum est, quod nunc per singulas strophas, quantum post ceterorum interpretum commentarios opus esse videbitur, illustrare conabor.

Ad cap. VIII: 6—8. Quod praedixerat propheta, nihil metuendum esse a regibus Damasci et Samariae, Iehovam enim eorum conatum irritum redditurum esse, id iam eventu comprobatum erat. Quia verò auxilio Iehovae, quod sposponderat iis propheta, noluerant Iudaei confidere, sed Assyrios contra Resînem Pekachumque in auxilium vocassent, nunc hoc iis in poenam cessurum esse dicit, quum nunc non horum quidem, sed ingentes Assyriorum copiae patriam invasurae essent. יַעַן כִּי מָאַס הָעָם הַזֶּה אֵת מֵי הַשִּׁלֹחַ הַהֹלְכִים לְאַט וּמְשׂוֹשׂ אֶת־רְצִין וּבֶן־רְמַלְיָהוּ׃ וְלָכֵן וגו׳ *Propterea quòd contemsit hic populus aquas Siloae leniter manantes, tabescens pavore Resînis filiique Remaliae; ideo* — et quae sequuntur. Neque *regia familia Davidica* (in quo humano auxilio populum fiduciam collocare profectò non voluit propheta), neque etiam *Iehova*, sed *Iehovae auxilium*, aquis fontis Siloae leniter fluentibus hic assimilatur. Aqua *subsidium* vitae est (conf. מִשְׁעַן־מַיִם cap. 3: 1); fontem autem aquarum *leniter*, id est sine strepitu impetuque, manantium hic dicit propheta invisibile, quod sensibus non percipitur, auxilium divinum. In tali auxilio fiduciam collocare noluerat populus: voluerat quod sensibus percipere posset, quale erat vis et strepitus armorum Assyriorum. — Verbum משׂושׂ egregie explicuit Hitzig, monens pro מסוס esse scriptum a

verbo מָסֹס. Quod autem tacite probat Masoretharum pronuntiationem מְשׂוֹשׂ, statuens Infinitivum nominalem esse, qui hic a Iesaiâ per coniunctionem ו cum antecedenti enuntiatione כִּי מָאַס וגו' copulatus sit, ut aeque, atque haec enuntiatio, cum praepositione יַעַן construeretur; id mihi quidem non videtuprobandum esse. Masorethae, ut docet collatio veterum translationum et in his Chaldaïcae, משוש nomen esse arbitrati sunt, *gaudium* significans, quod hic ut verbum cum praepositione אֶת constructum verbi, et quidem Infinitivi nominalis, vice esset. Propterea in statu constructo מְשׂוֹשׂ pronuntiarunt. Atqui, si improbamus eorum opinionem, משוש nomen esse, quod *gaudium* significet, etiam isthaec eorum vocis pronuntiatio improbanda est. Nam talis Infinitivi nominalis cum enuntiatione copulatio in complexo praepositionis complemento, quantum novi, sine exemplo est. Verbo finito aliud verbum per copulandi particulam subnectentes, aut hoc quoque in modo finito Hebraei enuntiant, aut, si verbum in infinito enuntiare placet, quod non sine gravitate et significantiâ fit, Verbo infinito (Infinitivo absoluto) utuntur. Conf. Gramm. Hebr. § 385. Et ipsum quoque prophetam non in Infinitivo nominali, sed in Verbo infinito pronuntiasse, etiamnunc hoc indicio esse potest, quod scriptum est cum ו. Conferantur quae suprà diximus ad cap. 7: 15. Pronuntiandum igitur est וּמָשׂוֹשׂ.

In colo 7mo, — וְלָכֵן הִנֵּה אֲדֹנָי מַעֲלֶה עֲלֵיהֶם אֶת־מֵי הַנָּהָר הָעֲצוּמִים וְהָרַבִּים אֶת־מֶלֶךְ אַשּׁוּר וְאֶת־כָּל־כְּבוֹדוֹ וְעָלָה עַל־כָּל־אֲפִיקָיו וְהָלַךְ עַל־כָּל־גְּדוֹתָיו *ideo ecce Dominus inducturus est iis aquas Fluvii (Euphratis) validas et copiosas, regem Assyriae et omnem splendorem eius: et scandet super omnes alveos suos, et meabit*

super omnes ripas suas —, verba אֶת־מֶלֶךְ אַשּׁוּר וְאֶת־כָּל־כְּבוֹדוֹ interpretamentum esse, e margine, cui primùm adscriptum fuisset, prophetae verbis illatum, nunc vulgò interpretes statuere video. Quod mihi tamen haud probabile esse videtur. Nam, cur ipse propheta ea verba hîc non addiderit, nulla ratio est. Nimis prosaïca quidem dicunt: sed enim כָּל־כְּבוֹדוֹ, id est *omnis splendor* vel *majestas eius*, poëtice dictum est pro כָּל־חֵילוֹ, id est *omnis exercitus eius*, ut significetur gravis et splendide instructus exercitus, e quo magna regis potentia et ingentes eius opes elucescunt. Tum *rex Assyriae et omnis splendor eius* in parallelismo apte respondent *Resîni filioque Remaliae* in colo antecedenti. Et quod Olshausen arbitratur (*Emendationen zum A. T.*, pag. 13), etiam spuria esse coli antecedentis verba וּמְשׂוֹשׂ אֶת־רְצִין וּבֶן־רְמַלְיָהוּ, in eo neminem secum consentientem habebit, qui animadverterit ad usum verbi משוש haud vulgarem, eius constructionem cum particulâ אֵת, eiusque pronuntiationem in Verbo infinito.

Colon 8^{vum} sic legunt Masorethae: וְחָלַף בִּיהוּדָה שָׁטַף וְעָבַר עַד־צַוָּאר יַגִּיעַ וְהָיָה מֻטּוֹת כְּנָפָיו מְלֹא רֹחַב־אַרְצְךָ עִמָּנוּ אֵל. Atqui primò, duas ultimas voces, עִמָּנוּ אֵל, hîc non, uti cap. 7: 14, nomen proprium, sed, uti mox in fine coli 10^{mi}, reverâ duas voces esse, non cum hoc, sed cum sequenti colo, iungendas, iam vidit antiquissimus interpres Graecus Alexandrinus, et recte iudicarunt recentiorum nonnulli, qui nimiâ non tenebantur Masoretharum veneratione. Et recte sic iudicari, primùm ipsa scriptura comprobat, quum hîc non, ut nomen proprium cap. 7: 14, unâ voce עמנואל, sed, ut mox colo 10mo, duabus עמנו אל scribatur. Ipsa igitur haec separata vocum scriptura, quam tamen religiose servarunt,

Masorethas, hic non nomen proprium designari, docere potuisset; nos saltem docere debet. Tum, prophetam esse, quem in hac strophâ (a colo 6—8) alloquatur Iehova, e colo 5to apparet. Et posset quidem statui, hic per apostrophen ad alium converti orationem: sed, quaeso, ad quem? Vixisse enim personam, cui Immanuël nomen erat, neque ex antecedentibus, neque ullo modo, probabile est. In praecedenti vaticinio, biennio fere ante hoc prolato, propheta hoc tantùm dixerat, puerum post novem menses nascendum posse appellari Immanuëlem; reverâ autem puerum quempiam eo nomine appellatum fuisse, nullo modo significavit: imo contra, se ipsum puerum, sibi interea natum, non *Immanuël*, sed *Mahér-sjalál-châsj-baz* nuncupasse, ipse disertis verbis memoriae prodidit. Ergo, si quam personam hic isthoc Immanuëlis nomine alloqui statuatur Iehova, persona *indefinita* sit, necesse est, — persona, quae, quum nasceretur, eo nomine appellari *potuisset*. Quod ineptissimum est. — Nobis autem, duas illas ultimas voces cum sequenti colo iungentibus, pro אַרְצְךָ pronuntiandum esse אַרְצֶךָ, tironum tantùm gratiâ monere opus est. — Sed etiam aliud est in Masorethicâ huius coli editione corrigendum. Non conveniens huic loco est Perfectum שָׁטַף sine Vau conversivo: cur enim hoc unum verbum in Perfecto enuntiaret, nulla causa esse potuit prophetae. Nullus dubito, quin pronuntiandum sit שָׁטֹף וְעָבֹר. Masorethis, qui vocales adscripserunt, fraudi fuit, quòd hic in his Verbis infinitis longum Cholem scriptum erat sine Vau. Fortasse Hieronymus recte sic pronuntiavit, quum converterit in Participio *inundans et transiens*. Sic enim Participio Hebraïcum Verbum infinitum in tali constructione aptissime

redditur. Convertimus igitur: *et pervadet in Iudaeam, effundens se et inundans, ut ad collum usque pertingat; eruntque expansa alarum eius* (id est *et expandet alas suas*) *per totam amplitudinem patriae tuae.* Quod autem dicunt interpretes, prophetam in extremo membro imaginem a flumine desumtam relinquere, et *alas eius* significare *alas exercitûs regis Assyriae,* id non probandum esse censeo. *Expansionem alarum fluminis* dicit aquarum fluminis exundantis ab utroque latere extensionem, similem expansioni alarum avis.

Ad cap. VIII: 9 et 10. Haec igitur strophe, duabus ultimis praecedentis coli vocibus cum nono coniunctis, sic sonat:

עִמָּנוּ אֵל

רֹעוּ עַמִּים וָחֹתּוּ

וְהַאֲזִינוּ כֹּל מֶרְחַקֵּי־אָרֶץ

הִתְאַזְּרוּ וָחֹתּוּ

הִתְאַזְּרוּ וָחֹתּוּ

עֻצוּ עֵצָה וְתֻפָר

דַּבְּרוּ דָבָר וְלֹא יָקוּם

כִּי עִמָּנוּ אֵל

Sensus universae strophae hic est: Licet Assyrii ita totam terram patriam inundaturi sint, non sinet tamen Deus civitatem perire. Aderit nobis suo auxilio. Nam, sicut antea praedixi, quum in summo discrimine versari videbatur patria, Resîne et Pekacho interitum ei intendentibus, irritum fore eorum consilium, adeo ut, qui post novem menses nasceretur puer, in gaudio liberatae civitatis appellari posset *Nobiscum-Deus-est;* ita nunc quoque, — et veritatis verborum meorum pignus sit praecedentis praedictionis

eventus, — ita nunc quoque Assyrii, et cuiuscunque hostis, qui unquam civitatem nostram perdere conabitur, irriti erunt conatûs. Nunc quoque, et in perpetuum, *nobiscum Deus est.*

Et hic universus sensus certissimus et manifestissimus est, quamvis incertae et obscurae interpretationis in colo 9no verbum רֹעוּ sit. Ut a Masorethis pronuntiatum est, nihil aliud esse potest, quàm Imperativus verbi רָעַע. Hoc autem verbum duas significationes habet: formâ enim activâ, in Imperfecto יָרֹעַ, *frangere, confringere*, formâ neutrâ, in Imperfecto יֵרַע, *malum esse* designat; et, licet רֹעוּ cum Cholem Imperativus verbi activi esse videatur, ideo tamen non minùs, quàm sequens וָחֹתּוּ, quod certissime verbum neutrum est, neutro sensu accipi poterit. — At neque illa activa, neque haec neutra verbi significatio huic loco convenit. Sunt quidem, qui interpretati sunt *Conterite:* sed enim permittit quidem propheta populis, ut ad perdendam civitatem patriam *se accingant*, non verò ut *conterant.* E contrario, eorum consilia irrita fore dicit. Et Lutheri translatio, *Seyd böse*, ferri quidem posset, si statuere liceret, quod statuit Hitzig, *böse seyn* hic idem valere ac *ergrimmt seyn:* hunc verò sensum *Hebraïcum* verbum non magis admittit, quàm Latinum *malum esse.* Quodque Palmius dedit, *Rigt vrij onheil aan*, id verbum in formâ Hiph'il quidem significare potest, non verò in formâ Kal. Idcirco igitur alii in hoc loco aliam verbo tribuendam censuerunt significationem. Nonnulli enim, Chaldaïcae interpretationis auctorem et Hieronymum sequuti, *consociamini* vel *congregamini* transtulerunt, statuentes verbum רָעַע hunc sensum communem habuisse cum רָעָה, unde רֵעַ *socius.* Quod

tamen haudquaquam probabile est: non credimus enim Rosenmüllero, eodem sensu Prov. 18: 24 accipiendum esse הִתְרוֹעֵעַ. Neque cum aliis licet statuere, רֹעוּ Imperativum formae Pu"al esse a verbo רָעָה. Nam non tantùm Masorethae, accentum paenultimae syllabae adscribentes, a verbo רָעַע derivandum esse indicarunt, sed formae quoque passivae in linguâ Hebraeâ Imperativum modum non admittunt. Praeterea de *societate* aut *conspiratione* populorum in perniciem civitatis Iudaïcae hic non cogitavit propheta. Syrus interpres dedit ܐܙܕܥܘ, id est *commovemini* sive *agitamini:* quod quum Latinus in Bibliis polyglottis interpres *contremiscite* interpretatus esset, hoc sequuti etiam recentiorum nonnulli *contremiscite* transtulerunt. Sed ab usu linguae Hebraïcae etiam haec significatio prorsùs abhorret. Maurer denique in Commentario grammatico critico in Vetus Testamentum *tumultuamini* transtulit, cum Gesenio in Lexico statuens, hanc *tumultuandi* seu *strependi* primigeniam verbi רָעַע significationem esse. At enim, licet concedatur, verbum hoc proprie cum *sonitum* seu *fragorem* significasse, quem edunt res durae, quando franguntur, ex eo tamen haudquaquam probabile est, hanc propriam verbi notionem ad strepitum hominum tumultuantium significandum translatam fuisse, adeo ut hoc verbum in sermone Hebraeo idem valuerit ac Germanicum *rasen*. Haec significatio, quum nec Hebraeae, nec alius linguae Semiticae usu comprobari queat, prorsùs commentitia dicenda est. — Frustra igitur ad hunc usque diem in verbo רֹעוּ probabili modo interpretando laborarunt interpretes. Verum autem iam dudum vidit Lowth, דְּעוּ legendum esse monens, quemadmodum scriptum invenit Graecus interpres Alexandrinus,

qui γνῶτε transtulit: recteque idem animadvertit, hoc commendari parallelismo. Nam respondent sibi invicem דְּעוּ עַמִּים (*scitote hoc*, *populi*) et הַאֲזִינוּ כֹּל מֶרְחַקֵּי־אָרֶץ (*auscultate*, *omnes regiones dissitae*). — Ceterùm animadvertendum est, verbum חָתַת proprie quidem *frangi* significare; sed hinc aut ad fractas pavore vel terrore vires seu *consternationem*, aut ad eam confractionem vel *contritionem*, quâ, quod integrum sit, dissolvatur, *pessumdetur*, *perdatur intereatque*, designandam translatum esse. Utrâque hac translatâ significatione verbum hic usurpatum est. Quum autem unum Latinum verbum *frangi* non aeque, ac Hebraïcum חָתַת, has duas significationes comprehendat, vix alio, quàm hoc modo, transferri poterit: ***Deus nobiscum est! Scitote*** (Germanicâ linguâ ***Wisset es***, seu vernaculâ ***Weet het***), ***populi***, ***et consternamini! et auscultate***, ***omnes regiones dissitae: accingite vos***, ***ut pereatis! accingite vos, ut pereatis! Inite consilium***, ***ut dissolvatur; decernite rem***, ***ut irrita fiat: nam nobiscum Deus est!***

Num verò recte Masorethae חֹתּוּ pro חַתּוּ vel, ob pausam, חָתּוּ pronuntiaverint, equidem non decernam: sed hoc animadverti, etiam alibi cum vocali *o* in paenultimâ syllabâ pronuntiatos offendi Imperativos, qui in ultimâ syllabâ eam vocalem non admittunt. Sic a קָרַח in feminino pro קִרְחִי legitur קָרְחִי (*calvitium tibi fac*) Mich. 1: 16, et a גַּשׁ vel גֶּשׁ (*appropinqua*) in feminino singulari et masculino plurali cum retracto accentu גֹּשִׁי et גֹּשׁוּ Ruth. 2: 14 et Jos. 3: 9. Verùm, quum קָרַח vocalem *a* pro *o* habeat propter litteram ח gutturalem, femininum autem cum hac vocali efferre ea littera non vetet, praeter consuetudinem in eo loco קָרְחִי pro קִרְחִי pronuntiatum esse videtur, ut vocalis

prioris syllabae conveniret cum nomine קָרְחָה *calvitium*, atque adeo ipsa haec pronuntiatio magis exprimeret sensum verbi: *calvititium sibi facere*. Sed חֹתּוּ pro חָתּוּ, atque נֹשׁוּ et גֹּשׁוּ pro נְשׁוּ et גְּשׁוּ, Masorethae fortasse ideo scripserunt, quòd vocalem Kamets cum accentu pinguiter et obscure tanquam *o* pronuntiabant.

Quod denique attinet ad עֻצוּ pro עֲצוּ a singulari עֵץ, Imperativo verbi יָעַץ *consulere;* haec anomala pronuntiatio, quae etiam Jud. 19: 30 offenditur, forsitan hoc modo explicanda est. Siquidem, ut traditum habemus, Scheva in vocibus, qualis est דִּרְשׁוּ, propter sequens Schurek ad sonum *u* magis, quàm ad *e* aut *a* inclinabat, littera autem ע in עֻצוּ, ut gutturalis et proinde vocalior, eum sonum *u* etiam clariorem reddebat, adeo ut non עֲצוּ (*'ᵃçû*), sed *'ᵘçû*, sonaret vox; exinde facilè fieri potuit, ut, quemadmodum in שִׁמְעוּ et similibus Imperativis, non posterior, sed prior vocalis cum accentu pronuntiaretur, ac proinde scriberetur עֻצוּ. Certe sine ratione statuitur, praeter יָעַץ etiam verbum עוּץ eodem sensu in linguâ Hebraeâ usitatum fuisse, unde isthic Imperativus pluralis inclinatus sit.

Ceterùm, quod hic praedicit Iesaia, irritum fore hunc regis Assyriae Iudaeam sibi subigendi conatum, id eventu quoque comprobatum esse, disertis verbis testatur historia. Legimus enim 2 Chron. 28: 20, Tiglath-Phileserum invasisse quidem et in angustiam redegisse Achâzum, sed eum non superasse seu subegisse. Probabilem causam, ob quam a proposito suo desistere debuerit, suprà iam indicavi ad capitis septimi colon duodevigesimum.

Ad cap. VIII: 11—15. Hae strophâ propheta rationem

exponit, cur nunc ab Assyriis non magis, quam antea a Syris et Ephraëmitis, civitati interitum metuendum esse, et illorum aeque ac horum conatûs irritos fore, tantâ fiduciâ pronuntiare potuerit. Commemorat propterea, quod antea ei obtigerat et omnem ab omnibus hostibus metum ei exemerat, divinum oraculum: כִּי כֹה אָמַר יְהוָה אֵלַי בְּחֶזְקַת הַיָּד וְיִסְּרֵנִי מִלֶּכֶת בְּדֶרֶךְ הָעָם־הַזֶּה לֵאמֹר *Nam sic dixit mihi Iehova, quum valide me corriperet, monens me, ne sequerer exemplum huiusce populi, his verbis.* — Pronuntiationem Masorethicam vocis וְיִסְּרֵנִי non intellexerunt interpretes. Alii enim pro Perfecto formae Pi''el habent: at Perfecto pronomen נִי cum vocali *a* annectitur. Propterea alii Imperfectum formae Kal esse putant. Verùm, hoc si voluissent Masorethae, sine dubio וַיִּסְּרֵנִי pronuntiassent cum Vau conversivo, siquidem de re perfectâ sermo est. Imo Infinitivum nominalem formae Pi''el esse voluerunt, cum praecedenti Infinitivo nominali חֶזְקַת per coniunctionem ו copulatum. Nam, ut hic יִסֵּר pro יַסֵּר, sic etiam alibi Infinitivum formarum Pi''el et Hiph'il, pariter ac Perfectum, cum vocali Chirek scripserunt (Vid. Gramm. Hebr. § 156 in notâ 2, et § 159, 1° in notâ). Videntur autem hoc fecisse, ubi, sicuti hic, Infinitivus sensum Perfecti habet, ut cum hoc sensu etiam sonus conveniat. Num autem in hoc loco recte sic pronuntiaverint, non sine ratione dubitari posse videtur. Nam, ut recte monuit Hitzig, ויסרני ideo non cum בְּחֶזְקַת הַיָּד, sed cum אָמַר יְהוָה a prophetâ connexum esse censendum est, quòd non, *quum* prophetam moneret, ne populi exemplum sequeretur, ea, quae sequuntur, verba ei dixerit Iehova, sed ipsa haec verba illud monitum contineant. Igitur pronuntiandum est, ut Imperfectum formae Pi''el cum Vau

conversivo sit וַיִּסְּרֵנִי (pro וַיְיַסְּרֵנִי secundùm Grammaticae Hebraeae § 206, 4°.) *et monuit me.*

Sequitur colo 12mo et 13^{tio}: לֹא־תֹאמְרוּן קֶשֶׁר לְכֹל אֲשֶׁר־יֹאמַר הָעָם הַזֶּה קָשֶׁר וְאֶת־מוֹרָאוֹ לֹא־תִירְאוּ וְלֹא תַעֲרִיצוּ׃ אֶת־יְהוָה צְבָאוֹת אֹתוֹ תַקְדִּישׁוּ וְהוּא מוֹרַאֲכֶם וְהוּא מַעֲרִיצְכֶם׃ *Ne dicite coniurationem quicquid populus hicce coniurationem dicit, et quod ille timet, ne timete nec veremini. Iehovam, coeleste numen, hunc ut sacrosanctum reveremini: hic timoris vestri, hic verecundiae vestrae obiectum esto.* Ex usu secundae personae *pluralis* et ex eo, quòd initio strophae sequentis discipulorum prophetae mentio fit, primùm colligimus, hoc oraculum a Iesaiâ, divino impulsu adacto (בְּחֶזְקַת הַיָּד *quum valida esset manus divina*, id est quum in potestate divinâ esset), prolatum fuisse in medio discipulorum suorum. Tum exinde hoc quoque intelligimus, sermonem hìc esse de coniuratione, quae dicebatur, prophetae et discipulorum eius. Videlicet hoc oraculum acceperat et protulerat Iesaia, quum Resin et Pekachus Iudaeam invadere et subigere aggrediebantur, et Achazus metu horum hostium perculsus auxilium imploraverat Assyriorum. Nam, quia tunc hanc auxilii Assyriorum implorationem gravissime improbabat propheta, nihil ab istis hostibus metuendum et in solo Iehovâ fiduciam collocandam esse dicens, Iesaiam cum iis, qui eum sectabantur, contra regem et populum in perniciem civitatis *conspirare* dictitabant. Itaque sensus oraculi hic erat: Non ii Israëlitae dicendi sunt in perniciem patriae conspirare, qui non in hominibus, sed in sancto Israëlitarum numine, fiduciam suam collocant: ac nihil iis timendum est praeter Iehovam, sacrosanctum numen, cuius de gloriâ ne quid detrectetur nec inviolabilis eius maiestas laedatur, omni reli-

gione, anxie et sollicite, cavendum est. Hoc enim significat *timere* (ירא), *tremere* (העריץ) et *sacrosanctum habere* (הקדיש) Iehovam; et pariter ut hic ירא et העריץ cum הקדיש, tanquam synonymo, commutatur, sic cap. 29: 23 הִקְדִּישׁ אֶת־קְדוֹשׁ יַעֲקֹב cum הֶעֱרִיץ אֶת־אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל. — Ceterùm monendum est, quod fugit interpretes, in מַעֲרִיצְכֶם Chirek *breve*, et formam nominis absolutam non מַעֲרִיץ, sed מַעֲרָץ esse. Indicarunt hoc Masorethae eo, quòd Chirek sine Maetheg scripserunt. Et verò Participium activae, id est *subiectivae*, verbi formae, qualis forma Hiph'il est, nullo modo *obiectum* significare potest: quodque statuunt, העריץ non tantùm *trepidare*, sed etiam *trepidare facere* significare, adeò ut מַעֲרִיץ proprie valeat *id quod trepidare facit*, et proinde *trepidationis obiectum*, id prorsus commentitium est; העריץ nihil aliud, quàm *trepidare*, significat. Est igitur מַעֲרִיצְכֶם pro מַעֲרָצְכֶם mendum orthographiae, sive ab ipso Iesaiâ eiusve scribâ, sive a recentioribus scribis librariis commissum. Et, quamvis raró tale mendum in correctioribus exemplaribûs offendatur (cf. Gramm. Hebr. § 12, 4° et 7°), facillime tamen in vocibus, qualis מַעֲרָצְכֶם est, committi potuit. Quum enim Scheva sub צ non plane mutum sit, adeo ut sequens כ non habeat inscriptum Dagesch lene, sonus praecedentis Chirek brevis a sono longi Chirek difficillime distinguitur.

Additur colo 14to et 15to: וְהָיָה לְמִקְדָּשׁ וּלְאֶבֶן נֶגֶף וּלְצוּר מִכְשׁוֹל לִשְׁנֵי בָתֵּי יִשְׂרָאֵל לְפַח וּלְמוֹקֵשׁ לְיוֹשֵׁב יְרוּשָׁלָםִ׃ וְכָשְׁלוּ בָם רַבִּים וְנָפְלוּ וְנִשְׁבָּרוּ וְנוֹקְשׁוּ וְנִלְכָּדוּ *Erit autem sacrosanctum, ac lapis offensionis saxumque illisûs, utrique genti Israëliticae, et decipula laqueusque incolis Hierosolymorum; et impingent iis multi, lapsique laedentur, illaqueatique capientur.* Nomen מִקְדָּשׁ, quod plerumque *sanctuarium* vel *sacrarium* vertitur, hic

propriam suam ... universalem obtinet notionem, quâ *sacrosancti quiddam* significat, quod nemo inultus violare potest. Et sensus verborum est, ipsam sacrosanctam et inviolabilem Iehovae maiestatem causam fore, ut multi ex utrâque gente Israëliticâ, etiam ex incolis Hierosolymorum, eam laedentes in perniciem trahantur; instar lapidis offensionis aut decipulae, ad quam qui offendunt, labuntur et laeduntur, aut illaqueantur et capiuntur.

Ad cap. VIII: 16—19. Nova his colis continetur strophe. Colum 16[tum] et sequens sic a Masorethis edita sunt: צוֹר תְּעוּדָה חֲתוֹם תּוֹרָה בְּלִמֻּדָי וְחִכֵּיתִי לַיהוָה הַמַּסְתִּיר פָּנָיו מִבֵּית יַעֲקֹב וְקִוֵּיתִי לוֹ. Sed perperam pronuntiarunt חֲתוֹם, Iehovam his verbis prophetae imperare statuentes. Legi debet חָתוֹם, ut hoc et antecedens verbum צוֹר Verba infinita (infinitivi absoluti) sint, graviter et significanter pro finitis usurpata. Et sic legendum esse, quum ex eo iam effici queat, quòd utrumque צור et חתום cum ו scriptum sit, dum Imperativus sine hac litterâ scribi soleat, tum eo comprobatur, quòd subiungitur in primâ personâ וְחִכֵּיתִי et וְקִוֵּיתִי. Exclamat propheta: *Colligare declarationem, obsignare institutionem, in discipulis meis! et fiduciam meam reponam in Iehovâ, qui subtrahit gratiam suam genti Iacobidarum, et spem meam collocabo in eo.* תְּעוּדָה, id est *testificationem, declarationem*, et תּוֹרָה, id est *institutionem, doctrinam*; Iesaia appellat, quod nos *praedictionem* seu *revelationem* dicimus. Significat autem, ut e colo 20[mo] sqq. apparet, in primis praesentem suam praedictionem, sive id, quod de eventu eorum, quae tunc accidebant, modò declaraverat docueratque: non id quidem, quod initio huius vaticinii colo 5—8 dixerat,

Assyriorum copias totam Iudaeam inundaturas esse; — hoc enim, ut declararet doceretque, non erat opus, siquidem, Assyrios tunc Iudaeam quoque invasuros esse, dubitabat nemo; — sed id, quod colo 9no et 10mo declaraverat et divinitus edoctus obtestatus erat, in summâ autem consternatione et trepidatione populus ne sperare quidem audebat, etiam horum hostium, pariter ac Syrorum et Ephraëmitarum, irritum fore Iudaïcam civitatem sibi subigendi vel delendi conatum. Quia verò certò noverat, populum huic eius declarationi nunc non magis, quàm antea, fidem habiturum esse; ideo dicit, velle se declarationem et institutionem suam inter discipulos suos colligare et obsignare. Quod non tanquam proprio sensu dictum accipiendum est, quasi hanc suam praedictionem litteris consignatam convolvere, colligare et impresso sigillo obsignare vellet. Figurata dictio est, ut significet, nolle se ampliùs incredulo isti et hominес magis, quàm sacrosanctum Iehovae numen, timenti populo vaticinari; sed velle se revelationes et institutiones suas intra circulum discipulorum suorum concludere, et interea patienter exspectare, donec praedictionem suam ratam faceret Iehova, nunc quidem gratiam suam impio populo subtrahens, sed non omnino tamen populum suum derelicturus.

Pergit propheta colo 18°: הִנֵּה אָנֹכִי וְהַיְלָדִים אֲשֶׁר נָתַן־לִי יְהוָה לְאֹתוֹת וּלְמוֹפְתִים בְּיִשְׂרָאֵל מֵעִם יְהוָה צְבָאוֹת הַשֹּׁכֵן בְּהַר צִיּוֹן *En ego et nati, quos dedit mihi Iehova, signa et portenta sumus in populo Israëlitico, constituta a Iehovâ, numine coelesti, habitante in monte Sionis.* — Signa et portenta eorum, quae futura essent, Iesaia eiusque filii erant per ominosa, quae gerebant, nomina. Duos novimus Iesaiae filios, qui

11

nomina habebant a patre indita, quibus, quid futurum esset, significaret: alter appellatus erat שְׁאָר יָשׁוּב, quo significaret, reliquias populi se conversuras esse; alter מַהֵר שָׁלָל חָשׁ בַּז, quo declararet, brevi Damascenum et Samaritanum regnum spoliatum et direptum iri. Propheta autem dicens, EGO *et nati*, etiam, et verò inprimis, suum proprium nomen יְשַׁעְיָהוּ spectare, eique propheticam significationem tribuere, apparet. Significat autem hoc nomen: ***servabit, liberabit, salutem praestabit, Iehova;*** et verò hic praesentis suae declarationis et praedictionis (colo 9 et 10) sensus est. Dicit autem hic universe, se et filios suos rerum futurarum signa et portenta esse: significationi nominis alterius filii מַהֵר שָׁלָל חָשׁ בַּז eventus iam responderat. — Praeterea in hoc colo animadvertendum est ad singularem, quâ utitur propheta, Iehovae appellationem, יְהוָה צְבָאוֹת הַשֹּׁכֵן בְּהַר צִיּוֹן: nam non sine significantiâ hic a prophetâ Deum hoc nomine appellatum esse, manifestum est, licet interpretes significationem eius explicare supersedeant. Ut autem explicetur, observandum est, frequentissimum, praesertim in scriptis prophetarum, Iehovae cognomen צְבָאוֹת Iehovam ut ***coeleste numen*** designare. Nam hoc nomen צְבָאוֹת proprie ***micantia*** seu ***splendentia***, hinc (sicuti צְבָא הַשָּׁמַיִם ***splendor coeli***) ***sidera coelestia*** significat; et, quum in summâ antiquitate orientales sidera coelestia non pro diis quidem colerent (nam Sabaeismus monotheismo recentior est), sed in sideribus emicantem et se manifestantem numinis coelestis maiestatem venerarentur, ideo hoc siderum nomine ipsum ***coeleste numen***, seu ***coelestem Dei maiestatem***, nuncupaverunt. Eadem origo esse videtur alterius nominis Dei pluralis אֱלֹהִים, quod proprie ***reverenda***, hinc ***reverendam*** in si-

deribus *coelestis numinis maiestatem* significasse censeo. Utrumque igitur proprie *abstracta* numinis *appellatio* est, augustam et reverendam *coelestis numinis maiestatem* designans; sed in sermone Israëlitarum, qui summum numen tanquam *personam* colere didicerant, sine articulo usurpatum *nomen* Dei *proprium* factum est *. Attamen אֱלֹהִים quidem vulgò ut *Dei* nomen, atque etiam cum articulo (הָאֱלֹהִים ὁ θεός) ut nomen appellativum, sed צְבָאוֹת tantummodo ut proprium Dei *cognomen*, usurpatum est, adeo ut in hoc propria significatio, quâ *coelestis numinis maiestatem* designat, magis conservata et spectata esse appareat. Itaque יְהוָֹה צְבָאוֹת significat *Iehovam coeleste numen:* addit autem in hoc loco Iesaia הַשֹּׁכֵן בְּהַר צִיּוֹן, ut Iehovae coelestis numinis cum populo Israëlitico coniunctionem, in sermone Hebraeo בְּרִית seu *foedus* dictam, significet, Iehovam coeleste numen dicens, quod tamen sedem suam fixit in monte Sionis, ibique ut proprius Israëlitarum deus in medio populi sui habitat. Sensus coli igitur hic est: Me et natos meos signa, quae populo Israelitico futura portendant, constituit Iehova, coeleste numen, proprius Israëlitici populi deus. Hinc autem consequitur, non posse Israëlitas, nec licere iis, aliis viis futura scrutari.

Atque ita apparet connexio huius coli cum sequente: וְכִי־
יֹאמְרוּ אֲלֵיכֶם דִּרְשׁוּ אֶל־הָאֹבוֹת וְאֶל־הַיִּדְּעֹנִים הַמְצַפְצְפִים · וְהַמַּהְגִּים הֲלֹא־
עַם אֶל־אֱלֹהָיו יִדְרֹשׁ בְּעַד הַחַיִּים אֶל־הַמֵּתִים *Sique dicant vobis, Con-*

---

* Offenditur quoque, item sine articulo tanquam nomen proprium, in duobus psalmis אֱלֹהִים צְבָאוֹת, quod proprie *reverenda micantia*, seu *reverendam, in sideribus emicantem* coelestis numinis *maiestatem;* et frequentius אֱלֹהֵי צְבָאוֹת, quod proprie *reverendam siderum* (id est coelestis numinis in sideribus se manifestantis) *maiestatem*, significat.

sulite pythones et hariolos pipientes et mussantes; (respondete:) *Numquid non populus deum suum consulet?* (an consulet) *prò vivis mortuos?* — In medio discipulorum suorum, ut vidimus, hoc vaticinium proferens Iesaia, pronomine 2^{dae} personae plurali כֶּם discipulos alloquitur. Sensus verborum apertus est: habet tamen eorum constructio hoc inconcinni, quod, ut sensus sit, quem propheta voluit, ante verba בְּעַד הַחַיִּים אֶל־הַמֵּתִים ex antecedentibus non הֲלֹא יִדְרֹשׁ, sed, quod contrarium est, הֲיִדְרֹשׁ, mente repetendum et supplendum est. Et comparanti mihi Graecam translationem Alexandrinam valde dubitandum esse videtur, sic, ut nunc vulgò legitur, scriptum reliquisse Iesaiam. In hac enim translatione posterior coli pars his verbis reddita legitur: *ὐκ ἔθνος πρὸς θεὸν αὐτῦ ἐκζητήσῦσι; τί ἐκζητῦσι περὶ τῶν ζώντων τῦς νεκρές;* Dici quidem possit, recte interpretem sic vertendo sensum verborum explevisse, eum tamen non aliter in suo exemplari, atque in nostris, invenisse scriptum. At enim primò animadvertendum est, reliquorum interpretum veterum, qui non aliter in suis, ac nos in nostris, legerunt codicibus, neminem eodem modo verba interpretatum esse, et ne intellexisse quidem. Chaldaeus interpres reddidit in hunc sensum: ***nonne hic mos est gentium, quae colunt idola? Quaeque gens ab idolo suo quaerit, vitam a mortuis.*** Hic enim verborum Chaldaïcorum sensus esse videtur. In Bibliis polyglottis ultima verba חַיָּא מִן מִיתַיָּא translata sunt *vivi a mortuis:* sed ita neglexisset interpres praepositionem בְּעַד. Syrus interpretatus est: *Non sunt populus Dei ii, qui consulunt mortuos de vivis.* Et Hieronymus: *Numquid non populus a deo suo requirit, pro vivis a mortuis?* Quod in commentario sic explicat: *Si vos* (gentes),

inquit, pro varietate idolorum vestrorum (non enim unum, sed plures habetis deos) eos consulitis, quos deos arbitramini, et a mortuis, sive mortuorum hominum simulacris, de viventibus quaeritis; quantò magis nos deum nostrum per prophetas audire debemus. Videlicet ego sic iudico: si ne Syrus quidem interpres et Hieronymus, qui ambo Graecam Alexandrinam translationem ante oculos habuerunt, eum sensum, qui in isthac translatione expressus erat, cum verbis Hebraïcis, ut ab ipsis legebantur, conciliare potuerunt; veri haudquaquam simile esse videtur, Graecum Alexandrinum Iesaiae interpretem, qui veterum interpretum utique non peritissimus et sagacissimus fuit, rectiùs verba intellexisse et interpretatum fuisse, nisi planior fuisset verborum, ut in ipsius exemplari legebantur, sensus. Hoc autem si levius esse videatur argumentum, attendendum est ad numerum pluralem in verbo ἐκζητήσουσι, constructo cum singulari nomine ἔθνος. Non facilè enim Graecus singulare verbum Hebraicum ידרש pluraliter transtulisset in constructione cum nomine singulari: nam, quamvis frequenter nomen עַם in sermone Hebraïco tanquam plurale construatur, non pariter in Graeco ita construi solet ἔθνος. Statuendum igitur esse videtur, eum hoc verbum pluraliter reddentem ad litteram id, quod in Hebraeo legebat, expressisse. Sequens quidem τί ἐκζητοῦσι pluraliter enuntiare potuit, etsi in Hebrao ידרש legebat, si quidem יִדְרְשׁוּ pronuntians hoc rectissime ita vertere potuit: sed antecedens ἐκζητήσουσι certe ex plurali verbo Hebraïco expressum esse censendum est. Propterea igitur Graecum illum interpretem sic legisse iudico: הֲלֹא־עַם אֶל־אֱלֹהָיו יִדְרְשׁוּ בְּעַד־יִדְרֹשׁ בְּעַד חַיִּים אֶל־הַמֵּתִים. Et, quoniam oculus scribae librarii ידרשו descripturi facilè ad sequens

ידרש aberrare potuit, adeo ut ידרשו מה omitteret, inconcinna autem et manca sine his verbis constructio est; sic Iesaiam scriptum reliquisse, puto esse probabile. Convertendum tunc est: *Numquid non populus deum suum consulet? Quid consulentur pro vivis mortui?* De constructione nominis עַם, primùm tanquam singulare in אֱלֹהָיו, deinde in eâdem enuntiatione tanquam plurale in ידרשו, conferatur Grammatica Hebraea § 595.

Ad cap. VIII: 20—22. Primum huius strophae colon sic legitur: לְתוֹרָה וְלִתְעוּדָה אִם־לֹא יֹאמְרוּ כַּדָּבָר הַזֶּה אֲשֶׁר אֵין־לוֹ שָׁחַר. Mirum quantam haec verba interpretibus creaverint difficultatem! Non erit autem operae pretium diversissimas interpretum de sensu eorum hîc referre et refutare opiniones. Nullam enim habent difficultatem, modò observetur, Masorethas, perperam verba interpretantes, perperam accentum Athnach voci לִתְעוּדָה adscripsisse, quum debuissent adscribere voci הַזֶּה. Ad verbum convertendum est: ***Declarationi et institutioni nisi dicturi sint instar horum verborum: cui non est aurora;*** id est: ***Declarationem et institutionem procul dubio appellaturi sunt huiusmodi verbis*** (aut, si mavis: ***De declaratione et institutione procul dubio loquuturi sunt in hunc modum***): ***cui non est aurora.*** Nam verbum אָמַר cum praepositione ל constructum, id est *dicere ad*, hîc, perinde ut colo 12mo et alibi, valet *appellare*, sive idem ac Latinum *dicere* cum duplici accusativo. Vice nominis obiecti (quod in colo 12mo קֶשֶׁר est) hîc primùm cum verbo construitur כַּדָּבָר הַזֶּה, id est *dictum instar huius dicti*, deinde, quae huic per appositionem adiungitur, enuntiatio relativa אֲשֶׁר אֵין־לוֹ שָׁחַר, id est *aliquid cui non est aurora*. ***Declarationem***

et *institutionem* hic dicit eandem, quam superiùs (colo 16[to]) his verbis significaverat, praedictionem suam, etiam Assyriorum civitatem Iudaïcam subigendi conatum irritum fore. Verba autem לְתוֹרָה וְלִתְעוּדָה in principio enuntiationis collocata sunt oppositionis causâ. *Dicent vobis, Consulite pythones et hariolos; quae ego vobis declaravi, vana et inania verba esse dicent, praedictionem, cuius frustra exspectatur eventus, aliquid cui non illucescit aurora.* Videlicet praedictio seu vaticinium liberationis e calamitate, cuius frustra exspectatur eventus, est instar *perennis noctis, cui non illucescit aurora.*

Addit autem propheta colo 21[mo] et 22[do]: וְעָבַר בָּהּ נִקְשֶׁה וְרָעֵב וְהָיָה כִי־יִרְעַב וְהִתְקַצַּף וְקִלֵּל בְּמַלְכּוֹ וּבֵאלֹהָיו וּפָנָה לְמָעְלָה׃ וְאֶל־אֶרֶץ יַבִּיט וְהִנֵּה צָרָה וַחֲשֵׁכָה מְעוּף צוּקָה וַאֲפֵלָה מְנֻדָּח. Etiam hic non morabor in refutandis aliorum interpretum de sensu horum verborum opinionibus. Tantummodo moneo, nullo modo statui posse, quod statuunt, pronomine feminino in בָּהּ in colo 21[mo] *terram* spectari, cuius mentio fiat demum colo sequente. Praeter utramque *praedictionis* appellationem תְּעוּדָה et תּוֹרָה in praecedentibus non aliud nomen femininum est, ad quod pronomen illud referri potest: sed huc referre pronomen vetat sensus. Atqui enim pronomen hic, ut saepe alibi, non ad certum quoddam nomen refertur; sed infiniti quiddam, in antecedentibus non uno nomine, sed pluribus verbis significatum, designat, Latino pronomine neutro transferendum (conf. Gramm. Hebr. § 405). Significaverat autem propheta in antecedenti colo eam desperatam populi conditionem, in quâ nullam videt salutis spem, nullam, quae horridae calamitatum nocti illucescat, sperat auroram. Atque ita manifestus est sensus verborum: וְעָבַר בָּהּ נִקְשֶׁה וְרָעֵב *Et perget in eo duriter afflictus et esuriens.* Subiectum est populus,

ut in duobus praecedentibus colis: de populo enim promiscue singularis ac pluralis usurpatur numerus, veluti capitis sequentis colo 1—3. Et perget, inquit, populus in hac desperatione, duriter afflictus et summâ laborans inopiâ. — Reliquorum huius et sequentis coli verborum sensum obscuravit perversa Masoretharum, perinde ut reliquorum veterum, interpretatio, quae causa fuit, ut in extremo colo 22do verba perperam construxerint, atque etiam unam vocem, מְעוּף, perperam pronuntiaverint. Recte Hitzig monuit, perinde ac צָרָה וַחֲשֵׁכָה *angustia et tenebrae*, sic etiam construenda esse צוּקָה וַאֲפֵלָה *anxietas et caligo.* Luculenter hoc docet parallelismus. Atqui idem parallelismus non minùs luculenter docet, perperam מְעוּף a Masorethis constructum esse cum צוּקָה, et pronuntiatum tanquam nomen substantivum, cui aptam et probabilem excogitare significationem multùm laborarunt interpretes. Respondet ei in parallelismo מְנֻדָּח; ac proinde, sicut hoc cum צוּקָה וַאֲפֵלָה, ita illud cum צָרָה וַחֲשֵׁכָה construendum est. Atque etiam eodem modo pronuntiandum est, ut Participium formae Pu"al sit, מְעֻפָּף. Verbum עוּף significat *volare* et *avolare*, tum proprie, tum improprie idem ac *evanescere* et *disparere:* hinc igitur in formâ Pi"el *curare, ut avolet, evanescat* vel *dispareat*, seu *dissipare*, linguâ Germanicâ *verscheuchen.* Convertendum igitur est: *quando autem esuriet, et iratus maledicet regi suo et deo suo suspicietque sursum, et in terram despiciet, ecce angustia et tenebrae dissipantur, anxietasque et caligo discutiuntur.* Et sensus est: quando autem populus ad summam miseriam inopiamque redactus erit, adeo ut exacerbato animo maledicat regi suo et deo suo, quum nec rex, nec deus opem ei et salutem praestet; derepente et ex in-

opinato ea, quam miseriarum suarum nocti affulsuram esse prorsùs desperaverat, illucescet aurora: nam eo ipso temporis momento, quo oculos, quos deo maledicens in coelum sustulerat, rursùs in terram convertet, noctis illius tenebras dissipari videbit. — Participiorum מְעוּף et מְנֻדָּח cum nominibus femininis constructio neminem offendet grammaticae Hebraeae peritum. Nam participia illa formâ obiectivâ (passivâ) hîc usurpata sunt impersonaliter, ut dici solet, id est pro formâ subiectivâ (activâ), ut indefinitum relinqueretur subiectum; nomina autem illa feminina non subiecta, sed obiecta significant, et propterea tanquam complementa obiectiva cum Participiis illis constructa sunt. Vid. Gramm. Hebr. § 423. Plane simile est, quod legimus cap. 17: 1: דַּמֶּשֶׂק מוּסָר מֵעִיר *Damascus removetur, adeo ut non sit urbs.*

Ad cap. VIII: 23. — Cum hoc colo nova inchoatur, quae capitis sequentis colo 3^tio^ terminari videtur, strophe. Incipit ab his verbis: כִּי לֹא מוּעָף לַאֲשֶׁר מוּצָק לָהּ. — מוּעָף et מוּצָק Participia formae Hoph'al sunt, hoc a verbo צוּק *angustum esse*, cuius forma Hiph'îl cum praepositione ל constructa *angustum* seu *anxium* alicui *facere* significat; illud a verbo עוּף, quod proprie, ut ex nomine derivato עֵיפָה (*caligo*) apparet, *caligare*, *tenebris* seu *caligine obvolvi* significat, hinc de animâ, ut Ier. 4: 31 עָיְפָה נַפְשִׁי *caligat anima mea*, pro *animo linquor*, atque adeo *animo linqui*, *deficere viribus*, vernaculâ linguâ *bezwijmen* et *bezwijken*. Igitur in formâ Hiph'îl verbum cum praepositione ל constructum significat *caligare facere*, seu *caliginosum facere*, alicui, ita ut animo linquatur. Participia haec formâ obiectivâ hîc eodem modo impersonaliter usurpata sunt, atque in praecedente colo מְעוּף

et מְצָקָה. Convertendum est: *Nam non caliginosum fit ei, cui angustum fit.* Pronomen femininum in לָהּ ad nullum in antecedentibus nomen referri potest. Proverbium esse iudico, proprie de feminâ dictum in doloribus partûs, quae quamvis gravibus vexetur cruciatibus, his tamen non succumbit. Utitur autem hic propheta hoc proverbio in hunc sensum: licet ad summam miseriam civitas quaepiam redacta sit, ideo tamen non penitus de eâ actum est. Atque animo in laetum illud, quod vaticinatur, tempus futurum se transferens addit: כָּעֵת הָרִאשׁוֹן הֵקַל אַרְצָה זְבֻלוּן וְאַרְצָה נַפְתָּלִי וְהָאַחֲרוֹן הִכְבִּיד דֶּרֶךְ הַיָּם עֵבֶר הַיַּרְדֵּן גְּלִיל הַגּוֹיִם *Quam primum vilem reddidit* (Deus), *terram Zebulonitarum terramque Naphtalitarum, eam postea honoratam reddidit, regionem maris, terram Transiordanensem, tractum gentium.* Etiam eae civitatis Israëliticae partes, quae gravissima passae erant, regiones septentrionales et transiordanenses, quas vastaverant, incolis in captivitatem secum abductis, Assyrii, pinguntur hic denuo felicissimâ sorte fruentes. Animadverti autem debet, quod etiam in translatione Latinâ significavi, quinque regionum nomina, quae parellelismi gratiâ in duo membra distributa sunt, unâ commune utriusque verbi הֵקַל et הִכְבִּיד significare obiectum. — דֶּרֶךְ הַיָּם significat regionem mari adiacentem, per quam via ducebat, quae, quia alia quoque via erat per mediam terram ducens, *via maris* dicebatur. Sine ratione autem opinantur interpretes, *maris* vocabulo in hac appellatione lacum Genesareth designari: הַיָּם hic, ut semper, mare mediterraneum significat, atque adeo designatur septentrionalis Palaestinae ora maritima, quam cum vicinis montibus habitarunt Aseritae. — Quòd denique bis אַרְצָה hic legitur cum Hê paragogico, sive in statu empha-

tico, pro אֶרֶץ, idque sine ullâ significantiâ, fortasse perversae vocum distinctioni tribuendum est. Suspicor, legendum esse אֶרֶץ הַזְּבֻלוּן et אֶרֶץ הַנַּפְתָּלִי. Sic enim nonnunquam nomina propria, ubi nomini appellativo per statum constructum subiuncta sunt, cum articulo pronuntiantur, quo hoc antecedens nomen appellativum definiatur. Videatur Grammatica Hebraea, § 475 in annotatione. Quum tamen hoc admodum rarò fiat, facilè in hoc loco scribae librarii opinari potuerunt, litteram ה non cum nomine proprio ut articulum, sed cum antecedente appellativo ut Hê paragogicum, esse iungendum.

Ad cap. IX: 2: הרבית הגוי לא הגדלת השמחה שמחו לפניך כשמחת בקציר כאשר יגילו בחלקם שלל. Sic a Masorethis editum est, in margine tamen annotantibus, pro לא legendum esse לו. Atque ita quoque in suo exemplari scriptum invenit Graecus interpres Alexandrinus, transferens: *Τὸ πλεῖςον τȣ̃ λαȣ̃, ὃ κατήγαγες ἐν εὐφροσύνῃ σȣ*. Videlicet הרבית pro nomine habuit, הַרְבִּית pronuntians, quod idem fere significaret ac מַרְבִּית. Potuit quoque הַרְבִּית vel, ו pro י legens, הַרְבּוּת pronuntiare: nam articulus in statu constructo non offendere potuit interpretem linguae Hebraeae imperitissimum. ל in לו pro notâ Accusativi duxit, quae frequens huius praepositionis significatio est in linguâ Aramaeâ, interpreti Hebraeâ multò notiore. Denique pro הגדלת legisse videtur הורדת. Pariter לו, non לא, in suis exemplaribus habuerunt interpres Syrus et auctor translationis Chaldaïcae: ille enim ܠܗ *ei*, hic לְהוֹן *iis*, reddidit. Licet igitur Aquila, Symmachus, Theodotion et Hieronymus legerint לא, antiquius tamen et proinde praeferendum est לו. Sic autem legentes transferre debe-

mus: ***Multiplicâsti populum, ei magnam reddidisti laetitiam: laetantur coram te ad instar laetitiae in messe; quemadmodum exsultatur, quando dividuntur spolia.*** Atqui sic לוֹ ante verbum collocatum maximi in sententiâ ponderis esset, ac sensus foret: *ei (non aliis) magnam reddidisti laetitiam.* Qui sensus quàm ineptus sit in hoc loco, omnes sentiunt; et profectò non mirum est, scribas librarios pro לוֹ in hoc enuntiationis loco scripsisse לֹא. Sic autem non emendarunt, sed verba corrupta etiam magis corruperunt. Videlicet mendum in verbis est, Graecâ Alexandrinâ translatione etiam antiquus, quod tamen haud difficile emendatu est. Nam qui primùm animadvertit, לוֹ non posse construi cum הִגְדַּלְתָּ; tum nihil in hoc colo esse, quod ex parallelismo respondeat verbis הִרְבִּיתָ הַגּוֹי *multiplicasti populum*, quum in reliquis articulis de magnâ populi *laetitiâ*, non verò de magno eius *numero*, sermo sit; ac denique in duobus ultimis articulis verba שִׂמְחָה et גִּיל inter se commutari: haec, inquam, qui animadvertit, ei non difficile esse puto videre, ubi lateat, et corrigere mendum. Pro הרבית הגוי לו legendum est הִרְבִּיתָ גִּילוֹ ***multam reddidisti exsultationem eius.*** Mendum facilè oriri potuit eo, quòd scriba librarius גילו describens primùm ו pro י scripsit, quod in maximâ harum litterarum similitudine facillime ei accidere potuit, deinde autem errorem animadvertens י scripsit, sive praecedens ו lineolâ per mediàm litteram traductâ non legendum esse notaverit, sequens autem scriba librarius istam lineolam non animadverterit, sive ille talem lineolam traducere neglexerit. — Fortasse etiam pro הִגְדַּלְתָּ הַשִּׂמְחָה legendum est הִגְדַּלְתָּה שִׂמְחָה: nam in tali constructione Hebraei non uti solent articulo.

Ad cap. IX: 5. In verbis וַיִּקְרָא שְׁמוֹ פֶּלֶא יוֹעֵץ אֵל גִּבּוֹר אֲבִי־עַד שַׂר־שָׁלוֹם nomen יוֹעֵץ adeo vulgare regum principumque vocabulum est, ut haudquaquam probabile esse videatur, prophetam eo hic uti potuisse inter eximia cognomina, quibus praeclaras perfecti, quem vaticinatur, civitatis Dei principis praedicatum iri dicit virtutes. Conferatur modò Mich. 4: 9 et Ies. 1: 26. Ideo non dubitari posse videtur, quin, quod aequabilitas commendat, quum cetera quoque tria cognomina e duobus vocabulis iuncta sint, vocabula פֶּלֶא et יוֹעֵץ in unum compositum cognomen connecti debeant et converti: *miraculum consiliarii*, id est *admirabilis*, *eximius*, *incomparabilis consiliarius*. — Hoc Böttcher iam monuit in libro, cui inscripsit *Proben alttestamentlicher Schrifterklärung*, pag. 59. At pariter in sequenti אֵל גִּבּוֹר nomina per statum constructum connexa esse puto, ut proprius sensus sit, quod vernaculâ linguâ dici potest, Latinâ non potest, *een god van een held;* id est *deus fortitudine*, *vir fortis instar dei.* — אֲבִי־עַד, *pater aeternitatis*, proprie cum significat, *qui facit*, *ut aeternitas sit*, quemadmodum exempli causâ אֲבִי־עֶזֶר, *pater auxilii*, cum designat, *qui facit*, *ut auxilium sit;* atque ita cognomen est, quo salutetur rex, cuius adeo stabile et diuturnum regnum sit, ut finis non esse, nec aetatem, sed aeternitatem, regnare videatur. In tali autem honorifico principis cognomine aeque, ac in nomine proprio, illo modo et sensu usurpari potuisse vocabulum אָב, sine ratione in suâ Germanicâ vaticiniorum Iesaiae translatione et interpretatione, cuius primum volumen modò allatum est, negat Hendewerk. Quid enim? Nonne omnia illa *nomina propria*, quae ex אָב et alio vocabulo composita

sunt, proprie et primò *cognominum* vim et significationem habuerunt?

Ad cap. IX: 6. Verba לְםַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה וּלְשָׁלוֹם אֵין־קֵץ עַל־כִּסֵּא דָוִד וְעַל־מַמְלַכְתּוֹ לְהָכִין אֹתָהּ וּלְסַעֲדָהּ בְּמִשְׁפָּט וּבִצְדָקָה מֵעַתָּה וְעַד־עוֹלָם sic convertenda sunt: *Amplificationi imperii et paci non erit finis in solio Davidis et in regno eius. Stabilietur et fulcietur* (regnum) *iure et iustitiâ ab hoc tempore usque in perpetuum.* De usu Infinitivi nominalis cum praepositione ל in לְהָכִין et לְסַעֲדָהּ videatur Grammatica Hebraea § 394 et 396.

UEBER

DAS LETZTE PASCHAMAHL JESUS;

EIN NEUER VERSUCH

VON

DR. JOS. DERNBURG.

UEBER

DAS LETZTE PASCHAMAHL JESUS;

EIN NEUER VERSUCH

VON

Dr. JOS. DERNBURG.

Die Schwierigkeiten, welche die letzte Mahlzeit Jesus' macht, hat de Wette (Lehrb. d. hebr. jüd. Archäologie S. 217) zur Behauptung verleitet, dass man den Widerspruch der evangelischen Relationen weder verkennen, noch zu lösen hoffen werde. Wie misslich es mit solchen Prophezeiungen sei, und wie sie im Grunde nur mit einem nach der Vergangenheit gewandten Angesichte sagen, dass alle bisherigen Versuche missglückt seien, zeigt die Erfahrung; denn nichts desto weniger hat sich seitdem in den Studien und Kritiken (Jg. 1832. Heft 3. S. 537 f.) Herr *Rauch* mit einer neuen Erklärung ins Publicum gewagt, und selbst einiges Glück damit gemacht. Ein abermals neuer Versuch kann erst dann erlaubt sein, wenn die Ansicht Rauch's widerlegt ist. Wir versuchen darum dies zuerst, und lassen dann unsere Hypothese folgen, indem wir von vorn herein ihn nicht anders benennen mögen, weil es in einer solchen dunkeln Sache selten einem Versuche möglich werden kann, ein Allen leuchtendes Licht anzuzünden.

Herr Rauch behauptet, das בין הערבים in der Stelle 3. M. 23. 5, wäre so zu deuten, dass das Pesachlamm an dem auf den 13ten Tag des Monates Nissan folgenden Abend geschlachtet, und bis zum Abend des 14ten gegessen worden sei; jener Abend des 13ten fing schon um die 9te Stunde, d. i. um 3 Uhr Nachmittags, an. Er beruft sich hierbei auf den Gebrauch der Israeliten, immer den Tag von Sonnenuntergang bis Sonnenuntergang zu zählen, wornach der 14te Tag mit dem auf den 13ten folgenden Abend anfing. Dies bestätigt die Stelle Jos. Antiq. II, 14, 6, wo es heist: *ἐνστάσης δε τῆς τεσσαρεςκαι δεκάτης* sei das Opfer geslachtet worden, was doch nichts anders sagen will, als: beim Eintreten des 14ten Tages; ferner die Angabe Jos. ibid. 3, 10, dass nichts übrig gelassen werde auf den folgenden Tag. Da nämlich dieser folgende Tag wieder mit dem Sonnenuntergange des 14ten beginnt, so ist es undenkbar, wie eine so grosse Zahl von Lämmern, welche von Joseph. B. J. VI, 9, 5, auf 250,000 angegeben wird, in so kurzer Zeit geschlachtet und gegessen werden konnte, wenn man nicht den Anfang dieses Zeitraums auf den Abend des 13ten verlegt.

Allein gauz abgesehen davon, dass die angeführte Stelle B. J. VI, 9, selbst nach dem Geständnisse des H. Rauch schwer mit seiner Behauptung zu einigen ist, da ja das *ἀπὸ ἐννάτης ὥρας μέχρι ἐνδεκάτης* deutlich genug die wahre Zeit angibt; ist auch die ganze Verlegung des Osterlammes auf den 13ten eine Erdichtung, die aller Gewähr entbehrt, und durch alle in der Mischnah angegebenen Verhältnisse geläugnet wird.—Das בין הערבים erklärt sich am besten durch das täglich zweimal geschlachtete Thamidopfer, welches des Morgens und בין הערבים dargebracht wurde (4 M. 28, 1-8);

darunter verstand man die Zeit, nachdem die Sonne sich zu neigen anfing, und dieses Opfer sollte doch wohl nicht zum folgenden Tage gerechnet werden; es würde alsdann nicht von einem Morgen- und Abendopfer, sondern von einem Abend- und Morgenopfer die Rede sein.[a] — Ebenso wurde das Pesach nach allen näheren Angaben des Thalmuds unstreitig am 14ten Mittags nach 3 Uhr geschlachtet, und zwar in einer Ordnung, wodurch auch die grösste Menge in einer ziemlich kurzen Zeit abgefertigt werden konnte.[b] War es gebraten, so ass man es am Abende mit ungesäuerten Kuchen und bitteren Kräutern, und fing hiermit das eigentliche Fest an; denn der 14te Tag war eigentlich nur für das Schlachten und Opfern bestimmt. Was vom Fleische bis am Morgen des 15ten übrig blieb, wurde verbrannt, ein Gebrauch, welcher bei allen Opfern nach Verlauf einer gewissen Zeit statt fand (s. 3 M. 7, 17. 8, 32), und bei dem oft der Anbruch des Tages den Schluss der erlaubten Zeit machte.[c] Die Stelle Jos. Antiq. II, 14, vermag mit ihrem vagen Ausdrucke nichts gegen diese überall in Uebereinstimmung sich findenden Angaben; in keinem Falle ist bei Josephus, welcher für Griechen und Römer schrieb, und bei Schilderung der Gebräuche und Begebenheiten sich ihres Taganfangs bediente, unter dem Anfange des 14ten der Abend des 13ten zu verstehen.

Schon George (a. a. O. 136 f. 207. 245 f.) hat davon ge-

---

[a] Vgl. George (alt. isr. Feste S. 248—250), worauf wir uns beziehen, um nicht das zu wiederholen, was kaum besser zu sagen ist.

[b] cf. Pesachim 5, 7 (64, a.)

[c] cf. Sebachim 5, 5. 6 (54, b. 55, a.) vgl. Beracboth 1, 1 (2, a.)

sprochen, wie Rauch's Annahme alles Grundes entbehre. Allein auch seine Ansicht, das Fest der ungesäuerten Kuchen mit dem Morgen des 15ten anfangen zu lassen, und zwar deshalb, weil überhaupt damals der Sabbath und die Feste am Morgen begonnen hätten, ist sicher falsch und unbegründet. Die Ausdrücke des Josephus und des völlig unjüdischen Lucas sind von keiner Beweiskraft, und was den Namen ערב שבת angeht, so mag immerhin ursprünglich der Abend zwischen Freitag und Samstag so geheisen haben, auch mag es nach dem Exile wegen der Verwirrung im Religionsritus und des schon damals beginnenden Hanges zur festen Normirung aller schwankenden Verhältnisse nöthig geschienen haben, für das Versöhnungsfest die genauere Bestimmung מערב עד ערב (3 M. 23, 32) beizufügen; daraus folgt noch nicht, dass früher oder später der Vorabend des Sabbath minder heilig geachtet worden sei. Nicht dieser Abend, sondern die Bedeutung des ערב שבת erlitt eine Veränderung. Denn als man, aus ängstlicher Gewissenhaftigkeit, die Feier am Freitage etwas früher begann, und manche Verrichtungen schon um die 3te Stunde des Nachmittags verboten wurden, belegte man diese neue Zeit mit dem Namen ערב שבת, ja bezeichnete bald den ganzen Freitag hierdurch, schuf aber alsbald zur besseren Scheidung des eigentlich Heiligen von der durch blosse Sorge schon mit dem Sabbath vereinigten Zeit für den Abend des Freitags den Namen ליל שבת, und nannte selbst den spätern Theil des Freitags genauer ערב שבת עם חשכה (Sabbath Cap. 2. Misch. ult.), oder סמוך למנחה. So heist es in der Mischnah (ibid. 9, h.): לא ישב אדם לפני הספר סמוך למנחה עד שיתפלל לא יכנס אדם למרחץ ולא לבורסקי ולא לאכול ולא לדין *man setze sich nicht zum Bartscherer in der Nähe der Min-*

châzeit (am Freitag); man bete denn zuerst; auch gehe keiner in's Bad, in die Gerberei, zur Mahlzeit, noch vor Gericht. Hier zeigt sich zugleich, wie verschiebbare oder leicht sich verziehende Arbeiten in der Nähe von $3\frac{1}{2}$ Uhr des Nachmittags, d. i. gegen die 3te Stunde nicht mehr begonnen werden durften, was vollkommen mit Joseph. Antiq. XVI 6, 2. übereinstimmt, der erzählt, dass die Juden von der neunten Stunde an nicht mehr verbunden waren, vor Gericht zu erscheinen. Dagegen wird in der von George angeführten Mischnah (Sabbath 15, 3) der eigentliche Abend des Freitags לערב שבת genannt. George übersetzt: Sie machen die Betten in der Nacht des Sabbath für den Sabbath, aber nicht am Sabbath für den Ausgang des Sabbath; und beweist hieraus, dass die Nacht des Sabbath noch zur *παρασκευη* gehört habe, und darum an ihr zu arbeiten erlaubt gewesen sei. Allein der sonst so scharfsinnige Mann hat sich hier in dem Grnnde der Mischnah geirrt. Es war Grundsatz bei den Rabbinen, dass kleinere Verrichtungen, wie das Spülen des Geschirrs, das Machen der Betten, weil sie keine eigentlichen Arbeiten sind, am Sabbathe wohl erlaubt seien, jedoch unter der Bedingung, dass das Ziel dieser Verrichtungen der Sabbath selbst war; aber auch sie waren als Profanation des heiligen Tages verboten, wenn sie auf einen Werktag gingen. Machte man darum die Betten in der Nacht des Sabbath für den Sabbath selbst, so war dies eine erlaubte Handlung; allein am Sabbath sie zuzurichten, um am Ausgange des Sabbath darin zu schlafen, war eine Entweihung.—Diese Ansicht über die Profanation eines Fest- und Feiertages dadurch, dass man an ihm Vorbereitungen für eine ausserhalb seiner fallende Zeit machte, ging

so weit, dass man am ersten Feiertage, dem man aus Zweifel wegen der richtigen Bestimmung des Neumondes einen zweiten beifügte, für diesen zweiten Tag nicht kochen durfte, obgleich das Kochen am Feiertage erlaubt war; weil möglicher Weise der erste Tag der wirkliche Feiertag sein konnte, in welchem Falle der zweite ein Werktag war, und man alsdann vom Festtage auf den Werktag gekocht hätte. Ja eine eigene Ceremonie war nöthig, um den Juden an einem Feiertage, der auf den Freitag fiel, das Kochen auf Samstag zu gestatten, weil man selbst hierin eine Entweihung fand (ערוב תבשילין). — Hieraus geht deutlich hervor, dass jene Mischnah, anstatt George's Ansicht zu unterstützen, sie geradezu widerlegt.

Nach dieser Abschweifung zur Bestimmung der παρασκευη halten wir es für unnöthig, auf die Erklärung Rauch's im Einzelnen einzugehen, und zu zeigen, wie durch sie die Schwierigkeiten in der Harmonie der Evangelien nicht genügend gelöst sind; da ja mit der als falsch nachgewiesenen Voraussetzung die ganze daraus hervorgehende Interpretation fallen muss. — Andere eklektische Versuche, welche Altes mit Neuem verbinden, und wie die noch jüngst in der Tübinger Zschr. f. Theologie (1836. Heft III. S. 4—9) gemachte Ausgleichung, auf der Behauptung beruhen, dass Verurtheilung und Hinrichtung am Sabbath gestattet gewesen sei, stützen sich ebenfalls auf falsche Voraussetzungen. Man vergleiche nur Mischnah Beza 5, 2 (36, b.), Sanhedrin 4, 1 (32, a), und hierbei Maimonid. Hilchoth Sabbath. Cap. 23, 14, Hilch. Sanhedrin 11, 2, woraus unbestritten hervorgeht, dass man selbst am Freitag oder am Tage vor einem Feste nicht anfing, über Capitalverbrechen (דיני נפשות) zu

richten, weil im Falle einer Verurtheilung die Execution nicht länger als auf den folgenden Tag verschoben werden durfte, und eine Execution am Sabbath oder Festtage unmöglich statt finden konnte. Die Stelle aus der Gemara Sanhedrin 88 b. beweist hiergegen nichts, da dort offenbar nur von casuistischen Entscheidungen über Rein und Unrein die Rede ist. Wir haben übrigens nur aus der Mischnah, als dem den Zeiten Jesus' näheren Bestandtheile des Thalmuds unsere Beweise entnommen.

Suchen wir nun die jüdische Praxis hinsichtlich der Opferzeit des Osterlammes um die Zeit Jesus' kurz zu bestimmen, und sehen, ob sich hieraus nicht eine neue Möglichkeit zur Erklärung des Factums ergebe. — Das tägliche Thamidopfer, welches gewöhnlich um 2½ Uhr des Nachmittags geschlachtet, und um 3½ Uhr geopfert wurde, verlegte man am 14ten Nissan auf 1½ Uhr und 2½ Uhr, weil man sonst mit dem Pesachlamme zu spät hätte beginnen müssen. Da das Braten des Lammes erst Abends geschah, so war diese Zeit von ungefähr 3 Uhr zureichend. Fiel der 14te Nissan auf den Freitag, wo man das Lamm auch noch bei Tage braten musste, um durch diese Arbeit den Sabbath mit dem einbrechenden Abend nicht zu verletzen; so wurde das Schlachten des Thamidopfers schon um 12½ Uhr, und das Opfern um 1½ Uhr verrichtet, und dann unmittelbar mit dem Pesach begonnen. Dies war der äusserste Punkt, auf welchen man ein Abendopfer verschieben konnte.* Fiel der ערב פסח auf einen Sabbath, so heist es hiervon folgendermassen: Diese Dinge, welche zum Opferlamme gehören, mö-

* Pesachim 5, 1. (58, a).

ohne Rücksicht auf den Sabbath geschehen; man darf es schlachten, sein Blut sprengen, es ausweiden, u. s. w., aber nicht backen, wie überhaupt nichts thun, was auf den Abend verschoben werden könnte.[a] Was hier so entschieden als erlaubt angegeben wird, muss es doch nach einer in der Gemara erzählten Begebenheit keineswegs gewesen sein, und Geschichten aus der früheren Zeit, in welchen sich die Verfahrungsweise absichtslos und unverkünstelt oft im naivsten Gegensatze zum später geltenden Gebrauche findet, sind für die Eruirung der alten Praxis am geeignetsten. Die Begebenheit, auf welche wir hier aufmerksam machen, findet sich in der Gemara zur letzt angeführten Mischnah[b] in folgenden Worten: תנו רבנן הלכה זו נתעלמה מבני בְתירה פעם אחת חל ארבעה עשר להיות בשבת שכחו ולא ידעו אם פסח דוחה את השבת אם לאו אמרו כלום יש אדם שיודע אם פסח דוחה את השבת אם לאו אמרו להן אדם אחד יש שעלה מבבל והילל הבבלי שמו ששימש שני גדולי הדור שמעיה ואבטליון ויודע אם פסח דוחה את השבת אם לאו שלחו וקראו לו אמרו לו כלום אתה יודע אם הפסח דוחה את השבת אם לאו אמר להן וכי פסח אחד יש לנו שדוחה את השבת והלא הרבה ממאתים פסחים יש לנו בשנה שדוחין את השבת אמרו לו מנין לך אמר להן נאמר מועדו בפסח ונאמר מועדו בתמיד מה מועדו האמור בתמיד דוחה את השבת אף מועדו האמור בפסח דוחה את השבת. Die Rabbinen sagen: dieser (in der Mischnah vorkommende) Beschluss war den Söhnen Bathera's unbekannt. „Einst fiel nämlich der 14[te] Nissan auf einen Samstag, da hatten sie vergessen und wussten nicht, ob das Pesachopfer den Sabbath umstosse, oder nicht. Sie sagten:

[a] Pesachim 6, 1. (65, b)

[b] ibid. 66. a.

ist niemand da, der weiss, ob das Pesach den Sabbath umstösst, oder nicht? Man antwortete ihnen: da ist ein Mann, der von Babylon heraufgekommen ist, Hilel der Babylonier heist, und die zwei Grossen der Zeit, Schemaja und Abtalion bedient hat; der weiss, ob das Pesach den Sabbath umstösst, oder nicht: Sie schickten, liessen ihn rufen, und sagten zu ihm; weisst du, ob das Pesach den Sabbath umstösst, oder nicht? Er erwiederte ihnen: haben wir denn nur ein Pesach im Jahre, welches den Sabbath umstösst, haben wir doch mehr als 200 Pesachopfer (d. h. dem Pesach gleiche Opfer) welche den Sabbath umstossen. Sie fragten: Woher hast du dies? Er antwortete: es heist: "zur festen Zeit (soll geopfert werden)" beim Pesach (4 M. 9, 2), und heist: "zur festen Zeit" beim Thamid (4 M. 28, 2); wie dieses auch durch den Sabbath nicht aus der festen Zeit heraustritt, so auch das Pesach." Es folgt nun eine Discussion, die von keinem Interesse ist. — Achtet man nun darauf, dass es in Jerusalem keine Tradition für diesen Fall gab, sondern dass man eines Beweises dazu bedurfte, und zwar eines Beweises, der aus doppelten Grunden nicht schlagend ist; — da erstens das Pesach, als *Opfer*, durchaus die Heiligkeit anderer Opfer nicht hatte,* denn es war keine eigentliche Weihe לשמה dabei, wie bei den übrigen; und zweitens das Thamid, zu welchem jeder Tag besonders verpflichtet war, nicht sowohl eine Verlegung ertrug, als das nur einmal vorkommende Pesach —: so sieht man deutlich, dass die in der Mischnah wahrscheinlich erst auf die Autorität des Babyloniers aufgestellte Ansicht durchaus

* Sebachim 5, 8. (56,b.)

nicht so unbezweifelbar war, als es den ersten Anschein hat.[a] Dass dieser Fall unbekannt werden konnte, scheint theils von den damaligen Erschütterungen, welchen die Stadt und der Tempeldienst unterworfen war, theils von der Seltenheit, dass der 14[te] auf einen Sabbath fiel, herzurühren. Wenigstens ist bei der jetzigen Zeitrechnung der Juden, kein Fall seltener, als das Treffen des 14[ten] Nissan auf einen Sabbath; denn es verstreichen oft 20 Jahre, bis es sich wiederholt.[b] Vielleicht hatte man es durch Einschaltungen oder Auswerfungen eines Tages bis zur Zeit der Söhne Bathera's meist vermieden, was bei der Calendereinrichtung der Juden aus verschiedenen Rücksichten und sehr leicht geschah. Setzen wir nun, dass das Pesachlamm, wenn der 14[te] ein Sabbath war, an diesem Tage nicht geschlachtet, sondern verlegt worden sei, so fragt sich, auf welchen Tag mochte

---

[a] In der That behaupten einige Karäer, z. B. R. Jepheth Halevi, das Pesachopfer habe den Sabbath nicht umstossen können, sie verlegen die Opferung jedoch auf den Festabend selbst. — Jepheth in s. Comment. zu 2 M. 12. (Ms. Leid.). — Hitzig (Ostern und Pfingsten) meint neuestens, Ostern u. Pfingsten seien immer auf einen Sonntag gefallen; von einer Verlegung in unserm Sinne kann alsdann keine Rede sein. Ohne jedoch in die Kritik dieser Schrift besonders einzugehn, bemerken wir nur folgendes. Für Pfingsten ist seine Ansicht schon längst durch die Karäer angenommen, was durch Ibn Esra bekannt genug ist. Allein dadurch dass er Ostern ebenfalls immer auf einen Sonntag fallen lässt, begreift man von Neuem die Stelle Joseph. XIII, 8, 4. nicht, und fragt unwillkührlich; woher wusste Josephus, dass der von Nicolaus angeführte Festtag Pfingsten, und nicht Ostern bedeute, bei welchem ja auch *zwei* Ruhetage sich folgen? —

[b] So war von 1802 bis 1822 niemals das Fest an einem Sonntag; von 1832 an wird erst 1852 wieder das Fest auf einen Sonntag fallen. s. Peri Chadasch am Ende der Hilchoth Rosch Chodesch. Es versteht sich, dass sich kein fester Schluss vom קדוש על פי החשבון auf den קדוש על פי הראיה machen lässt. —

man wahrscheinlich das Opfer verlegen? Auf den Sonntag unmöglich; denn dieser war der erste Festtag, und nach dem bereits oben Bemerkten durfte man an einem Feiertage keine Arbeit verrichten, die ihm nicht ursprünglich angehörte; auch war es nöthig, dass die ungesäuerten Kuchen und bitteren Kräuter am ersten Festabende mit dem Opferlamme zusammen gegessen wurden. Also zurück auf den Freitag; allein dieser hatte nach der aus Pesachim 5, 1, schon angeführten Mischnah, an und für sich Inconvenienzen, die man wohl ertrug und ausglich, wenn der 14te ursprünglich auf einen Freitag traf, die aber doch verhindern mochten, dass man auf ihn das Pesach verlegte. Am bequemsten also war die Verlegung auf den Donnerstag den 12ten Nissan. Hiermit trifft in anderen Hinsichten die Praxis der Juden zusammen. Das Fasten Ester, welches auf einen Samstag fällt, und auf den Sonntag nicht verlegt werden kann, weil dieser durch das Purimfest eingenommen ist, wird nicht auf den Freitag, sondern auf den Donnerstag zurückversetzt, während jedes Fasten auf den Freitag bleibt, wenn es wirklich auf ihn trifft. — Es ist sehr wahrscheinlich, dass bei einer solchen Verlegung des Opfers, doch die Zeit für seine Verzehrung nicht abgeändert wurde, sondern auf dem ersten Festabend, das ist der Abend zwischen Sabbath und Sonntag, blieb, da ja an diesem Abend das Opferlamm mit den Mazoth und den bitteren Kräutern gegessen werden musste. *

Nehmen wir nun nach diesen Voraussetzungen an, das

* Man halte den langen Aufschub für keine Unmöglichkeit, da alle so genannten „leichten Heiligthümer" (קדשים קלים), wie die Freudenopfer, zwei Tage lang gegessen werden durften (Sebachim 5, 7.), zu welcher Klasse das Pesach in anderen Hinsichten ebenfalls gezählt wird.

Fest der ungesäuerten Kuchen sei im Jahre der Kreuzigung Jesus' auf einen Sonntag gefallen, so dass man das Pesach am Donnerstag den 12ten Nissan Nachmittags zwischen 3 und 4 schlachtete, so sind alle Schwierigkeiten, welche auf der Geschichte selbst ruhen, gehoben, und das Gemeinschaftliche der Evangelien stellt sich also dar. In der Nähe des Paschafestes fühlte Jesus sein Ende nahen (Johann. 13, 1. Matth. 26, 2), oder es wurde doch auf seinen Tod hingearbeitet (Marc. 14, 1. Luc. 22, 1); er nahm am Donnerstage gegen Abend ein Mahl (Joh. 13, 2. vgl. 18, 1. 28.[a] 19.

---

[a] In diesem Verse müssen wir das *ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα* urgiren, dass es sich auf's ESSEN, und nicht auf das Opfern bezieht, denn das Opfer war ja bereits am Donnerstage gebracht. Wir haben eben darum oben schon angenommen, dass die Zeit für die Verzehrung des Opferlammes, im Falle einer Verlegung, dennoch die gewöhnliche gewesen sei. Allein dieser Vers, welcher einen von keinem andern Evangelisten erzählten Umstand enthält, bietet auch von einer andern Seite eine Schwierigkeit. Man begreift nämlich nicht, wie das Prätorium selbst oder sein Inhalt zur Theilnahme am Pesachopfer verunreinigen konnte. Die Wohnung eines Götzendieners verunreinigte nicht; die Berührung eines Götzenbildes selbst war wie die Berührung eines Reptils טומאת עבודה זרה כטומאת שרץ, und bei diesem ist es noch sehr streitig, ob es vom Schlachten des Pesachs abhielt (s. Pesachim 90, b.). — Selbst wenn es die Leiche eines Heiden enthielt, so konnte diese wohl durch Berührung verunreinigen, aber nicht durch den Eintritt ins Zelt; denn die sogenannte טומאת אהל findet nur bei der Leiche eines Juden statt. — Es könnte indessen angenommen werden, dass nach der Zerstreuung der Juden, wo das Betreten der heidnischen Häuser unmöglich vermieden werden konnte, diese Verunreinigung erst aufgehört habe. Allein dies ist kaum glaublich. Erstens findet sich auch nicht die mindeste Spur von einer solchen früheren Verordnung. Zweitens nimmt die Praxis der Juden in der Regel den entgegengesetzten Weg; mit der wachsenden Gefahr nehmen auch in der Regel ihre Vorsichtsmaasregeln zu, und so wäre zu erwarten, dass doch auch ein Rabbine die alte Gewohnheit, bei der zunehmenden Möglichkeit eines Verkehrs, empfohlen haben würde. —

31. Matth. 26, 19—21. vgl. 27, 1. 57, 62. Marc. 14, 18. vgl. 15, 1. 42. Luc. 22, 14. vgl. 22, 66. 23, 54), wurde denselben Abend noch verrathen und gefangen genommen, und am Freitag verurtheilt und gekreuzigt, (s. die vgl. Stellen). Dieses Mahl war nun allerdings, trotz dem dass man das Pascha geschlachtet hatte, ein gewöhnliches *δεῖπνον*, wie Johannes berichtet, konnte aber sehr leicht von den Evangelisten für das Paschamahl genommen werden, da es dem Opfer folgte; was denn auch wirklich geschah, und alle Verwirrung in den Berichten veranlasste. Zwei Tage vor dem Opfer, am Dienstage, begann Judas seinen Verrath (Matth. 26, 2. vgl. 16), wenn man das in der Stelle vorkommende *πασχα* auf das Opfer beziehen will; nimmt man es für das eigentliche Fest, so erklären sich die Worte »nach zwei Tagen" allein nach unserer Erklärung ohne Zwang, da ja zwei Tage zwischen dem Opfertag und dem ersten Festtage verstrichen, und Judas hätte dann am Donnerstage, dem Tage des Mahles, seinen Verrath angesponnen und ausgeführt. Schwierigkeit machen allein die in den drei Evangelien vorkommenden Worte *τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων*, die übrigens das Dilemma übrig lassen, dass sie entweder eigentlich zu nehmen sind, in welchem Falle die Execution am Festtage statt fand, oder uneigentlich sich auf den Tag beziehen, an welchem das Lamm geschlachtet wurde. Tertium non datur. Da nun das erste oben als unmöglich dargestellt wurde, so tritt die letzte Erklärungsweise ein, und kommt unserer Hypothese eben so gut, als jeder anderen, namentlich der Rauch's, zu statten. Der Freitag war ein gemeiner Werktag, und war sowohl *παρασκευη* für den Sabbath (*ὅ ἐστι προσάββατον* Marc. 15, 42.), als für das Pe-

sachfest, da an ihm bereits Alles geschehen musste, was das Ausräumen und Verbrennen des Sauerteigs betrifft. Der darauf folgende Sabbath war der Sabbath vor dem Feste, welcher noch heute bei den Juden der grosse Sabbath (שבת הגדול) heist.[a] Eben so nennt ihn Johannes (19,31): ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου; dass ein Sabbath innerhalb des Festes *gross* genannt worden sei, davon ist wenigstens sonst keine Spur. —

Es bleibt nun noch ein einziger Umstand zu erklären übrig, ob nämlich Maria am Sonntage, der nach unserer Annahme der erste eigentliche Festtag war, daran denken konnte, den Körper Jesus' zu salben, und ihn anständiger zu begraben, als es in der Eile vor Samstag geschehen konnte? Allein es scheint den Juden besonders an einem Festtage, welcher auf den Sabbath folgte, wo der Leichnam schon zwei Tage fast gelegen hatte, Alles zur Bestattung des Todten erlaubt gewesen zu sein, mit Ausnahme dessen, was, wie die Aushöhlung des Grabes, das Zimmern des Sarges, eine wirkliche Handwerksthätigkeit erfoderte.[b]

---

[a] Der Name שבת הגדול kommt allerdings erst im Machsor Witri (s. Abudraham 77, a.) und bei Tosophoth (Sabbath 87 b. Anfangswort ואותו) vor. Die Begebenheit, weshalb er diesen Namen hat, findet sich aber schon Midrasch Schemoth. (zu Parascha בא). Vgl. auch Thalmud Sabbath a. a. O. — Es lässt sich darum nicht genau bestimmen, wann er aufkam.

[b] Sabbath 139, a.

CARMEN MOTANABBII,

IN EUROPA NONDUM EDITUM,

CUM

DUPLICI COMMENTARIO ARABICO, LATINA VERSIONE ET ANNOTATIONE,

PRAEMISSA DISPUTATIONE DE TRIBUS CODICIBUS LEIDENSIBUS ET
DE CARMINE IPSO,

EDIDIT

THEODORUS GUILIELMUS JOHANNES JUYNBOLL.

قال
ابو الطيب
احمد بن الحسين
المتنبى

١ كَمْ قَتِيلٍ كَمَا قُتِلْتُ شَهِيدٌ   لِبياضِ الطُّلَى وَوَرْدِ الْخُدُودِ

(Cod. 542.) يقول كم قتيل مثلى شهيد بِبياض الاعناق وحمرة الخدود اى كان سَبَب قتله حبّ الاعناق البِيض والخدود الحُمر وجعل قتيلَ الحب شهيدا لِما رُوى فى الحديث ان من عَشِقَ فكَفّ وعفّ وكتم فمات مات شهيدا ويُرْوَى لِبياض الطلى على معنى كم قتيل لَهُ*

(Cod. 126.) كَم هاهنا للتكثير وهو يقيض رُبَّ يريد ان الاقتتال بِبياض الاعناق والسوالف وحمرة الخدود قديم وكم من قتيل قتل بِذلك من غير ذنب فذهب دمه جبارا والشهيد يطلق على من يقتل من غير ذنب وقيل هو ماخوذ من الشهادة لان الله تعالى شهد له بالجنة والطلى الاعناق الواحدة طُلْيَةٌ*

٢ وَعُيُونِ المَهَا وَلَا كَعُيُونٍ   فَتَكَت بالمُتَيَّمِ المَعْمُودِ

(Cod. 542.) المها جمع مهاة وهى بقر الوحش وتشبه عيون النساء بعيونها فى حُسنها وسعتها فتكت قتلت بغتة والمتيم الذى قد استعبده الحب والمعمود الذى قد هدّه الحبّ وكسره يقال عَمَدَه الحب يعمده يقول كم قتيل قتل بعيونِ أحِبّائه ألّتى هى كعيون المهاة وليست تلك العيون التى هى قتلته كالعيون التى قتلتنى وفتكت بى وعنى بالمتيم المعمود نفسَه*

(Cod. 126.) يريد كم قتيل بلا ذنب لِلوجوه الحسان وعيونٍ كعيونِ بقر الوحش ولا كعيونٍ قُتلتُ بها ودهتنى الدواهى من قِبلها ويُشير بالمتيم المعمود الى نفسه والمتيم الذى قد تيمه الحبّ اى عمده والتتييم فى كلمهم العمد والمعمود الذى قد عمده الحب واشفى به على الهلاك واصله شِدّة المرض قال الشاعر

(البسيط) بانَتْ سُعَاد فامسى القلبُ مَعْمُودَا

ويقال تركته عميدا مُدنفا اى مشرفا على الهلاك*

٣ دَرَّ دَرُّ الصِّبَى أَأَيّامَ تَجْرِيـــرِى ذُيُولِى بدَارِ لَثْلَةِ عُودِى .

(Cod. 542.) ويقال لمن دُعى له درَّ درُّه اى كثر خيره ولا درّ درُّه لمن دعى عليه والدرُّ اللبن يجعل مثلا للخير لان خِصْب العرب وسعة عيشهم فيه وهذا دُعآء للصبى قال ابن جنّى درّ درّه اى ليتّصل ما يُعْهَدُ منه وهذا قول فاسد ليس بشىء ثم خاطب ايام الصبى فقال ايام تجريرى ذيولى اى يا ايام لَهْوى وجرُّ الذيول كناية عن النشاط واللهو لان النشوان والنشبط يجر ذيله ولا يرفعه ودار الاثلة موضع نظهر

الكوفة وعلى هذه الرواية يحذف الهمزة وتنقل حركتها الى الساكن قبلها ومن روى بغير الالف واللام فهى كالأولى الا انها لم تعرف والاثلة شجرة من جنس الطرفآء يتمنى عود ذلك (تلك .l) الايام*

(Cod. 126.) قوله در در الصبى لفظه لفظ الخبر ومعناه التعجب والقصد به الخير ومنه قولهم لله درّه ومعناه خيره فيقول در در الصبى اى دام خيره واصله فى اللبن ثم يُضرب للمَنافع وهذا تعجُّب من الشباب دعا له واستدام خيره ثم التفت الى ايام الشباب فقال يا ايام شبيبتى وسحبى اذيال ردآى واختيالى فى شبيبتى بهذا المكان عودى وتلك الايام لا تعود وانما هو على طريق التوجع ولقد احسن القائل فى قوله

(المتقارب) ليالى الصبى فى مغانى زرود

اعائدةٌ انت إن قلت عودى

ودار اثلة موضع بظاهر الكوفة وكان مولده بها*

٤ عَمْرَكِ اللّه هَلْ رَأَيْتَ بُدُورًا قَبْلَها فى بَراقِعٍ وَعُقُودِ

(Cod. 542.) اى اسأل اللهَ عُمْرَكَ اى أن يعمّرك ثم يخاطب صاحبه هل رايت بدورا تلبَس البراقع والحُلىّ يعنى نسآء جعلهن بدورا فى الحُسْن ويروى بدورا قبلها اى قبل تلك الايام التى كنّا بدار اثلةٍ*

(Cod. 126.) عمرك اللهَ نصب على المصدر وهو مصدر محذوف الزيادة لانه موضوع موضع التعمير تقديره سالت الله ان يُعمّرك تعميرا اللهَ نصب بِعَمْرَك لان المصدر يعمل عمل الفعل ومن هذا الباب قِعْدَك اللهَ ونِشْدَكَ اللهَ وكل

هذا يجرى مجرى القسم وليس بقسم الا ترى ان هل
يجاب به القسم والكلام استعطاف وهذا كانه تصور مخاطبا
بصورة الحقيقة فقال عمرك الله هل رايت بدورا قبل هاولاء
النسآء عليها براقع وعقود وهذا كانه يحقق تشبيههن
بالبدور ثم يعجب حين راى منهن ما يخالف امثلتهن ومثل
ذلك يجيء فى الطاف الشعراء وفى طريقته ما يحكى عن الخيال
اذا تصور بصورة الحقيقة فينكر منه ما ينكر من الاشخاص
كقوله

(البسيط) انى تسديت وهنًا ذلك البينا

وكقول الاخر

(الطويل) عجبتُ لمسراها وانّى تخلّصت
الىّ وبابُ السجن دونىَ مغلقُ*

ه راميَاتٍ بأَسْهُمٍ رِيشُهَا الهُدْبُ تَشُقُّ القُلُوب قَبْلَ الجُلُودِ

(Cod. 542.) يريد بالاسهم لحظاتهن ولما سماها اسهمًا
جعل الاهداب ريشها لان بالريش يقوى السهم كذلك
لحظاتهن انما تنفذ الى القلوب بحسن اشفارهن واهدابهن
اى انها تصل الى القلوب قبل ان تصل الى الجلود وهذا من
قول كُثيّر

(الطويل) رَمَتْنى بسَهْمٍ رِيْشُهُ الكُحْلُ لم يُصِبْ
ظواهِرَ جِلْدِى وهو فى القلب خارجُ

ومنه قول جُمَيْل

(الطويل) بِأَوْشَكَ قتلا منك يومَ رميتنى
نوافِذَ لم يُعْلَمْ لهن خُروقُ*

(Cod. 126.) اما الطريقة التى انتحجها فهى مشهورة وذلك استعارة الرمى من النظر بالعين وتشبيه الحاجبين بالقوس الا ان هذا قد كمل الغرض فصار اولى به ممن تقدم لانه ذكر الهيئة فقال ريشها الهدب وهو تشبيه قريب ثم ذكر الغرض ايضا فقال تشق القلوب قبل الجلود وكذا يكون حاله لانه يصيب القلب ويشعف العاشق ولا يوثر فى البدن وعلى هذا حُمل قول الاخر

(الطويل) ضعائفُ يَقْتُلْنَ الرجالَ بِلا دَمِ

فى بعض الوجوه.*

٦ يَتَرَشَّفْنَ من فَمِى رَشَفَاتٍ هُنَّ فِيهِ أَحْلَى من التَّوْحِيدِ

(Cod. 542.) يقال رشفت الريق وترشفته اذا مصصته يقول كن (هن .l) يمصصن ريقى لحبّهن اياى كانت تلك الرشفات احلى فى فمى من كلمة التوحيد وهى لا اله الا الله وهذا افراط وتجاوُزُ حَدٍّ ويروى هن فيه حلاوة التوحيد*

(Cod. 126.) الترشف التمصص قليلا قليلا بطرف الشفة وهو كناية عن التقبيل يريد ميل النساء اليه وانهن يتلذذن تقبيله فاما قوله هن فيه حلاوة التوحيد فهو من سنيعات (شَنِيعَاتِ .l) الفاظه التى يجب ان يستغفر الله منها والاقرب ان يروى هن فيه حلاوة ولا يروى احلى لان فى الشر خيارا ويقرب من قوله

(الكامل) لَوْ أَنَّها عَرَضَتْ لاشمطَ راهبٍ*

٧ كُلُّ خُمْصَانَةٍ أَرَقُّ من الخَمْـــرِ بِقَلْبٍ أَقْسَى من الجُلْمُودِ

(Cod. 542.) الخمصانة الضامرة البطن وعنى برقتها نعمتها وصفاء لونها وقوله بقلب اى مع قلب اصلب من الحجر يقول اجسامهن ناعمة وقلوبهن قاسية*

(Cod. 126.) الخمصانة الضامرة البطن يقال رجل خمصان وامراة خمصانة فالاصمعىّ يضمه وابو زيد يفتحه وقوله ارق من الخمر بقلب اقسى من الجلمود الاكثر فى هذا المعنى ان يشبه القلب بالحجر والجسم بالماء قال

(البسيط) قَلْبٌ من الصَّخْر فى جِسْمٍ من الماء

وهذا زاد على الاول لان الخمر فى باب التشبيب الطف من الماء*

٨ ذاتُ فَرْعٍ كأنَّما ضُرِبَ العَنْــبَرُ فيه بماء وَرْدٍ وَعُودِ

(Cod. 542.) الفرع شَعْر الراس يريد ان شعرها طيب الرائحة فكانه خلط بهذه الانواع من الطيب ويقال ان العود انما تفوح رائحته عند الاحتراق لولا(ولا .l)يطيب رائحة الشعر اذا خلط بالعود وقيل اراد ضرب العنبر فيه بماء ورد ودخّن بعود وحذف الفعل الثانى كقوله

(الرجز) علفتُها تِبْنا وماء باردا

وكقول الاخر

(الكامل) ورايتُ بعلك فى الوغى متقلدا سيفًا ورمحا

ومثله كثير*

(Cod. 126.) يريد ذات شعر وقد قصر فى الوصف لان الشَعر انما يستحب منه الجعودة والانسدال والتسلسل والتحلّق وسواد اللون وما يجانسها وذكره للعود طريف واقتدى فيه

باهل البدو وكقول (كقول .l) امرى القيس ولُبْنا معَدّة و الطيب*

٩ حَالِكٍ كَالغُدافِ جَثْلٍ دَجُوجِيٍّ أَثِيثٍ جَعْدٍ بلا تَجْعِيدِ

(Cod. 542.) الحالك الشديد السواد والجثل الكثير النبات يقال جَثْلٌ بيّنُ الجثولة ومثله الاثيث والدجوج (والدجوجى .l) كالحالك وليس من لفظ الدُّجَى لانه مضاعف يقول هو جَعْد من غير ان جُعِّدَ*

(Cod. 126.) قد استدرك فى الثانى فوصفه ما يوصف به الشعر والحالك الشديد السواد فيقال اسود حالك وحلكوك وهو اشد سوادا من حلك الغراب وقد يقال من حنك الغراب فقيل النون بدل من اللام لما بينهما من التقارب والغداف جنس من الغراب والجثل الملتف النبات وهو بين الجثولة والدجوجى الشديد السواد و(قد يقال adde) ليلٌ دجوجىٌّ والاثيث الملتف النبتِ ويقال نبات اثيث ايضا والجعد الذى مركب بعضه بعضا واصله من التجمع وقالوا رجل جعد اذا كان مجمع الخِلقة وقيل هو الحازم الراى فاذا قالوا جعد الكف فهو البخيل وقوله بلا تجعيد يريد انه جعدٌ خِلقة لا انه كلف تجعيدَه لانه ربما يعقد الشعر ليصير فى هية الجعد*

١٠ تَحْمِلُ المِسْكَ عَنْ غَدَائِرِها الرِّيــحُ وَتَفْتَرُّ عَنْ شَتِيتٍ بَرُودِ

(Cod. 542.) الغدائر جمع غديرة وهى الذوابة وتفتر تضحك ويكشف ابتسامُها عن ثغر شتيتٍ اى متفرق على استواء نبته كما قال الاعشى

(الخفيف) وشتيت كالأُقْحُوانِ جَلاه الطلُّ فيه عُذُوبةٌ واتّساقُ

والبرود البارد الريق ومن روى غداثره اراد غدائر الفرع* (Cod. 126.) يصفها بانها مِعْطار تستعمل الطيب الكثير وخصّ المسك لانه اجل ما يتطيب به وانها تجعل ذلك فى ذوابتها فاذا ضربتها الريح حملت المسك عنها وتفتر عند الابتسام عن ثغر متفرق النبتة لا يتركب اسنانه والشتيت المتفرق النبتة الحسن النصبة والبرود بمعنى البارد وذلك ان الفم اذا برد طاب نشره وكثر طيبه وريقه ومعلوم ان الانسان اذا كبر تغير نكهته والحال تدل على حداثة السن ايضا قال طفل (طُفَيْل؟)

(الطويل) برود الثنايا ذات خلقٍ شرعب*

١١ جَمَعَتْ بَيْنَ جِسْمِ أَحْمَدَ والسُّقْـــمِ وبين الجُفُونِ والتَّسْهِيدِ

(Cod. 126.) يعنى باحمد نفسه وذاك ان اسم احمد نفسُه فاورده على طريق الكناية فيُريد ان انتتانه بها جلب اليه السقم فالف بين جسمه والسقم فازال صحته وكما جمع بين جسمه وسقمه حال بين جفنه وبين النوم وهذا المعنى يسمى فى الصنعة التكرير ولو اتى فى عجز البيت بالضدّ من هذا المعنى لكان اغرب وحينئذ كان مقابلة وهو اكثر ورودًا فى اشعار المُفلقين وعلى ذلك قول الاخر

(الوافر) صحيحِ الهَجْرِ والاعراضِ عَنّى
مريضُ الوَدِّ لى والمُقْلتين* .

١٢ هَذِهِ مُهْجَتِى لَدَيْكِ لِحَيْنى فَٱنْقُصِى من عَذَابِها أَوْ فَزِيدِى

(Cod. 542.) سلّم لها الامرَ وقال بيدَيْك رُوحى وانما ذلك لهلاكى فان شئتِ فأنقصى عذابها بالوصل وان شئت زيدها (فزيديها .l) عذابا بالهجر والمهجة دم القلب ويوضع موضع الروح لان النفس لا تبقى دونها*

(Cod. 126.) لدى للقرب والحضرة وفيه ثلاث لُغات يريد ان روحى فى يديك ومهجتى (ومهجتى .l) ممكنةٌ لك وانت مستولية عليه (عليها .l) لما تُقدر من حينى وهلاكى وانت محكمة فيه (فيها .l) فافعلى فيها ما تريدى وهذا تدلّل لها واستعطاف لوصلها*

١٣ أَهْلٌ ما بى من الضَّنَى بَطَلٌ صِيــدَ بتصفيف طُرَّةٍ وبِجِيدِ

(Cod. 542.) اهل ابتداء وبطل خبره فالبطل الشجاع الذى يبطل عنده دماء الاقران والطرة شعر الجبهة وتصفيفها تسويتها من الصفّ وهذا البيت علة لما ذكره فى البيت الذى قبله يقول افعلى بى ما شئت فانى اهل لذلك ومستحق له لان الرجل الشجاع اذا صادته المراة بتصفيف شعرها وحسن عنقها فهو اهل لما حل به من ذلك وقيل انه انما قال هذا كالمتشقّى من نفسه بهذا الكلام والعذل (والعاذِلِ) لها على العشق يقول انا اهل لما بى من الضنى لانى بطل صِدتُ بما ذكر وقال ابن جنّىّ انا اهل ذلك حقيق به لحسن ما رايت وانا بطل صيد بتصفيف طرة وجيد هذا كلامه وهو على بُعْده محتمل*

(Cod. 126.) ارتفاع اهل بالابتداء وبطل صيد خبره والجملة صفة البطل ويريد ان الرجل الشجاع المتمنع على الاقران اذا

، صيد لمحاسن من يحبّه فيصاد بطرّة مُسوّاة وجيد اتلع فهو مستحق ان يحل به ما حل بى فلا تنكرن عظيم ما بى لان الأقْدام تَزِلُّ عند رُؤْيَة ما رايت وفى البيت عِظة وتحذير مَنْ رفع الطرف وان (أَنْ .l) لا يَحْفَظ البصرَ وان كلَّ من ارسل طرفه اورده الموارد فكل من طاوع طرفه رُبّما تابع حتفه*

١٤ كُلُّ شَىْءٍ من الدِماء حَرامٌ شُرْبُهُ ما خَلَا دَمَ العُنْقُودِ

(Cod. 542.) يريد بدم العنقود الخمر لانها يتحلب منه كما يسيل الدم من المقتول وليس الامر على ما قال فان شرب الخمر لا يحل الا أن يريد بدم العنقود العصير او ما لا يسكر من المطبوخ*

(Cod. 126.) اقتدى فيه بطريقة ابى نُواس ومن يحذوا حَذوه من المتماجين (?المتماجعين .l) فى الاشعار وهذا البيت لا يلزمه ما يلزمه (يلزم .l) سائر ابياته التى توهم سُوء اعتقاده وانما هو طريقة اصحاب الخلاعة من الشعرآء*

١٥ فٱسْقِنِيها فِدًى لِعَيْنَيْكِ نفسى من غَزَالٍ وطارِفى وتليدى

(Cod. 542.) انّث الكناية لانه اراد بالدم الخمر والطارف والمُطْرَف والطريف والمستطرَف كله ما استُحْدِث من الاموال والتليد والتالد والتلاد والمُتْلَد ما كان قديما عند صاحبه وقوله من غزال يخصص له بالفداء من جُملة الغِزْلان ومثله اندبك من رجل*

(Cod. 126.) خاطب المحبوب فقال اسقنى هذه الخمرة التى وصفتها ثم دعا لها استعطافا فقال تفدى نفسى وما حَوَتْه

يدى من الاموال على اختلافها من الموروث والمكتسب عينيك يها الغزال وقوله فدى ابتداء وقوله نفسى خبره وكذلك طارفى وتليدى وعند قوم يكون نفسى ابتداء وفدى خبره لئلّا تجعل النكرةُ ابتداء والمعرفة خبره وان شئتَ قلتَ فِدًا ابتداءٌ ونفسى رفع بفعْله وفعْله فدّى وهذه المسئلة قد مرّ (مَرّتْ .l) فى كتاب المجمل عند قولنا قائم زيد الان جَعْلَك نفسى فى موضع الفاعل هاهنا أقْوَى من جَعْله فاعلا فى قائم زيدٌ لانه هاهنا هو دُعاءٌ والدعاء بالفعل أَوْلَى فَمُورَدُهُ دُعاءٌ كانضمام الف الاستفهام او حرف النفى اليه فى قولك اقائم زيد وما قائم زيد وقوله من غزال مِن لِلتبيين والطارف والطريف المال المستحدث والتالد والتليد المال القديم*

١٦ شَيْبُ راسِى وذِلّتِى ونُحُولِى ودُمُوعِى على هَوَاكِ شُهُودِى

(Cod. 542.) الصحيح رواية من روى هَوَاكَ بفتح الكاف لان الخطاب لمُذكّر فى قوله فاسقنيها*

(Cod. 126.) هذه الاحوال دواعى النُهوك وشواهد البلاء وفى طريقته قول الاخر

(الكامل) مَنْ ذا يكذّب لى شهودا اربعًا
وشهود كل قضيّة اثنانِ
خفقانُ قلبى واختلاجُ جوارحى
وشحوبُ وجهى وَاعْتقال لسانِى*

١٧ أَيَّ يَوْمٍ سَرَرْتَنِى بِوِصالٍ لَمْ تَرُعْنِى ثَلَـثَةٌ بِصُدُودِ

(Cod. 542.) يـريـد فى اى يـوم ونصب على الظرف يقول لم تصلنى الا واعرضت عنى ثلثة ايام*

(Cod. 126.) هذا استفهام ومعناه التوجع والانكار فيقول اى يوم عطفت علىّ بوصال سُرِرتُ به عقبتَه من سُوء صنيعك بما يزيد عليه اضعافًا مُضاعَفَةً فكان الخير من جدوَاك تليلا وما يَتَعَقَّبُه من القُبْحِ زائدا عليه زيادةَ الثَلْثَة على الواحد وسمعت بعض الادباء يقول ان هذا تصحيف وانما هو لم ترعنى تلية بصدود اى ما يتلوه وهذا كما يقال ما أَجْمَلَ ارتجاعك فى عطيتك ومثله

(الوافر) فكان أَمانُه غَدْرًا سـريـعـا
وكـــان وصالُه تجيلَ بَيْنِ*

١٨ ما مُقَامِى بأَرْضِ نَخْلَةَ إلَّا كَمُقامِ المَسِيحِ بين اليَهُودِ

(Cod. 542.) نخلة قرية لبنى كلْب عند بعلبك من ارض الشام والمقام بمعنى الاقامة يقول ليست اقامتى ببلدهم الا كاقامة عيسى بين اليهود اى ان اهل هذه القرية اعداء لى كما كانت اليهود اعداء لعيسى وبهذا البيت لُقِّب بالمتنبى لتشبيهه نفسه بعيسى فى هذا ويصلُح فيما بَعْدُ*

(Cod. 126.) نخلة اسم قرية على ثلثة اميال من بعلبك فيقول مقامى بين هاولاء القوم كمقام عيسى بن مَرْيَمَ بين اليهود فى رَدِّ الحق عليه وهذا البيت احد ما اتهم به على انه كـــان تــوهم ادّعاء النبوة*

١٩ مَفْرَشِى صَهْوَةُ الحِصَانِ وَلكِـنَّ قَمِيصِى مَسْرُودَةٌ من حَدِيدِ

(Cod. 542.) المفرش موضع الفراش والصهوة مقعد الفارس من ظهر الفرس والحصان الفرس الفحل والمسرودة المنسوجة من الحديد وهى الدرع يقول انا شجاع مكانى ظهر الفرس وملبوسى الدرع وقال ابن جنى اى انا ابدا بهذه القرية على هذه الحال تيقظا وتاهبا*

(Cod. 126.) الاولى ان يروى مفرشى بفتح الميم والراء كناية عن الارض فاما المفرش فهو ما يجعل فيه الفرش وذلك بعيد هاهنا كان قصده انه لا يفارق ظهر الفرس فصار ظهر فرسه مستقره كما ان مستقر الناس ومطرح فرشهم الارض وفى طريقته

(الوافر) الفتُ ترحلى وجعلتُ ارضى
تَنُودى والغُرَيْرِىَّ الجُلالا

والصهوة مقعد الفارس من ظهر الفرس والحصان الذكر من الخيل العراب وهذا يصف مداومته الركوب ولبس الدروع والقميص المسرود من الحديد وهو الدرع والسرد تتابع الشىء ولذلك يقال لعمل الدرع السرد لانه حلق مسرودة ويقال فلان يقرا القران سَرْدًا اى على ولاء حروفه*

٢٠ لَامَةٌ فاضَةٌ أَضَاةٌ دِلَاصٌ   أَحْكَمَتْ نَسْجَها يَدَا دَاوُدِ

(Cod. 542.) لَامة مُلتئمة الصنعة فاضة سابغة يقال درع فاضة وفَيوض ومُفاضة وهى تفيض على بدنِ لابسِها فيغشّه والاضاة التى تُشبه الغدير*

(Cod. 126.) هذه كلها صفة الدرع فاللامة الملتئمة التى لا اختلاف فيها والملائمة الموافقة والفاضة الواسعة

يقال درع فاضة وفيوض والاضاة الغدير والدرع تشبه بالغدران وقد كثر ورود ذلك فى الشعر وذلك يدل على صفائها وبياضها وتكسرها والدلاص البرّاقة الضيقة الحلق قوله احكمت نجها يدا داود اى من نسج داود عليه السلام الذى سخّر له الحديد*

٢١ أَيْنَ فَضْلِي إِذَا قَنِعْتُ مِنَ الدَّهْـــرِ بعَيْشٍ مُعَجَّلِ التَّنْكِيدِ

(Cod. 542.) يقول اذا قنعت بعيش قد عُجّل لى تكدُّه وأُخِّرَ عنى خيرُه فاين فضلى اى مكان فضلى قد خفى فليس يُرى*

(Cod. 126.) يريد إنّى مع تَكامُل اشيائى اذا قَنعتُ بالعيش الدون فقد اضعتُ فضلى وصرتُ فى رتبة الناقص فمن حقِّى أنْ لا ارضَى الا بالرتبة العالية وقوله اين فضلى اذا قنعت من الدهر بعيش مجل التنكيد استفهامٌ معناه الانكار كانه ينكر على نفسه ذلك وقد اكثر الشعراء فى هذا المعنى والنكد الخسيس*

٢٢ ضاق صَدْرِى وطَالَ فى طَلَبِ الرِّزْقِ قِيَامِى وقَلَّ عَنْهُ قُعُودِى

(Cod. 542.) يقول ضقتُ صدرا لكثرة ما قمتُ فى طلب الرزق وسعيت فيه*

(Cod. 126.) كانه المّ فى هذا البيت بطريقة ابى تمام فى ايثار الصنعة وتعهد اللفظ الا ترى انه جمع بين القيام والقعود على المقابلة وهذا كلامُ مُتبرمٍ بحاله شاكٍ قُصور سعيه عن منترع همته فيقول طال فى طلب ما يقيمنى اجتهادى ولم

ات بتقصيرٍ ومع ذلك لم ادرك بغيتى فانا لذلك ضيق الصدر حَرِج فى امرى ولقد بالغ فى الشكاية والمعاتبة بذكر الرزق لان الرزق هو العطاء الجارى الذى لا بد منه فاذا كان تعوده عما لا بد منه فكيف حاله فى طلب الفضيلة*

٢٣ أَبَدًا أَقْطَعُ البِلَادَ وَنَجمِى فى نُحُوسٍ وَهِمَّتِى فى سُعُودِ

(Cod. 542.) يقول أُسَافِر ابدا فى طلب الرزق وَحظى منحوس وهمتى عالية كما قال الطائىّ
(الخفيف) همتى تنطح النجومَ وجدٌّ آلفٌ للحضيض فهو حضيض
وكما قال الاخر
(المتقارب) ولى همّة فوق نجم السماء
ولكنّ حالى تحت الثُّرَيّا*

(Cod. 126.) هذا البيت افرغه ايضا فى قالب ابى تمامٍ وهو ذكُرهُ النحوس فى مقابلة السعود فيقول لا يستقر قرارى فى موضع فابدا اجوب الفيافى واقطع البلاد وهمتى عالية وَجدّى تاصر فنجمه فى النحوس وهمته فى السعود وكنى عن الحظ بالنجم على عادة المنجمين الذين يعلقون الحظوظ والاقسام بالنجوم والله تعالى هو المعطى والمانع لا مانعَ لِما اعطى ولا مُعْطِىَ لِما منع*

٢٤ وَلَعَلِّى مُؤَمِّلٌ بَعْضَ مَا أَبْـلُغُ باللُّطْف مِنْ عَزِيزٍ حَمِيدِ

(Cod. 542.) يقول لعلى راجٍ بعض ما ابلغه بلطف الله العزيز الحميد اى الذى ارجوه لَعلّه بعض ما ابلغه بلطف الله وفيه وجه اخر وهو ان اله جُوّ ما هو محبوب وما كان مكروهًا

لا يكون مَرْجُوًّا بل يكون محذورا فهو يقول لعلى راجٍ بعض ما ابلغه وادركه من فضل الله اى ليس جميع ما ابلغه مكروها بل بعضه مرجو محبوب وقيل ان هذا على القلب تقديره لعلى بالغٌ بلطف الله تعالى بعض ما اوملهٗ*

(Cod. 126.) لقد احسن كل الاحسان فى هذا البيت وقل ما يسلك هذا المسلك فيقول ان الحَزْم مع مَن يُفوض (فَوَّض .l) الامر الى الله تعالى وتبرّأً اليه من حوله وقوته فلعلى اومل انى أَصِلُ الى بعض ما اطلبه بلطف خَفِيّ من قبل الله تعالى فييسر لى من حيث لا اعرف وجهه*

٢٠ لِسَرِيّ لِبَاسُهُ خَشِنُ القُطْـنِ وَمَرْوِيُّ مَرْوَ لُبْسُ القُرُودِ

(Cod. 542.) السرى الماجد الشريف يقال سَرُوَ يَسْرو سَرْوًا فهو سَرِيّ يقول ابلغه بسرى يلبس ما يُنْسَج من القطن الخشن ومروى مرو اى الثوب الذى نُسِج به لباس اللئام والعربُ تتمدّح بخشونة الملبس والمطعم وتعيب الترفة والنعمة ويروى لسرى باللام اراد به نفسه وهذه الرواية انما تصحّ اذا كان البيت الذى قبله على القلب يقول لعلى بالغٌ بعض ما اوملهٗ لسرىّ يتقشف فى لُبسه واللبس مَصْدَرُ لبستُ الثَّوْبَ واللِبس بكسر اللام مايُلْبس*

(Cod. 126.) اللام فى قوله لسرى يتعلق بقوله اقطع البلاد وهو بيان العِلّة لذلك فيقول ان دُوُّوبى واجتهادى لِتَلافى الامر وانى ارى الامور تجرى على غير ترتيب فارى الكريم فى كَسْف وسُوء حالٍ والخسيس يتمرّغ فى النِعم وإن وَلِيتُ الامر رددتُّ

الجميع الى الو اجب. ويكون ذلك السرى على وجه المثل ومن الناس من يحمله على انه يريد به نفسَه وهذا ليس ببَعيدٍ لان العموم الذى ذكرناه يشمله وهو ذكرُ بعضِ ما يحتمله ما فَسَّرْنا عليه*

٣٦ فَرُؤُوسُ الرِّمَاحِ أَذْهَبُ لِلْغَيْــظِ وَأَشْفَى لِغِلِّ صَدْرِ الحَقُـودِ

(Cod. 542.) اراد برووس الرماح الاسِنّة وقوله اذهب للغيظ كان حقُّه ان يقول اشدُّ إذهابًا ولا يُبنى افعل من الافعال الّا فى ضرورة الشعر ولو قال اذهب بالغيظ لم يكن ضرورة يقول ذهاب الغيظ برووس الرماح اكثر من ذهابه بالسِّلْم واشفى لغلّ الحقود على اعدائه ومن روى الحسود اراد الكثير الحَسَد الذى لا يذهب حسده الا بان يطعن المحسود فيقتله والحقود احسن فى المعنى*

(Cod. 126.) يريد انه لا يشفى غلَّ صدرك ولا يُبْلِغك الانتصاف لك بشى (شىء .l) كرووس الرماح واستعمالها وهذا ايضا معنى مسلوك فان الواجد اذا استعمل الجدّ وباشَرَ حد الرماح والسيوف شفى صدره وَروَّى غليله وقوله اذهب للغيظ لو قال اشدُّ اذهابا لغيظٍ لكان اسلم الا انه جاء بافعل من افعل بحذف الزيادة وقد اشرت اليه فيما أَمْلَيْتُهُ من الجمل فى النحو وان ابا العباس يخالف ذلك ويقصره على الالفاظ المسموعة*

٣٧ عِشْ عَزِيزا أَوْ مُتْ فَأَنْتَ كَرِيمٌ بَيْنَ طَعْنِ القَنَا وخَفْقِ البُنُودِ

(Cod. 542.) البنود جمع البند وهو العَلَم الكبير يقول

إمّا أن تعش (تَعِيشَ .l) عزيزاً متمنعا من الاعداء وتموت (أَوْ تَمُوتَ l) فى الحرب موت الكرام لان القتل فى الحرب يدل على شجاعة الرجل وكَرَم خُلقه وهو خير من العيش فى الذُّل*

(Cod. 126.) هذا نهجٌ مسلوك يتواصى به اهل الانفة فيقول لا ترض بعيشك مع الذُّل وآثر الموت فى الكرم عليه وهذا كما قيل ولَمَوْتٌ فى عزّ خير من حيوةٍ على ذُلٍّ وقوله بين طعن القنا إشارة الى الحرب والبند كلمة أعجميّة وهو العلم الكبير*

٢٨ لَا كَمَا قَدْ حَيِيتَ غَيْرَ حَمِيدٍ واذا مُتَّ مُتَّ غَيْرَ فَقِيدِ

(Cod. 542) يقال حَيِيَ يحيى حياة ويقال ايضا حَىَّ بالادغام فى الماضى ولا يقال فى المستقبل بالادغام وذلك ان حَيِيَ عينُ الفعل منه ياء مكسورة ولامه ايضا ياء والياء أُخت الكسرة فكانه اجتمع ثلثُ كسرات فحذفت كسرة العين وأُدغمت فى اللام ولم يعض فى المستقبل شى من هذا وانما يخاطب نفسه يقول عش عزيزا او مت فى الحرب حميدا ولا تكن كما قد عشت الى هذا الوقت غير محمود فيما بين الناس واذا مت على فراشك فى هذا الوقت (مُتَّ adde) غير مفقود لان الناس يجدون مثلك كثيرا ويستغنون عنك ولا يبالون بموتك فلا يذكرونك بعد موتك*

(Cod. 126.) لَا رَدٌّ على من اعتقد خلاف ذلك فيقول ليس الصواب ما يقدّر المؤثر للعيش المقرون بالذل على القتل فى وجه العزّ وفسّر بما ذكره فيقول انت اذا رضيت بهذا الدُّوْن فقد تخطّاكَ الفضل فى حياتك ومماتك فاذا حييت حييت وانت

غَيْرُ حـــميد وان مــت لــم يــتــبــيــن فقــدك فانتصاب غيرَ على الحال*

٢٩ . فَاطْلُبِ ٱلعِزَّ فى لَظَى وَذَرِ الـــذُلَّ وَلَوْ كَانَ فى جِنَانِ الخُلُودِ

(Cod. 542.) لَظَى من اسماء جهنم ويقول اطلب العز ولو كان فى جهنم ودع الذل ولو كان فى الجنة وهذا مثل ومبالغة فى طلب العز والتجافى من الذل والا فلا عز فى جهنم ولا ذل فى الجنة*

(Cod. 126.) لَظَى اسم لبعض دركات (حَرَكَاتِ .l) النار نعوذ بالله منها يريد عليك بالعز وان اشـتـديـت (اشْتَدَتْ .l) بـه كلّ مشقّةٍ وآثرك الذل ولو اتصلتْ به الرغباتُ واللذاذت(وَاللَّذَّاتُ .l) وذكر الجنة والنار على طريق المثل*

٣٠ يُقْتَلُ العَاجِزُ الجَبَانُ وَقَدْ يَعْـجِزُ عن قَطْعِ بُخْنُقِ المَوْلُودِ

(Cod. 542.) البخنق خِرْقة تقنع بها المراة راسها يقول العاجزُ كلّ العاجز (العجز .l) قد يقتل يعنى ان العجز والجبن لَيْسا من اسباب البقاء فلا تعجز ولا تجبن حُبّا للبقاء*

(Cod. 126.) يقال بُخْنُقٌ وبُخْنَقٌ وهى خرقة تتقنع بها المراة وتحط طـرفها تحت حنكها وقد يقال مُخْنُق بالميم والبيت مثل فيقول لا ترتدع عن المكاره توقّيًا للاجل لان الحَيْـنَ لا ياتى الا بقدر ولا ينفع مَـعَهُ الحَذَرُ فرب عاجز جبان لا يجسر على ان يقطع بخنق الصبى واذا اتاه حينه حل به*

٣١ وَيُوَقَّى ٱلفتى الخِشُّ وَقَدْ خَـوَّضَ فى مَاءِ لَبَّةِ الصِّنْدِيدِ

(Cod. 542.) يقال وَقَاه اللهُ السُّوءَ ووقًا فهو مُوَقًّى والمحش الدخّال فى الامور والحروب وخوض اكثر الخوض واللبة اعلى الصدر عند الحلق وماؤها الدم والصنديد السيّد يقول قد يسلم مَن يدخل الحروب فى اشدِّ الاحوالِ واكثرها خَوْفا وهذا حث على الاقدام*

(Cod. 126.) هذا البيت من تِسْمَته الاولى وقابل فيه الشجاع بالجبان تكملة للمراد فيقول قد يقتل العاجز مع ضعفه وتصوره ويسلم الشجاع البطل الدخّال فى غمرات الحروب والمحش ما يُحش به النار وهو الموقد لنار الحرب والمحش الدخال فى الامور واللبة موضع النحر يريد الذى يطعن فى صدر الابطال والصنديد الرجل الكريم والفرنس الكريم وقد يقال صِنْتِيت ايضا ومفعولُ خوض محذوف تقديره خوض السِنانَ فى دم صدور الابطال*

٣٢ لا بِقَوْمى شَرُفْتُ بل شَرُفُوا بى وَبِنفَسْى فَخِرْتُ لا بِجُدودِى

(Cod. 542.) هذه كقوله

(الرجز) نفسُ عِصامٍ سَوَّدَتْ عِصاما
وعلّمته الكرَّ وَالاقـداما
وجعلته ملِكا هُمـامـا

ونحوه قول عامر بن الطُّفيل

(الطويل) فما سودتنى عامِرٌ عـن وِراثـةٍ
ابَى الله ان اسمو بأُمٍّ ولا ابِ
ولكننى احمى حماهـا واتـقى
أذاها وارمى مَنْ رماها بمقنبِ

قال الرُّواة لو اقتصر على هذا البيت كان أَلأمَ الناس نسبا لكنه قال

(Cod. 126.) هذا تَبَجُّحُ الفضلاء لان الكريم من يسود بنفسه لا بابائه وقريب منه قول عامر بن الطفيل

فما سودتنى عامر عن وراثة
ابى الله ان اسمو بام ولا اب
ولكننى احمى حماها واتقى
اذاها فارمى من رماها بمقنب*

٣٣ وَبِهِم فَخْرُ كُلِّ مَنْ نَطَقَ الضَّادَ وَعَوْذُ الجانىوَغَوْثُ الطَّرِيدِ

(Cod. 542.) الضاد للعرب خاصةً يقول بقومى فخر العرب كلهم وبهم عوذ الجانى يعنى ان مَنْ جنى جناية وخاف على نفسه عاذ بقومى ليأمن على نفسه وبهم غوث الطريد وهى (وهو .l) الذى طرِد ونفى اى انه يستغيث بهم ويلجأ اليهم فيعز بمنعتهم*

(Cod. 126.) يريد ان تركى بالتبجح (التَّبَجُّحَ .l) بقومىلا لنقصانٍ فيهم لانهم فخر جميع العرب وبهم عوذ الجانى وغوث الطريد ومن كان كذلك لا يُسْتَنْكَفُ من الافتخار بهم ولكن فضائلى المُختصّة بى تُغنينى عن ذلك والعوذ ما يُستعاذ به والتجىّ اليه والغوث من يَغوثُ المقهور وجاء به على بناء المصدر وقوله من نطق الضاد كناية عن العرب وذهب الى انها للعرب خاصّةً ليس تُوجد فى العجم الا ان ابا بكر بن دُرَيْد ذكر انها للعرب ولقليلمن العجم*

٣٤ إنْ أَكُنْ مُعْجَبًا فَعُجْبُ عَجِيبٍ لم يَجِدْ فَوْقَ نَفْسه من مَزِيدِ

(Cod. 542.) المعجب الذى يُعْجَب بنفسه والعجيب الذى

يقال درع فاضة وفيوض والاضاة الغدير والدرع تشبه بالغدران وقد كثر ورود ذلك فى الشعر وذلك يدل على صفائها وبياضها وتكسرها والدلاص البرّاقة الضيقة الحلق قوله احكمت نسجها يدا داود اى من نسج داود عليه السلام الذى سخّر له الحديد*

٢١ أَيْنَ فَضْلِي إِذَا قَنِعْتُ مِنَ الدَّهْـرِ بِعَيْشٍ مُعَجَّلِ التَّنْكِيدِ

(Cod. 542.) يقول اذا قنعت بعيش قد عُجّل لى نكدُه وأُخِّرَ عنى خيرُه فاين فضلى اى مكان فضلى قد خفى فليس يُرى*

(Cod. 126.) يريد إنّى مع تَكامُل اشيائى اذا قنعتُ بالعيش الدون فقد اضعتُ فضلى وصرتُ فى رتبة الناقص فمن حقّى أنْ لا ارضَى الا بالرتبة العالية وقوله اين فضلى اذا قنعت من الدهر بعيش مجل التنكيد استفهامٌ معناه الانكار كانه ينكر على نفسه ذلك وقد اكثر الشعراء فى هذا المعنى والنكد الخسيس*

٢٢ ضاق صَدْرِى وطَالَ فى طَلَبِ الرِّزْقِ قِيَامِى وقَلَّ عَنْهُ قُعُودِى

(Cod. 542.) يقول ضقتُ صدرا لكثرة ما قمتُ فى طلب الرزق وسعيت فيه*

(Cod. 126.) كانه المّ فى هذا البيت بطريقة ابى تمام فى ايثار الصنعة وتعهد اللفظ الا ترى انه جمع بين القيام والقعود على المقابلة وهذا كلامُ مُتبرمٍ بحاله شاكٍ قُصور سعيه عن منترع همته فيقول طال فى طلب ما يقيمنى اجتهادى ولم

ات بتقصير ومع ذلك لم ادرك بغيتى فانا لذلك ضيق الصدر حَرج فى امرى ولقد بالغ فى الشكاية والمعاتبة بذكر الرزق لان الرزق هو العطاء الجارى الذى لا بد منه فاذا كان قعوده عما لا بد منه فكيف حاله فى طلب الفضيلة*

٢٣ أَبَدًا أَقْطَعُ البِلَادَ وَنَجْمِى فى نُحُوسٍ وَهِمَّتِى فى سُعُودِ

(Cod. 542.) يقول أُسَافِر ابدا فى طلب الرزق وَحظّى منحوس وهمتى عالية كما قال الطائى

(الخفيف) همتى تنطح النجومَ وجدٌّ آلفٌ للحضيض فهو حضيض

وكما قال الاخر

(المتقارب) ولى همّة فوق نجم السماء

ولكنّ حالى تحت الثُّرَيّا*

(Cod. 126.) هذا البيت افرغه ايضا فى قالب ابى تمامٍ وهو ذكُره النحوس فى مقابلة السعود فيقول لا يستقر قرارى فى موضع فابدا اجوب الفيافى واقطع البلاد وهمتى عالية وَجدّى قاصر فنجمه فى النحوس وهمته فى السعود وكنى عن الحظ بالنجم على عادة المنجمين الذين يعلقون الحظوظ والاقسام بالنجوم والله تعالى هو المعطى والمانع لا مانعَ لِما اعطى ولا مُعْطِىَ لِما منع*

٢٤ وَلَعَلِّى مُؤَمِّلٌ بَعْضَ مَا أَبْـلُغُ باللُّطْفِ مِنْ عَزِيزٍ حَمِيدِ

(Cod. 542.) يقول لعلى راجٍ بعض ما ابلغه بلطف الله العزيز الحميد اى الذى ارجوه لَعله بعض ما ابلغه بلطف الله وفيه وجه اخر وهو ان اله جُوّ ما هو محبوب وما كان مكروهًا

لا يكون مَرْجُوًّا بل يكون محذورا فهو يقول لعلى راجٍ بعض ما ابلغه وادركه من فضل الله اى ليس جميع ما ابلغه مكروها بل بعضه مرجو محبوب وقيل ان هذا على القلب تقديره لعلى بالغٌ بلطف الله تعالى بعض ما اومله*

(Cod. 126.) لقد احسن كل الاحسان فى هذا البيت وقل ما يسلك هذا المسلك فيقول ان الحَزْم مع مَن يُفوض (فَوَّض .l) الامر الى الله تعالى وتبرّأ اليه من حوله وقوته فلعلى اومل انى أَصِلُ الى بعض ما اطلبه بلطف خَفِيّ من قبل الله تعالى فييسر لى من حيث لا اعرف وجهه*

٢٥ لِسَرِيّ لِبَاسُهُ خَشِنُ القُطْـنِ وَمَرْوِيُّ مَرْوَ لُبْسُ القُرُودِ

(Cod. 542.) السرى الماجد الشريف يقال سَرُوَ يَسْرو سَرْوًا فهو سَرِيّ يقول ابلغه بسرى يلبس ما يُنْسَج من القطن الخشن ومروى مرو اى الثوب الذى نُسِج به لباس اللئام والعربُ تتمدّح بخشونة الملبس والمطعم وتعيب الترفة والنعمة ويروى لسرى باللام اراد به نفسه وهذه الرواية انما تصحّ اذا كان البيت الذى قبله على القلب يقول لعلى بالغٌ بعض ما اومله لسرىّ يتقشف فى لُبسه واللبس مَصْدَرُ لبستُ الثَّوْبَ واللِبس بكسر اللام مايُلْبس*

(Cod. 126.) اللام فى قوله لسرى يتعلق بقوله اقطع البلاد وهو بيان العِلّة لذلك فيقول ان دُؤوبى واجتهادى لِتَلافى الامر وانى ارى الامور تجرى على غير ترتيب فارى الكريم فى كَسْفِ وسُوء حالٍ والخسيس يتمرّغ فى النِعم وإن وَلِيتُ الامر رددتُ

الجميع الى الو اجب. ويكون ذكـ السرى على وجه المثل ومن الناس من يحمله على انه يريد به نفسه وهذا ليس ببَعيدٍ لان العموم الذى ذكرناه يشمله وهو ذكرٌ بعضِ ما يحتمله ما فَسَّرْنا عليه*

٣٦ فَرُؤُوسُ الرِّمَاحِ أَذْهَبُ لِلْغَيْـظِ وَأَشْفَى لِغِلِّ صَدْرِ الحَقُـودِ

(Cod. 542.) اراد برووس الرماح الاسنّة وقوله اذهب للغيظ كان حقّه ان يقول اشدّ إذهابًا ولا يُبنى افعل من الافعال الّا فى ضرورة الشعر ولو قال اذهب بالغيظ لم يكن ضرورة يقول ذهاب الغيظ برووس الرماح اكثر من ذهابه بـالـسِّـلْـم واشفى لغلّ الحقود على اعدائه ومن روى الحسود اراد الكثير الحَسَد الذى لا يذهب حسده الا بـان يطعن الحسـود فيقتله والحقود احسن فى المعنى*

(Cod. 126.) يريد انه لا يشفى غلّ صدرك ولا يُبْلِـغـك الانتصافَ لك بشى (شىء .l) كرووس الرماح واستعمالها وهذا ايضا معنى مسلوك فان الواجد اذا استعمل الجدّ وباشَرَ حد الرماح والسيوف شفى صدره وَروَّى غليله وقوله اذهب للغيظ لو قال اشدَّ اذهابا لغيظ لكان اسلم الا انه جاء بافعل من افعـل بحذف الزيادة وقد اشرت اليه فيما أَمْلَيْتُهُ مـن الـجـمـل فى النحو وان ابا العباس يخالف ذلك ويقصره عـلى الالـفـاظ الـمسموعة*

٣٧ عِشْ عَزِيزا أَوْ مُتْ فَأَنْتَ كَرِيمٌ بَيْنَ طَعْنِ القَنَا وخَفْقِ البُنُودِ

(Cod. 542.) البنود جمع البند وهو العَلَم الكبيرُ يـقـول

إمّا أن تعش (تَعِيش .l) عزيزا متمنعا من الاعداء وتموت (أَوْ تَمُوتَ l) فى الحرب موت الكرام لان القتل فى الحرب يدل على شجاعة الرجل وكَرَم خُلقه وهو خير من العيش فى الذل*

(Cod. 126.) هذا نهج مسلوك يتواصى به اهل الانفة فيقول لا ترض بعيشك مع الذّل وآثر الموت فى الكرم عليه وهذا كما قيل ولَمَوْتٌ فى عزّ خير من حيوةٍ على ذُلّ وقوله بين طعن القنا إشارة الى الحرب والبند كلمة أعجميّةٌ وهو العلم الكبير*

٣٨ لَا كَمَا قَدْ حَيِيتَ غَيْرَ حَمِيدٍ واذا مُتّ مُتّ غَيْرَ فَقِيدِ

(Cod. 542) يقال حَيِىَ يحيى حياة ويقال ايضا حىّ بالادغام فى الماضى ولا يقال فى المستقبل بالادغام وذلك ان حَيِىَ عينُ الفعل منه ياء مكسورة ولامه ايضا ياء والياء أُخت الكسرة فكانه اجتمع ثلثُ كسرات فحذفت كسرة العين وأُدغمت فى اللام ولم يعض فى المستقبل شى من هذا وانما يخاطب نفسه يقول عش عزيزا او مت فى الحرب حميدا ولا تكن كما قد عشت الى هذا الوقت غير محمود فيما بين الناس واذا مت على فراشك فى هذا الوقت (مُتّ adde) غير مفقود لان الناس يجدون مثلك كثيرا ويستغنون عنك ولا يبالون بموتك فلا يذكرونك بعد موتك*

(Cod. 126.) لَا رَدٌّ على من اعتقد خلاف ذلك فيقول ليس الصواب ما يقدّر الموثر للعيش المقرون بالذل على القتل فى وجه العزّ ونسّر بما ذكره فيقول انت اذا رضيت بهذا الدّون فقد تخطّاكَ الفضل فى حياتك ومماتك فاذا حييت حييت وانت

غَيْرُ حـمـيد وان مـت لـم يـتـبـين فقـدك فانتصاب غيرَ على الحال*

٢٩ . فَاطْلُبِ ٱلعِزَّ فِى لَظَى وَذَرِ الـذُّلَّ وَلَوْ كَانَ فِى جِنَانِ الخُلُودِ

(Cod. 542.) لظَى من اسماء جهنم ويقول اطلب العز ولو كان فى جهنم ودع الذل ولو كان فى الجنة وهذا مثل ومبالغة فى طلب العز والتجافى من الذل والا فلا عز فى جهنم ولا ذل فى الجنة*

(Cod. 126.) لظَى اسم لبعض كركات (حَرَكَـاتِ .l) النار نعوذ بالله منها يريد عليك بالعز وان افـتـديـت (اقْتَدَتْ .l) بـه كلَّ مشقّةٍ وآثِرْك الذل ولو اتصلتْ به الرغباتُ واللذاذت(وَاللَّذَّاتُ .l) وذكر الجنة والنار على طريق المثل*

٣٠ يُقْتَلُ العَاجِزُ الجَبَانُ وَقَدْ يَعْـجِزُ عن قَطْعِ بُخْنُقِ المَوْلُودِ

(Cod. 542.) البخنق خِرْقة تقنع بها المراة راسها يقول العاجزُ كلّ العاجز (العجز .l) قد يقتل يعنى ان العجز والجبن لَيْسا من اسباب البقاء فلا تعجز ولا تجبن حُبًّا للبقاء*

(Cod. 126.) يقال بُخْنُقٌ وبُخْنَقٌ وهى خرقة تتقنع بها المراة وتحط طـرفها تحت حنكها وقد يقال مُخْنُق بالميم والبيت مثل فيقول لا ترتدع عن المكاره توقّيًا للاجل لان الحَيْنَ لا ياتى الا بقدر ولا ينفع مَعَهُ الحَذَرُ فرب عاجز جبان لا يجسر على ان يقطع بخنق الصبى واذا اتاه حينه حل به*

٣١ وَيُوَقَّى ٱلفتى المِخَشُّ وَقَدْ خَـوَّضَ فى مَاءِ لَبَّةِ الصِّنْدِيدِ

(Cod. 542.) يقال وَقَاه اللهُ السُّوء ووقّا فهو مُوَقًّى والخشّ الدخّال فى الامور والحروب وخوض اكثر الخوض واللبة اعلى الصدر عند الحلق وماؤها الدم والصنديد السّيّد يقول قد يسلم مَنْ يدخل الحروب فى اشدّ الاحوالِ واكثرِها خَوْفا وهذا حث على الاقدام*

(Cod. 126.) هذا البيت من تِسْمَته الاولى وقابل فيه ألشجاع بالجبان تكملة للمراد فيقول قد يقتل العاجز مع ضعفه وقصوره ويسلم الشجاع البطل الدخّال فى غمرات الحروب والخشّ ما يُخش به النار وهو الموقد لنار الحرب والخشّ الدخال فى الامور واللبة موضع النحر يريد الذى يطعن فى صدر الابطال والصنديد الرجل الكريم والفرنس الكريم وقد يقال صِنْتِيت ايضا ومفعولُ خوض محذوف تقديره خوض السِنانَ فى دم صدور الابطال*

٣٢ لا بِقَوْمى شَرُفْتُ بل شَرُفُوا بى وَبِنفَسْى فَخِرْتُ لا بِجُدُودِى

(Cod. 542.) هذه كقوله

(الرجز) نفسُ عِصامٍ سَوَّدَتْ عِصاما
وعلّمتْه الكرَّ وَالاقداما
وجعلتْه مِلِكا هُماما

ونحوه قول عامر بن الطُّفيل

(الطويل) فما سودتنى عامرٌ عن وِراثةٍ
ابَى الله ان اسمو بأُمٍّ ولا ابِ
ولكننى احمى حماها واتقى
أذاها وارمى مَنْ رماها بمقنبِ

قال الرُّواة لو اقتصر على هذا البيت كان ألأمَ الناس نسبا لكنه قال

(Cod. 126.) هذا تَبَجُّحٌ الفضلاء لان الكريم من يسود بنفسه لا بابائه وقريب منه قول عامر بن الطفيل

فما سودتنى عامر عن وراثة
ابى الله ان اسمو بام ولا اب
ولكننى احمى حماها واتقى
اذاها فارمى من رماها بمقنب*

٣٣ وَبِهِم فَخْرُ كُلِّ مَنْ نَطَقَ الضَّادَ وَعَوْذُ الجانىوَغَوْثُ الطَّرِيدِ

(Cod. 542.) الضاد للعرب خاصّةً يقول بقومى فخر العرب كلهم وبهم عوذ الجانى يعنى ان مَنْ جنى جناية وخاف على نفسه عاذ بقومى ليأمن على نفسه وبهم غوث الطريد وهى (وهو .l) الذى طرِد ونفى اى انه يستغيث بهم ويلجأ اليهم فيعز بمنعتهم*

(Cod. 126.) يريد ان تركى بالتبجح (التَّبَجُّح .l) بقومىلا لنقصانٍ فيهم لانهم فخر جميع العرب وبهم عوذ الجانى وغوث الطريد ومن كان كذلك لا يُسْتَنْكَفُ من الافتخار بهم ولكن فضائلى المُختصّة بى تُغنينى عن ذلك والعوذ ما يُستعاذ به والتجىّ اليه والغوث من يَغوثُ المقهور وجاء به على بناء المصدر وقوله من نطق الضاد كناية عن العرب وذهب الى انها للعرب خاصّةً ليس تُوجد فى العجم الا ان ابا بكر بن دُرَيْد ذكر انها للعرب ولقليل من العجم*

٣٤ إنْ أَكُنْ مُعْجَبًا فَعُجْبُ عَجِيبٍ لم يَجِدْ فَوْقَ نَفْسه من مَزِيدِ

(Cod. 542.) المعجب الذى يُعجَب بنفسه والعجيب الذى

يُعْجِب غيرهَ وهو بمعنى المُعْجِب كالبديع بمعنى المُبْدِع يقول ان أُعْجِبْتُ بنفسى فانّ مُحبى عجبُ مُعْجِبٍ لا يرى فوق نفسه مز يدا فى الشَّرَف اى ليس عجبى بمُنكَر*

(Cod. 126.) يريد ان كنتُ معجباً بفضائلى مغتبطًا بمحاسنى فليس ببديع لانى نادِر خارج عن طريقة اهل زمانى فلا اجد مزيدا أتمنّاهُ لنفسى وهذا اسراف وادعاء مثل ذلك للنفس لا يَرْتضيه كل احدٍ*

٣٥ أَنَا تِرْبُ النَّدَى وَرَبُّ القوافى وسِمَامُ العِدَى وَغَيْظُ الحَسُودِ

(Cod. 542.) يقول انا اخو الجود وُلِدْنا معا وانا صاحب القوافى أُنْشِئُها لانى لم أُسْبَق الى مثلها وانا اقتل اعدائى كما يقتل السم وانا سبب غيظ الحُسّاد لانهم يتمنّون مكانى فلا يدركونه فيتغايظون*

(Cod. 126.) اخذ يعْلُ محاسنه فيقول انا ترين السخاء ولِدَتُه والترب اللِّدَة والشهور انه يُستعمل فى النساء قال الله تعالى وكَوَاعِبَ أَتْرَابًا وقوله ورب القوافى يريد استيلاءه على قريض الشعر وسمام العدى اى مهلكهم والسمام جمع السم*

٣٦ أَنَا فى أُمَّةٍ تَدَارَكَهَا اللّـهُ غَرِيبٌ كَصَالِحٍ فى ثَمُودِ

(Cod. 542.) تداركها الله دعاء لها اى ادركهم الله ونجّاهم من لُؤمهم ويجوز ان يكون دعاء عليهم اى ادركهم بالهلاك لا نَجَوْا منهم (منه .l) وكان ابن جنى يقول انه بهذا البيت سُمِّىَ المتنبى*

(Cod. 126.) هذا البيت ايضا مما يوهم ما كان يُتَّهَمُ

به من ادّعاء النبوّة يريد انا فى امة تداركها الله بى كما
تدارك بصالح قوم ثمود حين بعثه اليهم فلم يجيبوه ولم
يقبلوا الرشد منه وقوله غريبَ اى ليس بِمُساعَدٍ* .

Carminum nonnullorum Motanabbii *Speciminis* instar edendorum consilium, quod ante hos octo circiter annos, suadente Cl. Hamakero, Praeceptore carissimo, ceperam, varias ob caussas tum in aliud tempus differre coactus fui; nunc vero illud, ipsius et Amici conjunctissimi, Henr. Engel. Weijersii, viri clarissimi, animadversionibus grato animo utens, datâ opportunitate, consilio quodammodo mutato, exequi conabor. Omissâ enim editione *Capitis quinti* Tsaâlibii *Operis*, cui titulus est: يتيمة الدهر في محاسن اهل العصر (*Pretiosa aevi margarita de meritis*, sive *dictis pulchris*, *virorum seculi*)*, tria modo carmina inedita publici iuris faciam,

---

* Mortuus est ابو منصور عبد الملك الثعالبى anno Hedjrae 430 vel 429. Totum hocce caput de Motanabbio agit. Tria ejus exempla in Bibl. L. B. reperiuntur. Duo, 23 (1691) et 502 (1692), illud Tsaâlibii *opus* exhibent integrum; tertium, 1005 (1892), *caput quintum* solum in paginis 20 ultimis (215-235); quod caput ibi subjungitur et *versibus quibusdam*, *a variis Poëtis compositis*, et (quod Cl. Hamakerus in notâ, quae Cl. Weijersii, Codicem 1005 (1892) hic describentis, *Specimini Crit. exhibenti locos Ibn-Khacanis de Ibn-Zeidouno* (L. B. 1831 p. 16-18) subjecta est, conjecit) *primae operis Ibn-Khallicani* (وفيات الاعيان) *recensioni*, a quodam ejus Discipulorum Amicorumve, apparatum, quem ille jam dudum collegerat, adhibente, conscriptae ante, quam Ibn-Khallicanus suam ipse editionem paraverat. — *Quartum* Tsaâlibii Operis exemplar extat Parisiis in Bibl.

additis latinâ versione et annotatione, duobus vero prioribus *duplici* commentario Arabico. Nunc autem primum tantum carmen edam; de quo pariter atque de tribus, quibus usus sum, Bibliothecae L. B. Codicibus, nonnulla praemittere juvat.

De Codicibus Leidensibus, Carmina Motanabbii complectentibus, Hamakerus et Weijersius, viri clarissimi, verbo mentionem fecerunt, ille in notâ ad Weijersii *Specimen Crit.*, p. 122, hic ibid. p. 186. Sunt tres, n. 25 (1553), n. 126 (1554), n. 542 (1555).[a] Primum de *primo* et *tertio*, porro de *secundo* videamus.

Codex n. 25, chartâ Orientali compositus, in folio, constans paginis 312, maximam carminum Motanabbii partem exhibet. Magna enim in iis est lacuna atque insuper carmina nonnulla desunt.[b] Scriptura est Mauritanica, sed ni-

Reg. (1370), ut tradidit Vir illustris Silv. de Sacy in *Chrest. Arab.* ed. 2ᵃᵃ (Par. 1827) III p. 29 qq., ubi, totius capitis argumento paucis indicato, locus insignis exinde commemoratur. De aliis hujus Operis Codd., ipsoque auctore ac reliquis ejus scriptis nuper exposuit Cl. Wüstenfeld in Commentatione, Societati Göttingensi oblatâ *de fontibus Ibn-Challekani Operis, cui titulus est: Vitae illustrium virorum*, N°. 16. Vid. *Gött. gelehrte Anz.* 1837 p. 1103 q. Iis autem, quae ibidem traduntur, hoc addatur: *Selecta* ex libro *Facetiarum* edita esse ex Cod. L. B. 1042 a Doct. P. Cool, adjuncta Cl. T. Roordae *Gramm. Arab.* L. B. 1835 8°.

[a] Sic emendanda sunt dicta J. Hammeri *Motenebbi der grösste Arab. Dichter* Vienn. 1824 p. XI.

[b] Lacuna incipit a carmine, ap. Hammerum l. l. p. 73 N°. 62, et procurrit ad carmen 100, p. 121 ibid, ita ut Cod. 25 a carmine 101 iterum incipiat demum. Desunt porro carmina 4 et 5 (ibid p. 6, 7), 40 (p. 37), 42 (p. 40), 138 (p. 162), 146 (p. 173), quod etiam desideratur in Cod. 542, ubi p. 103 spatium vacuum relictum est; 198 (p. 244) et 217 (p. 267).

tida lectuque facillima. Ubique et notae diacriticae et vocales diligenter adduntur. Textus atramento *nigro*, inscriptiones vero *rubro* vel *coeruleo* colore exarata sunt. Ut apparet ex libri *fronte*, (ubi, ut in *fine*, multi versus et nonnulla, quae vix legi possunt, ab iis, qui hoc Codice olim usi fuerunt, adscripta sunt), hicce liber extitit anno Hedjrae 1015; sed *quis*, *quando*, vel *ubi* descriptus sit, non indicatur sive in libri *inscriptione*,[a] sive *subscriptione*.[b] Hoc tantum ex iis, quae librarius annotavit, v. c. ad versum 18 et 25 hujus carminis, videmus, eum *severum* fuisse *Moslemum*, qui, quamvis ceteroquin nulla fere de suo adderet, sibi temperare non potuit, quin animi, impiis Motanabbii dictis commoti, indignationem interdum palam redderet.

Inscriptiones, quas commemoravi, *tempus* vulgo definiunt et opportunitatem, quibus carmina conscripta, ac viros, ad quos missa sint.[c] Plerumque illae conveniunt cum iis, quae Hammerus in libro jam laudato tradidit.[d] Nonnun-

---

[a] Inscriptio est: بسم الله الرحمن الرحيم وصلى الله على مولانا محمد واله وصحبه وسلم تسليما*

[b] Subscriptio haec est: هذا اخر كلمة قالها ابو الطيب احمد ابن الحسين بن الحسن المتنبى الى ان قتل رحمه الله ونضر وجهه وصلى الله على مولانا محمد وعلى اله الطيبين الطاهرين وسلم تسليما كثيرا اثيرا*

[c] Inscriptiones hujus Codicis multo longiores sunt, quam Codicum 542 et 126 Conff. v. c. in Cod. 25 p. 63 (cum Cod. 126 p. 150), 90 (cum Cod. 542 p. 187), 99 (cum C. 542 p. 196), 103 (cum p. 206 ibid.), 106 (cum 205 ibid.), 112 (cum 213 ibid.), 114 (cum 215), 127 (cum 232), 142 (cum 260), 148 (cum 269), 151 (cum 274), 168 (cum 299), 177 (cum 311), 191 (cum 329). In primis p. 84 (cum 183), p. 93 seq. (cum 189), p. 163 (cum 293), p. 193 q. (cum 332), p. 210 q. (cum 355), p. 223 (cum 379), p. 277 et 306 (cum 483). —

[d] Interdum etiam alia adduntur: conff. praeter locos, nota c laudatos, in

quam tamen, ut in illis, quae editurus sum, carminibus, prorsus desunt. Observatu autem dignissimum est, quod refert cl. Weijers in *Spec. Crit.* p. 185 sq. de convenientia *verborum*, quibus de loco et tempore carminis cujusdam, quod Motanabbius conscripserat in Tripolis Praefectum, Is-hakum ben Ibrahim ben Caighaligh (in Codic. 542, p. 196), disseritur in Cod. 25 p. 99 et in scholio Codicis Gothani, ex quo ille locos Ibn-Khacânis de Ibn-Zeidouno edidit. Extat scholion illud Arabice l. l. p. 52, ac Latine versum p. 185 sq., ubi de eo disputatur. Quae convenientia, nisi fons utrique communis fuerit, in universum indicat, alios has de conscriptorum carminum loco et tempore traditiones, quae in Cod. 25 servantur, etiam cognitas habuisse, easque in *Occidente* non magnopere diversas fuisse. Quae si ita sint, haec aliquid saltem faciunt ad fidem iis traditionibus conciliandam.

Inter lectiones *variantes*, in hoc Codice obvias, lectiones reperiuntur, quae in reliquis quidem nostris Codd. non adsunt, attamen, ut ex Commentariis liquet, olim etiam ferebantur.[a] Variantium autem numero, bene cavendum est, ne annumerentur *vitia*, haud pauca.[b]

Cod. 25 p. 19, 63, 106, 163 cum *versione Germanica* Hammeri p. 24, 125, 178, 244. Porro p. 175, 244, 286, 288 cum opere laud. p. 258, 354, 394 et 397, (in Cod. 542 p. 306, 407, 450 et 455).

[a] Vid. v. c. adv. 10 hujus primi carminis; ac praeterea conf. in hoc Cod. p. 109 cum Cod. 542 p. 209; 136 cum 252 ibid. In solo carmine ultimo totius Diwâni, p. 310, hae occurrunt variantes, in nostro Wâhidii Commentario non commemoratae: v. 1 نداكا pro مداكا; v. 5 الحضيض pro التراب v 7 مُبْغِض et مخِيفا pro منعض et نحيفا; v. 10 به pro بنا; v. 13 كفانى يداك pro كفانى نداك; v. 41 نداه pro رضاه.

[b] P. 310 v. c. كُنْتُ pro كانت, خَتْمَتْ pro خَتَمَتْ cet.

Margo permultis notis est refertus. Nonnullae adscriptae sunt, ut scriptura luculenter probat, ***manu Orientali***, neque ***unius***, sed ***complurium***.[a] Major vero annotationis pars auctorem habet Warnerum, cujus summa in perlegendis et tractandis Arabum scriptis diligentia cum ex hoc, tum ex omnibus, quibus ipsius beneficio Bibliotheca L. B. ornata est, Codd. patet. Vitia Codicis hic plerumque emendavit, omissa supplevit ac multa insuper addidit.[b] In his lectionis varietatem aliorum Codicum, ad quos ipsi, Constantinopoli degenti, aditus forte patuit. Hi ab eo nuncupantur *Codex Bagdadicus* et *alii Codices*. *Ille* licet saepe cum nostro Cod. 542 consentiat, in multis tamen, uti *alii* illi, ab eo et Cod. 126 differt.[c] De *his* vero Codicibus, uti etiam

[a] E. c. versua omissus p. 59 et 86: alia p. 61, 67, 68, 70, 73, 76, 77, 79, 82, cet.

[b] *Omissa* in margine supplevit, non e Cod. 542. Vidd. pp. 117, 178, 242, 248. In primis p. 102, ubi versus adscriptus est, qui in hoc Cod. p. 200 non legitur. Codici 542 tamen in margiue ab eo quaedam ex aliis Commentariis addita esse videntur, v. e. p. 126, 134, 371, 375. At multo plura Codici 25, eaqne passim sive *Arabice*, sive *Latine*, sive etiam *Belgice*. Huc quoque referendi sunt *Poetarum versus* p. 240 q.; *inscriptio*, ex h. l. tantum mihi cognita, et *carminum genera*, ad initium cujusque poëmatis, ut solet Tibrizius in Commentario ad Hamasam, *ubique* indicata: *glossae* deniqne, et *regulis* iuterpositaa et margini mandatae, quae vulgo singula vocabula et iuterdum loqueudi formulas expliceut. Warnerum haec omnia hausisse ex Commentariis, quorum anctores in capite alterius paginae euumeravit, vero simillimum est. Sunt hi sequentes, *Abou-l-Ala* (de quo vid. Sacy Chr. Ar. III p. 89 seqq.), *Tibrizius*, *Wâhidius*. *Ibn-Djinnius*.

[c] In Cod. v. c. Bagd. (Cod. 25 p. 207) extat الصغيرة, in C. 542 p. 200 الصعري; عونا ibid. in C. B, عينا in 542; جعل القسم ibid, in 542 جعل قسم; موليها in *illo* (C. 25 p. 234), معطيها in *hoc* p. 259,

de *Bagdadico* nulla, quantum scio, traduntur in Warneri scriptis, in Bibl. L. B. servatis. In his quoque est libellus, ex Catalogo Bibl. L. B. notus titulo: *Warneri exercitationes ad poëma Mutenebbii*, n. 1556, p. 472. Duo hic carmina Warnerus latine vertit et commentario instruxit, quae extant in versione Hammeri n. 228 et 229 p. 281—287, in Cod. 542 p. 332—340, in Cod. 25 p. 194—199. Prius carmen Arabice edidit Sacy *Chrest. Arab.* ed. sec. III p. 8—14, Gallice et cum annotatione ibidem p. 5 seqq.

Codex 542 (1555) formae quartae majoris constat 494 paginis chartae Orientalis ac *totum* complectitur Motanabbii Diwânum cum Commentario Wâhidîi, in compendium redacto. Unum modo carmen desideratur, quod etiam deëst in Cod. 25 et Hammerus vertit n. 146, p. 173 sq. *Commentarius* ibi tamen exhibetur; *versus* modo, quibus spatium

---

يغرنك in *illo*, يغرك in *hoc*; et p. 209 in C. 25 ad v. 3 variantes memorantur, dum hic totus versus in C. 542 (p. 353) desideratur. — De *aliis* illis Codd. loquitur Warnerus v. c. p. 183 et alibi. Hos a C. 542 diversos esse videmus ex seqq. P. 224 *illi* exhibent تكن, *hic* (p. 379) يكن; *illi* تمنَيتها, *hic*, ut in ipso textu Cod. 25 تمنّيتها. P. 225 alii غور et تهبْ, Cod. 542 p. 381 عون et تهبُ; p. 227 in *aliis* يطبى, in *hoc* p. 384 يطّبى; p. 228 in *aliis* مرابعها, in *hoc* p. 386 مراتعها cet. — De loco, ubi Ci. Bi. collatio incipiat, dubium tamen oriri potest, quia a p. 207 (ubi Cod. 126 jam diu deficit), id est a carmine apud Hammerum n. 232 p. 296 et in Cod. 542 n. 224, p. 351, et per aliquot deinceps paginas, formula *Cod. B.* demum diserte additur. Quidquid sit, etiam ab initio inde et postea variantes commemorantur, non desumtae ex Cod. 542: v. c. p. 9 in C. 25 سررتِنى, in C. 542 p. 13 سررتَنى; p. 10 وارحلو, فشدو et قرا, in C. 542 وارحلا, فشدا et قرى; p. 16 وتمصح et ثوب, in C. 542 p. 29 ويمسح et ثوبين; p. 24 ووَجهك نومها, in 542 p. 41, ut in textu C. 25, وانت رقادها; et ex p. 310 ea, quae jam laudata sunt in p. 219 notâ a.

passim relictum est, non inserti sunt. Versus *rubro*, Commentarius *nigro* colore sunt distincti. *Vocales* subinde *scholiis*, verum ubique fere, cum *punctis diacriticis*, *carminibus* adduntur: vocales tamen saepe *negligenter admodum*.

Duplex titulus libro est praefixus, alter scriptus in paginâ primâ a pristino possessore (شرح المتنبى للواحدى بالتمام عليه الرحمة والرضوان), dum Turca vel Persa is, qui Codicem vetustate lacunosum ex alio libro supplevit, summae huic paginae primae iterum adscripsit شرح المتنبى. In sequenti autem pagina, a Reiskio ut videtur, haec exarata sunt: شرح المتنبى للواحدى بالتمام.

Ut ex dictis jam liquet, hicce Codex *duplici manu exaratus est*, alterâ Arabicâ, Turcâ vel Persâ alterâ. *Haec* autem non modo Codicem supplevit, additis ipsi paginis 13 prioribus et 135—141, ut etiam postremis, sed nonnulla quoque in margine posuit, ex aliis Commentariis petita.[a] *Inscriptiones*, si has cum aliis confers, in compendium redactae esse videntur: interdum vero plura, quae alibi non extant, in iis docentur.[b] Quae posterior librarius in *fine* hujus libri adscripsit, non uno nomine memoratu digna sunt, cum quia summam ostendunt *apographi*, ex quo hic nostrum Codicem supplevit, antiquitatem, tum propter pericopen insignem Commentarii Wâhidiani (cujus majorem partem, ex opere tamen Hadji-Khalifae desumtam, Hammerus Germanice vertit l. l. p. L—LII), in qua disseritur de rationibus, quae Wâhidium ad hunc Commentarium conscribendum moverint, de praecipuis porro ipsius aequalium studiis, ac de

---

[a] V. c. p. 129, 134, 154, 215, 270, 461.

[b] V. c. p. 44 et 168 collatis Cod. 25 p. 25, 74 et Hammeri versione p. 31 et 140.

Commentario Ibn-Djinnii.[a] Ex hac autem subscriptione credibile est, illud *apographum* conscriptum fuisse anno 483, id est *vigesimo primo* post, quam Wâhidius suum ipse Commentarium absolverat; quod hic fecisse traditur (vid. Ham-

---

[a] Locum integrum refero, a Cl. Weijersio ex Cod. nostro descriptum, emendatum ipsiusque animadversionibus illustratum: a quibus ut *meas* observationes distinguerem, *has* uncis inclusi. *Hadji-Khalifa* (in art. ديوان المتنبى) diligenter est collatus, tum quia Hammerus, ut ipse indicavit l. l. p. XLIX, suas de Motanabbii Carminum Interpretibus notitias ex hujus Opere desumserat, tum in primis, quoniam textus Codicis nostri, in his ultimis paginis perquam negligenter et male exaratus, ex eo fonte restitui potest. Operis Hadji-Khalifae duo Codices (d'Ohssoniano Codice jam restituto nobilissimo possessori suo), Lugduni reperiuntur, quorum alter, qui *textum integrum* exhibet, scatet vitiis, alter vero non nisi *perbreve ejusdem excerptum* offert. Praeter hos tamen etiam usus est Weijersius in eo loco collatione Codicis Parisiensis, factâ in ipsius gratiam a Doctissimo Viro Car. Joh. Tornbergio. Hadji-Khalifa primum ibi Commentarii Wâhidiani initium tradidit, ac deinde finem ejus, incipiens a verbis: هذا اخر ما اشتمل عليه ديوانه Ecce locum Wâhidii: انما دعاني.
الذى رتبه بنفسه وهو خمسة الاف واربعمائة[a] واربع وتسعون قافية
وتقدر الفراغ[b] من كتبة هـذا الشرح فى شـعبان سنة ثلث
وثمانين واربعمائة قال الشيخ الامام ابو الحسن على بن احمد
الواحدى رحمه الله انما دعانى الى تصنيف هذا الكتاب مع خمول
الادب وانقراض زمـانـه احـتـمـاع اهـل الـعـصـر قاطبة
[c] على هذا الديوان وشَعَفُهم بحفظه[d] وروايته والوقوف على معانيه

[a]) Hoc addendum esse apparet, cum ax Cod. Hammeri (cf. ejus versio p. LI), tum ex duobus nostris et Paris. Codd. Hadji-Khal., in quorum prioribus tamen male scriptum est واربعة. [b]) Pro verbis من كتبة — انما (quae sine dubio sunt librarii *illius* vetustissimi Codicis, e quo is, qui nostrum Codicem supplevit, haec desumserit) ab ipso Wâhidio, ut apparet ex Hammeri versione et Codd. L. B. et Paris. Hadji Khal., sequentia scripta fuerant: من هذا التفسير فى يوم السادس عشر (in Paris. est عشرين) من شهر ربيع الاخر سنة اثنتين وستين واربعمائة وانما. [c]) Sic uterque Cod. L. itemque Paris. Hadji-Khal., dum Cod. 542 offert corruptam lectionem شيا بهذا. [d]) Cod. 542 male روينه الوقوف. In Hadji-

merus l. l. p. LI) die 16to mensis *Rebiae posterioris* anni 462, adeoque sex annis ante ipsius mortem, incidentem in annum 468. Etenim illam temporis notationem hicce librarius simul cum reliquis *ex apographo suo* videtur descripsisse. Quo posito tollitur simul difficultas, quam altera subscriptio, quae reperitur in calce libri primi, vulgo

---

وانقطاعهم عن جميع[e] اشعار العرب جاهليتها واسلاميتها الى هذا الشعر[f] واستكمالهم عليه فى تمثلهم ومجاوزاتهم ومخاطباتهم[g] وخطبهم ومقاماتهم حتى كان الاشعار كلها فقدت وليس ذلك الا تراجع الهمم وخلو الزمان عن الادب[h] وتقاصر الرغبات وقلة العلم بجوهر الكلام ومعرفة جيده من[i] رديه[k] ومطبوعه من متكلفه[l] ومع ولوع الناس بهذا الديوان لاترى احدا يرجع فى معرفته الى محصول[m] .... وانما[n] المفرع فيه التفسير ابو الفتح ابن جنى[o] وهو فى ذلك كقول من قال

(الكامل) اصبحت ترجو الفوز من[p] قبل والمستغاث اليه فى شغل

وانه اقتصر فى[q] كتابه على تفسير الالفاظ واشتغل بايراد الشواهد الكثيرة فى[r] اوجه النحو الغريبة حتى اشتمل كتابه على عظيم

Khal. bene legitur وروايته, sed tria sequentia vocabula omissa sunt. e) In Cod. 542 male الشعر. f) Omnia illa, quae leguntur a واستكمالهم ad ومقاماتهم, plane desunt in Hadji-Khal. Codd. et Hammeri versione. g) Male in Cod. 542 وخبطهم. h) Hoc et sequens vocabulum desunt in Codd. Hadji-Khal. i) In Cod. 542 male دية. k) Hoc et sequens vocabulum desunt in Codd. Hadji-Khal. l) In Cod. 542 male مع. m) Quae hic sequuntur in Cod. 542, desunt in Codd. Hadji-Khal., et in *illo* tam evidenter corrupta sunt, ut non nisi per audaciorem conjecturam restitui posse videantur. Haec autem leguntur: او بقى ببيان عن مودعاته وغوامض معانيه من مشكلاته. n) Sic conjectura usus verba correxi, quae in Cod. 542 leguntur: المفرع فيها الى فسر ابى, et in Hadji-Khal. Cod. Leid. altero (in altero desiderantur) hunc in modum: المقرح منه فيها الى تفسير ابى; in Paris. denique sic: المفرغ منه منها الى تفسير ابى o) Quae sequuntur usque ad finem distichi desunt in Codd. Hadji-Khal. p) In Cod. 542 male, credo, legitur قبلى. q) In Cod. 542 male leg. كتابى تقصير. r) Sic scribendum puto, dum in Cod. 542 legitur: النحو الغريبة; in altero autem Leid. Cod. Hadji-Khal. النحو

الشامية dicti, alioquin moveret, ubi, librarii nomine commemorato, *haec Diwâni pars* anno demum 686 absoluta esse perhibetur. Verum hic loquitur, non Turca ille, sive Persa, sed librarius *Arabs*, cujus manu exaratus est *hicce Co-*

نوادر ابى زيد[s] وجميع ابيات كتاب سيبويه واكثر مسائله وزهاء عشرين[t] الفا من الابيات[u] العربية وحشاه بحكايات باردة [v]واخبار من العرب غريبة نادرة لا يحتاج فى[w] تفسير هذا الديوان الى شىء منها[x] والله تعالى ذكره يتغمدنا واياه[z] ...... وجميل عفوه ويرحم كاتبه وقارئه بفضله وانه الغفور المنان تم*

Hic finis est eorum, quae continet corpus poëmatum ejus, quod ipse in ordinem redegit: est autem numerus distichorum ejus 5494. Atque secundum Dei decretum finita est descriptio hujus Commentarii (conf. ann. *b* in p. 223) mense Scha'bân anni 483. Dixit Scheichus Imamus Abu-l-Hasan Ali-Ibn-Ahmad al-Wâhidi, cujus Deum misereat: quod me impulit ad componendum hunc librum, etiamsi obscuratum sit bonarum litterarum decus et desierit tempus earum, est consensus aequalium una omnium de (praestantiâ) hujus poëmatum corporis, eorumque fervens cupido ejus memoriâ tenendi et aliis tradendi cognoscendique sensûs ejus, quodque, missis factis cunctis poëmatibus Arabum, tam Mohammedis aevo superioribus, quam inferioribus, unice ad hanc poësin se convertunt, et huic (tanquam unico fulcro suo) innituntur (¹) in figuratâ oratione suâ et in metaphoricis dictionibus suis et in allocutionibus suis (ad viros Principes?) [sive potius *puellarum*], et in praefationibus

---

الغريم, in altero: واوجه الاعراب الغريبة, et in Paris. denique النحو الغريب.
s) In Hadji-Khal. simpliciter legitur: وابيات, quod fortasse praeferendum. t) In Cod. 542 mendose legitur: أن. u) In Hadji-Khal. legitur: الغريبة. v) واخبار-نادرة desunt apud Hadji-Khal. w) In Cod. 542 male est فسّر. x) Quae sequuntur in Hadji-Khal. non leguntur. z) Spatium vacuum hic in Cod. 542 relictum est.

(¹) Forma X. استكمل cum seq. praepositione على hic explicari non posse videtur. Vertendo jam reddidi lectionem, conjecturâ restitutam, واعتمادهم عليه, *quod innituntur huic poësi, sive eam ut auctoritatem suam sequuntur.* [Sic Weijersius. Ipse vero, retentâ Codicis lectione vertendum esse puto: *et quod consummatam esse secundum hanc* (poësin) *figuratam orationem suam*, id est *hanc dictionem figuratam, quae ad illius normam exacta sit, perfectam esse, opinantur.* Formae igitur استكمل notionem tribuo *sibi perfectum reddere*, id est *putare, sibi fingere, aliquid perfectum esse.*]

dex: qui ergo, recentior licet illo *apographo*, ex quo noster Codex suppletus est, antiquitate tamen ipse satis est conspicuus.[a] Praeterea observandum est sigillum Orientale, in

librorum suorum elatiore stilo conditis, et in Consessibus suis (²); adeo ut non secus sit, quam si omnia carmina desiderarentur. Illud autem non aliud probat quam retrogressa esse animorum studia (³), et destitutam esse hanc aetatem bonarum litterarum sensu, et segniter languescere ambitiones (hominum), et parvam esse cognitionem naturae sermonis et facultatem distinguendi praestantem orationem a pravâ, et nativam a tali quae cum molestiâ (ac velut invitâ naturâ) formata est. Quamvis autem homines hoc poëmatum corpus unice ament, non vides tamen unum, qui in cognitione suâ aliquam summam lucretur (⁴) . . . . Qui vero primus de eo Commentarium scribere incepit (⁵), est Abu-l-fath Ibn-Djinnî (⁶): hic autem eâ in re versatus est ita ut poëta dixit:

Sperabas victoriam antea (jam reportatam esse); at qui (nunc) ad eam (consequendam) in auxilium advocatur, in perdifficili est negotio (⁷).

(²) Nempe in ejusmodi libris, quales sunt illi, quos possidemus ab al-Hamadânio et al-Harîrio scriptos.

(³) [Wâhidius indicare videtur cogitata primigenia, non ex imitatione sed ex ingenii fonte redundantia (*oorspronkelijke denkbeelden*); queriturque talia in dies rariora fieri ac fere evanescere. Hoc est, quod, credo, Amicus meus quoque intellexit per *retrogressa esse animorum studia.*]

(⁴) Proprie, *qui in cognitione suâ ad aliquem proventum redeat* (*wiens kennis op eenige slotsom nederkomt*), h. e. *cujus cognitio aliquam novam lucem afferat.*

(⁵) Ex his apparet, quam graviter lapsus sit Hammerus. Hic enim p. LII. in suo Hadji-Khal. Codice المفرح legens, hoc nomen proprium viri esse putavit, ac locum ita vertendo contorsit, ut videretur agi de *Mofriho* quodam, qui Ibn-Djinnii Commentarium in epitomen redegisset. Nusquam autem de *Mofriho* mentionem factam deprehendi, ac nullus dubito, quin talis homo nunquam exstiterit.

(⁶) *Abu-l-fath Othmân Ibn-Djinnî al-Mausilî*, discipulus *Abu-Alîi al-Fârisî*, natus est Mosulae anno circiter 330, ac mortuus 392. Multa scripsit: vid. Sacyi *Anth. Gr.* p. 41. Vitam ejus tradidit Ibn-Khallican n. 423, eumque Tibrizius in Commentario ad Hamasam saepissime citavit, sed plurimum nomine ابى الفتح.

(⁷) Vult, Ibn-Djinnium rem nequaquam confecisse, sed multa adhuc reliquisse perficienda.

[a] Haec est modo memorata subscriptio: تم نصف (النصف .l) الاول

margine p. 248 positum. Huic Codici inesse Commentarium Wâhidîi, *in compendium redactum*, cum apparebit cuique, qui *integrum* conferat, — et cui haec, quae

Ille enim in libro suo ultra vocabulorum explicationem non progressus est, et occupavit se tradendis testimoniis quam plurimis de construendi modis miris, adeo ut liber ejus complectatur majorem partem libri Abu-Zaidi, cui titulus est: *Singularia dicta* (8), et omnes versus libri Sibawaihi (9), et plerasque e quaestionibus ejus (de re grammaticâ), et numerum 20000 versuum Arabicorum, et farsit librum suum narrationibus jucundis et casibus Arabum miris et singularibus, quibus nullo modo opus est in explicatione hujus poëmatum corporis. Deus autem (nomen ejus in summo honore habeatur!) velit nos et illum tegere . . . . et eximiâ condonatione suâ, et misereri scribae hujus Codicis, ejusdemque lectoris, gratiâ suâ. Est enim Ille condonator et largitor munificus.

(8) *Abu-Zaid*, id est *Abu-Zaid Saîd* (سعيد) *Ibn-Aus*, Grammaticus Basrensis, qui obiit, 93 annos natus, anno 215 aut 216 aut 217, librum scripsit, inscriptum فى النوادر. Conf. Sacyi *Anth. Gr.* p. 145; Ibn-Khallican n. 262 (edit. Wüstenf. fasc. III. p. 74 seq., et Herbel. in v. *Saîd ben Aous*. Idem saepius citatur in Hamâsae Comment., nomine ابى زيد.

(9) *Sibawaih*, celebratissimus Grammaticus, proprio nomine *Abu-Bischr Omar*, obiisse fertur anno 180, aut paullo prius aut posterius. Vid. Ibn-Khallican n. 515, Herbelot. in v. *Sibouieh*, de-Rossi *Dizionario* p. 171 in v. *Sibouja*. Liber ejus de Grammaticâ κατ᾽ ἐξοχὴν الكتاب vocatur. Vid. Sacyi *Anth. Gr.* p. 40 caet., item *Hamasae* p. 27 vs. 11 a fine.

من شرح ديوان المتنبى بحمد الله ومنّه وصلى الله على محمد
خير خلقه على يد العبد الضعيف الراجى عفو ربه اللطيف
على بن يحيى بن محمد المَوْلَوىّ القونوى الكاتب يوم الاثنين
غرة شوال سنة ست وثمانين وستمائة اللهم اغفر لكاتبه
ولصاحبه ولمن نظر فيه وتامّل فى معانيه ولجميع المومنين
والمومنات للاحياء منهم وللاموات برحمتك يا ارحم الراحمين

Id est: *absoluta est dimidia pars prior Commentarii in Diwânum Motanabbii per laudem Dei ejusque gratiam — et propitius sit Deus Mohammedi, creaturarum ejus optimo — manu servi debilis, sperantis indulgentiam Domini sui benigni, Alii Ibn-Jahjah Ibn-Mohammed al-Maulawî al-Kounawî,* (haec) *scribentis die Lunae,*

edidi, ut *brevioris recensionis specimen* non ingrata fore arbitror, — tum ex argumentis, quibus mihi, *pleniorem* recensionem desideranti, ea de re prorsus persuasum est. Primo enim haec conjeci, collatis iis, quae cl. Bohlenius in *Commentatione de Motenabbio* (Bonn. 1824. 8°) ex Wâhidii Commentario passim ediderat, Codicem secutus, certe 1553, adeoque mille et quod excurrit paginas plures, quam nostrum, complectentem (p. 14); quem vero, cum ille non indicaverit, *unde* ad eum sit delatus (p. IX), *Bonnensem* deinde nuncupabo. Hujus autem Scholia ibidem *uberrima* vocavit, cum nostra vulgo sint brevissima. Quam plurima deinde, quae ille ex hoc Codice tradidit, v. c. p. 3—8, 11, 12—14, in nostro desunt. Praeterea, et exinde conjecturam verissi-

---

primo mensis Schawwâli anni 686. *O Deus! condona scribae ejus* (libri) *ejusque possessori, et omnibus, qui eum inspiciant et in ejus significationes inquirant, omnibusque Meslemis, et viris et mulieribus, et vivis eorum et mortuis, per misericordiam tuam, o summe misericors omnium, qui misericordiâ commoventur!*

Huic subscriptioni *Hamakerus* in schedis meis haec olim annotaverat: »Videtur legendum esse القونوىّ, gentile a قونية, *Jconium*. Meninskius illud »effert قُنْيَوىّ, urbem nominans قُونْيَة; sed si pronuntias قونيّة, gentile est »قُنَوىّ. In ea urbe mortuus est anno 672 *Mawlana Djelaleddin Ar-roumi*, »qui Sectam *Dervisiorum*, المولوى (quod voc. Lexicis addendum) ab eo appel»latam, condidit. Hujus Discipulus fuisse videtur librarius, se ipse appellans المولوى. Rari sunt Codices sub Seldjukidis, in primis extremis, in Rumaeâ »scripti.” Conf. Herbelot. in voce *Maoulaoui*.

Huic subscriptioni a manu Turcâ vel Persâ haec addita sunt: مما الفه الامام العالم الفاضل وحيد العصر فريد الدهر ابو الحسن على بن احمد بن مَتُّوَيَةَ الواحدى نور الله ضريحه Id est: *sunt haec ex iis, quae scripsit Imamus peritus, praestans, unicus sui temporis, Phoenix seculi sui, Aboul-hasan Alî ibn-Ahmed ibn-Mattoujah al-Wâhidî, cujus*

mam esse vidi, haec nota ad finem partis I posita est: علقه لنفسه على سبيل الاستعجال رحم الله عبدا اطلع عليه بسهو وخطاء فاصلحه واسبل عليه ذيل الافضال, id est: *excerpsit illum in suos usus festinanter. Misereatur Deus hominis, qui illum* (hunc librum inter excerpendum) *intuitus est cum neglectu et errore, et emendet statum ejus, et laxet super illo laciniam beneficentiae suae.* — Ceterum hoc quoque observandum est, *textum nostri Codicis* saepe differre a *textu*, quem *Wâhidîus*, suum conscribens Commentarium, ob oculos habuerit.

Codex 126 (1554) complectitur paginas 382 chartae Orientalis formae quartae minoris. Est vetustissimus; tineis sub finem misere corrosus, et plerumque lectu difficillimus, non modo quia scriptura vulgo est obscura, sed etiam ob notarum diacriticarum multis in locis defectum. Altera manus vitia saepe correxit, et margines insuper atque spatium inter lineas vacuum maximam partem notis fere implevit, vel inserens *omissa*, vel *inscriptiones* interdum aut *alia nonnulla* addens, ex *aliis Commentariis* fortasse desumta. *Integra carmina* ab eadem manu adjectis plagellis subinde etiam inscripta sunt, v. c. p. 126, 141 et 310, ubi aliquot folia exciderant (p. 311—317).

Inest huic Codici *pars* modo Diwâni Motanabbii, a carmine primo incipiens, et, omissis nonnullis*, desinens in absoluto carmine, quod apud Hammerum est n. 113, p. 150,

---

sepulcrum Deus collustret. De eo vid. Sacy *Chrest. Arab.* I. p. 67, et quos ibi laudat, III p. 29. Etiam Hamak. *Spec. Catal.* p. 54, ubi hic quatuor, quos in Koranum scripsit, Commentarios enumerat. Ibn-Khallican, vitam ejus enarravit N°. 449, ubi in Cod. Palm I. p. 530, illud بن متّوية, quod vulgo omittitur, etiam extat.

* Carmina desunt, quae in Hammeri *versione* leguntur p. 6, 7, 40, 85, 107.

in Cod. 25 p. 81 et in Cod. 542 p. 179. Porro instructus est *Commentario*, totiusque voluminis hicce titulus est: الجزء الاول من شرح ديوان ابي الطيب المتنبي. Haec autem est *subscriptio*, ex qua neque *tempus* apparet, neque etiam *quis* sit *auctor Codicis*: تم الجزء الاول بحمد الله وعونه ويتلوه في الذي يليه id est: *finita est pars prior cum laude Dei ejusque auxilio, quam excipiet in parte, quae hanc proxime sequetur*, carmen, cujus initium deinde additur: nempe انا لائمي ان كنتُ وقتَ اللوائم, id est, *ego me ipse reprehendam, si sum tempore reprehensionum.*

Commentarius, uti *auctoris nomine* caret, ita etiam *prologo*. Praemissâ solenni formulâ, sic ille incipit: قال ابو الطيب احمد بن الحسين بن الحسن المتنبي بحمد الله في قرية من قرى الكوفة في صباه, id est: *Dixit — Motanabbi — in vico quodam Coufae in juventute sua.* Sequitur tum carmen primum (ابلى الهوى الخ), cujus Commentarii hoc est initium: ابلى احلق تقول بلى الشي وبلاه الدهر الخ

Hicce Commentator, ut videbimus infra ad versum 6, 14, 23, 24, 30, religiosissimus erat Moslemus, accuratius etiam Wâhidio situm pagi نخلة ad versum 18 definiens, et in adducendis aliorum Poëtarum effatis eo quoque copiosior. Haec vero nihil faciunt ad ejus nomen divinandum. Alia vero argumenta adsunt, quibus hoc verosimillimum reddi arbitror, *primi hujus Diwâni interpretis, Ibn-Djinnîi* nempe, *Commentarium* hoc Codice contineri. Quod si verum sit, *et* haec forte causa est, quare, cum eo tempore, quo hic Codex, sive ejusdem exemplum, describeretur, alius nondum Commentarius exîsteret, auctoris nomen in titulo non commemoratum sit; *et* fieri quoque potuit, ut Warnerus, cui, aliis Codicibus collatis, auctor innotuerit, hocce Codice in legendo

Codice 25 usus sit, ad cujus lectionem, ut supra pag. 220 in ann. *b* vidimus, Ibn-Djinnîi Commentarium adhibuit.

Rationes, quae ad illam sententiam amplectendam me moverunt, hae sunt: 1° Neque *Ibn-Djinnîus*, neque *alius Commentator*, quantum scio, in hac Commentarii parte, in eâ saltem, quae editur h. l., laudatur. 2° Aetas *hujus* Commentatoris aetati Poetae propior quam aetas *Wâhidîi* fuisse videtur. Hic enim a traditione magis pendet, aut potius suum ipse iudicium saepius sequitur, *ille* res gestas Poetae ejusque ingenium ac consilia, ut apparet ex scholiis, v. c. ad versum 25 et seqq., melius cognovit, accuratiusque perspecta habuit. 3° Ubi Wâhidîus *Ibn-Djinnîi* sententiam commemorat, haec interpretatio in Cod. 126 recurrit, ut ad versum 13 et 36, et ubi hanc legimus *summatim*, ad v. 3. 4° Id, quod Aboul-Hasanus[a] (secundum ea quae tradidit Hadji-Khalifa: vid. Hamm. p. LI., coll. supra annot. oblata in p. 224 et 227) Commentario Ibn-

---

[a] Intelligitur *Aboul-Hasan Ali Ibn-Abdolazîz al-Djordjâni.* Hunc commemoravit etiam Sacy *Chrest. Ar.* III. p. 49 et seq., ubi etiam, ut apud Hadji-Khal., titulo insignitur القاضى. Optime sane hic Ibn-Djinnîi Commentarios cognitos habuit, Commentario etiam in Motanabbii Carmina conscripto, cujus titulus est, secundum Hammerum (p. L.), suum Hadji-Khal. Cod. sequentem, الاوسط, id est *medius*, nimirum *magnitudine*, ita ut is medium tenuerit *majorem* inter et *minorem*, cum Ibn-Djinnii, tum Ibn-Fourdjae, Commentarios, de quibus infra dicemus. In hoc tamen titulo scribendo non conveniunt Codd. Leidd., quorum alter (A) الوسائط, alter (B) الوساطة exhibet, dum in Cod. 542 الوَساطة legitur. *Verus* igitur titulus videtur fuisse الوساطة, id est *mediatio*, nempe *Poëtam* inter et *Lectorem*, ut huic illius sensus magis fiat perspicuus. Praeterea in altero Cod. Hadji-Khal. (A) ille hunc Commentarium absolvisse dicitur *anno* 522. Sed fortasse restituendum est 422; quia Wâhidius, mortuus *anno* 468, hunc Commentarium cognovit. Vidd. ipsius dicta apud Hamm. p. L.

Djinnîi proprium esse perhibet, nimirum, amplior, quam Commentario conveniat, disputatio de ea Syntaxeos parte, quam Arabes dicunt الاعراب, quaeque versatur in definiendis partibus, quas in oratione agunt *subjectum*, *attributum*, *verbum*, *eorumque complementa*, cet. (vid. Sacy *Gr. Arab.* I. p. 394 seq. II. p. 592, et *Anth. Gr.* p. 226, coll. p. 186)—hoc, ne de aliis dicam, in nostro Commentario passim ita elucet, ut virum ea in re versatissimum ejusque amantissimum ubique agnoscamus, *verborumque ambagibus*, quibus ceteroquin in textu explicando (v. c. ad v. 13, 17 et 28) non parcitur, in ea quoque Syntaxeos parte illustrandâ utentem lubenter. 5° In talem virum in primis cadere potuit consilium conscribendi libri, cujus, *a se Discipulis suis dictati*, auctor hujus Commentarii meminit. Librum intelligo, laudatum ad v. 15 et 26, hoc titulo: الجمل فى النحو, id est: *summa Syntaxeos*. Cujus auctor si certo indicari poterit, quaestio de hujus Commentarii auctore simul profligata erit.*

Si conjectura, quam probare conatus sum, vera sit, ac porro quaeratur, *uter* ex duobus Ibn-Djinnîi Commentariis, quos in Motanabbium conscripsit, hoc Codice contineatur, *major* an

* Neque in Lexico Hadji-Khalifae, neque in vitâ Ibn-Djinnîi, conscripta ab Ibn-Khallicano n. 423, ut Weijersius me docuit, opus illud inter illius opera enumeratur, cum in Codd. Leidd., tum in edit. Wüstenf. Verum hoc advertendum est, Ibn Khallicanum ipsum dixisse, se *non omnia* scripta ejus nominare, sed *partem* eorum. Praeterea animadversione est dignissimum, Aboul-Hosainum Ahmedem al-Fârisi ar-Râzi, auctorem libri الجمل فى اللغة (mortuum anno 390 vel 375: vidd. de eo Hamak. in *Spec. Cat.* p. 124, et Sacy *Anth.* p. 134), *Praeceptorem* fuisse Ibn-Djinnîi. Quapropter haud improbabile est, hunc composuisse opus, cujus titulus conformatus esset ad titulum operis Praeceptoris sui, quod, cum illius opus argumenti esset *Syntactici*, in alio argumento, nempe, *Lexicographico* versaretur.

minor,[a] ***minor*** hic verosimiliter exhiberi videtur; quoniam quae in fine Commentarii Wâhidiani (vid. ann. in p. 224-227) de ***amplitudine*** Commentarii Ibn-Djinnîi dicuntur, v. c. de receptis ***majori parte libri Abou-Zaidi omnibusque versibus Sibawaihi*** ac ***plerisque*** ex ***quaestionibus*** ejus ***grammaticis***; de ***numero*** praeterea 20,000 ***versuum***, de ***narrationibus*** denique ***jucundis*** et ***casibus Arabum miris*** et ***singularibus***, in eo reperiundis, sive minus, sive minime, cadunt in eum textum, quem Cod. 126 offert.

Minor autem ille Ibn-Djinnîi Commentarius Arabibus nonnullis olim nondum placebat. Aliis hic etiam videtur fuisse copiosior, aliis, et fortasse *uterque* quidem, in multis obscurior. Utrique incommodo ut succurreret, ***Abou-Alî Ibn-Fourdja al-Boroudjirdi***[b] duo opera edidit, alterum inscri-

---

[a] Neutrius nomen commemoratur ab Hammero p. L. At (quae debeo etiam meo Weijersio) in Codicum Hadji-Khal. Leidd. altero (A) alter eorum disertis verbis dicitur كبير, *magnus*, alter صغير, *parvus*, fuisse. Ibn-Khallican in Vita Ibn-Djinnîi (n. 423, in ed. Wüstenf. fasc. IV. p. 129 seqq.) loquitur quidem de Commentario ejus in Motsnabbium, quem dicit inscriptum esse القشر (*decorticationem*), sed non addit hunc Commentarium *geminum* esse, *majorem* et *minorem*. Wâhidius etiam nihil ejusmodi narrat, et in Praefatione suâ commemorat solum Commentarium Ibn-Djinnîi, nomen القشر gerentem. Sed nihilominus nulli dubio est obnoxium, quin *duos* revera conscripserit; cum Hadji-Khalifa diserte illud testetur.

[b] Hammerus l. l. p. L. hoc nomen pronuntiat *Ebu Ali ben Furdscha Er-rumisi*. Weijersius vero me docuit, Codd. Hadji-Khal. Leidd. et Wâhidiani Commentarii initio in Cod. 542 inter se collatis, hoc paene constare, scribendum esse ابو على ابن فورجه البُرُوجِرْدى, ita ut *al-Boroudjirdî* nuncupatus sit a *Boroudjirdo*, urbe *Hamadanem* inter et *al-Carkhum* (الكرخ) sitâ. Sacyus (*Chr. Ar.* III. p. 35 et 67) hujus quoque mentionem injecit, sed tantum nomine *Ebn Fouredja*.

ptum: التجنى على ابن جنى, id est, *florilegium* (*operis*) *Ibn-Djinnîi;* alterum: الفتح على ابى الفتح, id est: *Aboul-fath apertus*, sive *apertio* (*operis*) *Aboul-fathi* id est *patris apertionis*. His Aboul-Hasani aetate plerique in legendis Motanabbii Carminibus utebantur. Ei tamen, de iis referenti apud Hammerum p. LI., hi libri non satisfecerunt, ipsumque incitarunt, ut suum Commentarium conscriberet: vid. ann. in pag. 231. Novum autem Ibn-Djinnîi compendium deinde paravit *Abou-Mousa Isa Ibn-Abdol-azîz al-Djozouli*[a], eumdemque antea refutare conatus erat, ut traditur ab Hammero p. LII., *Aboul-fath Mohammed ibn-Ahmed*, notus item nomine *Ibn-Fourdja*, ac vivens adhuc anno 437, cujus opus vocatur etiam التجنى على ابن جنى[b].

Principatum, quem per longum adeo tempus Ibn-Djinnîi Commentarii tenuerant, hi tamen primum sensim, ac deinde

---

[a] Hammerus p. LII. hocce nomen scripsit *Ebu Musa ben Abd-ulaasis Al-dscheselí*. Weijersius vero monuit, hoc nomen in altero Hadji-Khal. Cod. Leid. (in altero enim desideratur) sic exaratum esse ابو موسى عيسى بن عبد العزيز الجزذلى, scriptionem vero الجزذلى aeque falsam esse atque alteram الجرذلى; quam Hammerus secutus sit, cum nusquam sit vestigium talis relativi, quale in utrâque illâ lectione hic obvia fiat; ac sine dubio restituendum esse الجُزُولِيّ, quod nomen relativum ducitur a nomine tribûs cujusdam Berberorum, *Djozoul*. Quo restituto, h. l. nomen habemus illius Grammatici, de quo Ibn-Khallican n. 524 exposuit (ابو موسى عيسى بن عبد العزيز الجزولى), mortui *anno* 610. Conf. de eodem Herbelot. in v. *Giozouli*. Ipse Ibn-Khallican, in Vita ejus, se Commentarii Ibn Djinnîi Compendium, ab eo conscriptum, vidisse narrat: ورايتُ له مختصر التفسير لابن جنى فى شرح ديوان المتنبى

[b] In altero Cod. Hadji-Khal. Leid. nomen ejus scribitur: ابو الفتح محمد ابن احمد المعروف بابن فورجه النحوى. Hic ergo *Grammatici* (النحوى) titulo insignitur. Ceterum annus mortis ejus non indicatur. Hoc tantum ibi quoque perhibetur, eum adhuc vixisse anno 437.

prorsus, cedere coacti erant Commentario Wâhidîi, hocce opus, ut in pag. 224 vidimus, coll. Hamm. l. l. p. LI, absolventis anno 462. Nam hic quidem novorum iterum Commentariorum fons extitit uberrimus, sed licet longa horum deinceps esset series, ille suum locum tenuit. Ubique hunc brevi quaerebant, et qui *integrum* sibi parare non poterant, *breviores* ex eo *recensiones* describebant. Haec sine dubio causa fuit, quare illi Ibn-Djinnîi libri, praesertim post editum *compendium posterius*, minus in posterum curarentur, eorumque exempla raro hodie quoque ferantur.

Restat ut ante, quam a Codicum nostrorum contemplatione recedamus, paucis agamus de *ordine*, quo Carmina in illis disposita sunt. Carmina Motanabbii vulgo disponuntur, sive secundum ordinem *syllabarum finalium*, ut in editione Calcuttensi, sive, ut in versione Hammeri et in multis Codicibus, *ordine quodam Chronologico:* vid. Sacy *Chrest. Arab.* III. p. 28 seq. Et Hammerus quidem haud incommode, *locorum*, *ubi scripta*, *eorumque*, *ad quos missa sint*, habitâ ratione, illa divisit in 6 classes, quas vocavit *Schâmîat*, *Seifîat*, *Câfourîat*, *Fâticîat*, *Amidîat*, *Adhadîat.*

Eumdem fere ordinem sequuntur Codices nostri 542 et 126, hoc tantum discrimine, quod hi totum Diwânum in duas partes majores, non tamen ejusdem latitudinis, dividunt. *Hic* enim in mediâ primâ classe desinit, *ille*, secundo secundae classis carmine absoluto. Ibidem in alterâ parte nulla sunt sectionum indicia, praeter has notas. Pag. 379 haec leguntur: هذا اخر ما قاله فى الامير سيف الدولة ثم خرج من عنده مغاضبا الى مصر ومدح الاسود كافورا

الاخشيدى فمن اول قوله فيه يمدحه فقال. Pag. 427: وقال يمدح ابا شجاع فاتكا الكبير ويعرف بالمجنون[a]. P. 444: وقال يمدح ابا الفضل محمد بن الحسين بن العميد وورد بارّجان[b] (l. عليه) عليها. A Turca manu vel Persa denique haec, p. 461, margini adscripta sunt: (وقال) يمدح ابا شجاع عضد الدولة فَنَّاخُسْرًا[c]*

Codex 25 in disponendis carminibus, *locorum* in primis rationem habet, ita tamen ut, quantum fieri possit, ea colligat, quae *eumdem virum* spectant. In prioribus igitur, quae in *Syria* composita sint, collocandis, cum reliquis Codicibus fere consentit. Ad calcem enim pag. 223, ubi carmen legitur, quod apud Hammerum est n. 238 p. 310—315, haec annotavit: تجز ما قاله ابو الطيب بحلب. Ea etiam, quae laudem celebrant *Seifeddaulae, Câfouri* et *Fâtici*, passim transponuntur, cum Motanabbius postrema in *Seifeddau-*

[a] De *Fâtico* vid. Bohlen. l. l. p. 7, Hammer. l. l. p. XXVIII, Freyt. *Selecta hist. Halebi* p. 123 seq.

[b] *Arradjan* est urbs Persidis. De *Ibn-Amîdo* vid. Hamm. l. l. p. XXX seqq.

[c] Huic annotationi haec ab eâdem manu addita sunt, quae de verâ hujus nominis pronuntiatione agunt. Ex quibus novimus, nomen illud scribi variâ ratione, sive فَنَّاخُسْرُوا, ut apud Ibn-Khallicanum, quem proxime sequitur Sacy *Chrest. Ar.* I. p. 91, *teschdîdum* in ن tantum omittens, de qua scriptione vid. Ew. *Gr. Ar.* I. § 83; sive فَنَّاخُسْرُ, ut in optimis carminum Motanabbii Codicibus; sive etiam, ut in aliis: فَنَّاخُسْرًا aut فَنَّاخُسْرَ. De aliâ hujus nominis pronuntiati varietate vid. Bohlen. l. l. p. 7 in nota. Haec autem in margine nostri Codicis reperiuntur: فناخسر بفتح الفاء وتشديد النون بعدها الفٌ ثم خاءٌ معجمة مضمومة فسين ساكنة فراء مضمومة فواوٌ بعدها الف اسمُ ذلك الملك كذا فى تاريخ خَلَكان (ابن .l خلكان) ولكنّ عامّة نُسخ ديوان المتنبى المصحّحة متّفقة على ان لفظ خُسْر وقع بغير واو غير ان فى بعض النُسخ وقع الالف بعد الراء وفى بعضها بغير الف ايضا*

lam carmina in Aegypto ediderit, ut carmina, nonnulla certe, in *Câfourum* et *Fâticum*. Ab alterâ tamen parte, quoad ejus fieri potuerit, *virorum* ratio habetur, ut ostendit nota p. 115 addita, ubi prior pars desinit, et dicta p. 93 ad carmen quod apud Hammerum est 139 (pag. 162—165). *Hic* leguntur: اثبتنا هذه القطعة فى هذا الموضع لتلحق بسائر ما قاله
وَهذا جميع ما قاله فى ابى *illic*: قديما فى ابن عبيد الله
العشائر ويتلوه ما قاله فى سيف الدولة حسبنا الله ونعم
الوكيل وصلى الله على نبينا محمد وابرار عشيرته الطاهرين
وسلم تسليما*

Disputatione de Codicibus absolutâ, nonnulla dicemus de Carmine, quod mox sequitur, cjusque Poëtâ.

Ut multi antea occupati fuerunt in quibusdam Motanabbii carminibus edendis et explicandis[a], Hammerus vero in Diwâno ejus universo, opere jam saepius laudato, Germanice reddendo, ita eorum plerique, Arabum scriptis collatis, hujus Poëtae vitam deditâ operâ descripserunt[b], atque in

[a] De his vidd. Bohlen. l. l. p. 9 seq., Hamm. l. l. p. XI. seqq., et Sacy *Chrest. Ar.* III p. 27 seq Servatur praeterea Amstelodami in Bibl. Instituti Regii opusculum ineditum, hoc titulo indicatum: *Mutenabbii Carmen Arab. e Cod. suo imprimi curavit E. Scheidius, cum notis Mss. J. Willmeti.* Codex ille in *Catalogo Codicum Mss. in primis O. O.* ejusdem Instituti, suffixo *Catalogo Bibl. Willmet.* Amst. 1837 8°., sic describitur p. 21 n. 135: *Mutenabbii carmina — Arab. — punctis vocalibus ubique instructa — cum Schroederi collatione sui Codicis — et nonnullis observationibus ejus manu adscriptis: II tom. I vol.4°.* Codex autem Schroederi forte commemoratus est in *Parte Bibl. Schroed.*, die 1 Maji 1835 Groningae divenditâ p. 10 n. 82, his verbis: *Excerpta quaedam ex Motanabbio, et ex ejus Scholiastâ Wahidaeo. Cont. pag.* 130.

[b] Inter *Arabum scripta* praesertim in censum venit *vita Motanabbii*, *conscripta ab Ibn-Khallicano*, indicata a Tydemanno (in *Conspectu Operis Ibn-*

carminum illorum *pretium*, ut ajunt, *poëticum* inquisiverunt[a]. His nunc omissis, hoc loco tantum agamus de ejus *juventute*, *eâque vitae periodo*, *quâ cognitâ*, *hocce Carmen praecipue illustretur.*

Natus est About-thaijeb Ahmed ben Hosain ben Hasan ben Abd-as-samad anno Hedjrae 303 Coufae, in vico, cui nomen est Cinda (كندة), a quo *poëta Cindae* nuncupatus est[b].

Khall. p. 129), deinde Germanice versa ab Hammero l. l. p. XXXIX seqq., nunc vero Arabice edita a cl. Wüstenfeldio (*Ibn Challikani Vitae* fasc. I. Gött. 1835 4° p. 63-66). — Hanc vitam *in Compendium redegit* Aboulfeda, natus eodem anno, quo Ibn-Khallican opus suum absolvit, anno nempe 672 (vid. cl. Weijersii *Spec. Crit.* p. 16). Pleraque Aboulfeda ex illa recepit verbotenus, nonnunquam modo lectionem, ab editione Wüstenfeldii diversam, in suo Cod. ob oculos habuit. — Locum illum ex Aboulfedae opere primus publici juris fecit, vertit et paucis illustravit Reiskius (*Ann. Mosl.* II p. 482 seqq.), postquam jam antea (II. p. 472 seqq.) hujus Poëtae mentionem fecerat. Vitam, ab Aboulfedâ conscriptam, Arabice et Latine iterum postea edidit, addito uberiore Commentario, Ant. Horst, praemissam *Carmini Motenabbii, quo laudat Alhosainum ben Ishak Al-tanuchitam* (Bonn. 1823 4°. p. 1, 2, et 12-22). — Porro mentione dignae sunt *traditiones de rebus gestis Motanabbii*, quas Bohlen. ex Cod. quo usus est, petiit, ac libro suo jam l. passim inseruit. His, commemoratis a Wâhidio, adeoque, temporis habitâ ratione, *primum locum* tenentibus, usus esse videtur Ibn-Khallican. Institutâ enim collatione *illas* inter et *hujus vitam*, magna deprehenditur, quin *in verbis* nonnunquam convenientia. Alia tamen multa Wâhidius narravit, quae Ibn-Khallican omisit. Conferantur apud Bohlen. l. l. p. 6, 7, in primis p. 11, cum editione Wüstenf. p. 64 et seq.

[a] Vario Arabes ipsi, teste Ibn-Khallicano (in ed. Wüstenf. l. l. p. 63 seq., ap. Hamm. p. XL. seq.), aliisque (vid. Hamm. p. XLIX seqq.), de Motanabbio Poëta judicarunt. De recentiorum judiciis egit Sacy l. l. p. 28, suum ipse et aliorum judicium commemorans. Vid. etiam G. Weil *die poët. Literat. der Arab.* Stuttg. u. Tub. 1837. p. 90 seq.

[b] Vid. cl. Weijers. *Spec. Crit.* p. 52 et 186 seqq.

Cognomen *Djofi* gessit, quia ortus erat ex ejusdem nominis tribu (جُعْفى), quae *Sabae* posteris annumeratur[a]; alterumque cognomen, quo vulgo indicatur, *al-Motanabbii* (المتنبى), id est, *qui se ipse Prophetam reddit*, ut notum est, a studio muneris Prophetici accepit, quo aliquamdiu abripiebatur.

Motanabbius cum patre, qui Coufae *aquarius* fuisse perhibetur[b], in Syriam puer profectus est, ibique juventutem transegit. Damasci litterarum studiis incubuit, ac deinde in desertum *Semâwae*, Syriam inter et Irâkam situm[c], se recepit, quo linguam Arabicam, inter ipsas tribus Arabicas, penitus cognosceret[d].

Quamdiu in Semâwae deserto commoratus sit, latet. Sed sine dubio per longum tempus, quo ipsi opus erat ad tribus singulas recte cognoscendas. Haec inter Nomades commoratio propensiorem quoque eum reddebat ad *vitae conditionem perpetuo immutandam*. Quod quoties fecerit, fata ipsius, certiora quippe pleniusque cognita, postquam

---

[a] Conf. Sacy l. l. p. 33.

[b] Vid. Ibn-Khallican l. l. p. 65, et Aboulf. *Ann. Mosl.* II. p. 484 et 773 seq., coll. A. Horst. l. l. p. 12.

[c] De eo vid. Sacy l. l. p. 65 seq.

[d] Hoc Larius jure suspicatus est, qui Biographiam Motenabbii etiam conscripsit, insertam Hammeri operi laud. p. XLVII seq. Hocce enim iter, aliaque quae deinde suscepit itinera, caussia annumerentur, quibus effectum sit, ut noster Poëta in interiores linguae Arabicae recessûs adeo penetraverit, accuratissimamque uberrimarum ejus divitiarum, quas continuo paratas habebat, notitiam assecutus sit. Quonam autem observandi acumine et quam tenaci memoriâ ille praeditus fuerit, cum aliunde liquet, tum praecipue ex *Vita ejus*, ab Ibn-Khallicano conscriptâ. Idem hujus rei exemplum, h. l. narratum, Aboulfeda quoque retulit.

in aulam Seifeddaulae venerat, luculenter docent. Verum totam quoque juventutem atque aetatem virilem maturescentem itineribus suscipiendis consumsisse videtur. Etenim ante annum aetatis 34, quo Seifeddaulam adiit, Mambedji sive Hieropoleos, Halebi, Tharsi, Antiochiae et Laodiceae Praefectos aliosque, in his urbibus habitantes, summos ac principes viros, cognoverat, eosque, carmine coram iis recitato[a], celebraverat. Ex his itineribus, post longam inter Arabes campestres commorationem ac vario tempore institutis, plerumque, nisi semper, ad has tribus verosimiliter reversus est. Quarum expeditionibus bellicis cum interdum interfuerit, quis est, quin observet, hanc aetatem magnam item vim habuisse ad studium *rei militaris* in Motanabbii animo excitandum, cumque iis sensibus heroïcis imbuendum, quibus ejus Carmina ubique conspicua sunt?

Componendis carminibus magnam nominis celebritatem nactus, eo tandem levitatis et insaniae processit, ut Prophetam ageret; quamquam paulatim, nec nisi aliorum exemplo incitatus, huc pervenit. Islamismum enim, quemadmodum ab amissi vigoris corruptique ingenii tempore sagaciores inter Arabes viri jam perstrinxerant, ita Motanabbii aetate nonnulli, ut postea[b], in contemtionem adducere, quin ludibrio habere, non dubitarunt. Quorum dicta quum lascivum illius ingenium non delectare non possent, haec in animo ipsius pueri semina probabiliter sparserunt earumdem opinionum, quibus deinde a Moslemorum sacris magis magisque abalienatus est.

[a] Vid. Bohlen. l. l. p. 2–4.

[b] Vid. Bohlen. l. l. p. 11.

Islamismi fastidium mox increvit, auditis quaestionibus, quae de Korano in scholis excutiebantur, subtilissimis profecto, futilibus, vanis, inanibus; cognitis item sectis istis variis, temporis decursu ortis inter Moslemos; consideratâ, verbo, universae religionis conditione, quae solis ritibus observandis unice constabat. Quibus si accesserit rerum, eo tempore inter Moslemos perturbatarum, contemplatio, earumque restituendarum amor atque fervor, non miramur dilectissimam audaci Motanabbii animo fuisse cogitationem, se magnas in his instaurandis partes agere posse: sibi verosimiliter principatum in his gerendis mandatum esse, se fortasse, alterius Mohammedis instar, illum fore sacrorum emendatorem, novique imperii, quod antiquum primorum Khalifarum regni splendorem referret, conditorem[a].

Hae vero cogitationes non melius neque celerius ad quamdam pervenire poterant maturitatem, quam inter Arabes deserticolas, religionis legibus religiose se non obstringentes, alienumque cujusvis imperium indigne ferentes perpetuo.

Haec quum illi diu in votis fuissent, spem prosperi eventus ipse concepit, praesertim postquam magnum sectatorum numerum cum ex aliis tribubus[b], tum ex Celabitis, magnâ auctoritate fruentibus[c], nactus erat. Hos autem

[a] Haec conjecit A. Horst l. l. p. 17 seqq.

[b] Vid. Ibn-Khallican, et in ed. Wüstenf. p. 64, et ap. Hammer. p. XLI. Etiam Bohlen l. l. p. 11.

[c] De hac tribu conf. Sacy *Chrest. Arab.* III p. 33 et 66. Magnam ejus eo tempore fuisse efficaciam, docet expeditio a Seifeddaulâ in eam suscepta, quam Motanabbius, qui huic intererat, carmine celebravit, a Sacyo ibid. p. 3–8 Arabice edito et Gallice converso p. 1—5.

non modo ceperat virtute poeticâ insigni ac sane admirabili; facundisque orationibus, quibus alterum ageret Mohammedem, eorum animos perterrefecerat; sed miraculis quoque, ut ferunt, jactandis, eorum mentis aciem praestringere studuerat.[a] At irriti fuerunt isti conatus. Brevi enim post, quam publice se Prophetam professsus erat, anno circiter aetatis trigesimo[b], Loulouus, Emessae Praefectus, eum captum in carcerem inclusit; ex quo deinde liberatus, missum etiam fecit consilium, quod, si aliis vixisset temporibus, atque integrâ vi ingenii Mohammedis praeditus fuisset, demum potuisset perficere.[c]

Graviter sane dolendum est, certiorem, quae hanc, de qua diximus, aetatis ipsius partem exponat, notitiam non servatam esse: ex qua, quaenam per 34 annos gesserit, et quid, Propbetam agens, docuerit vel praeceperit, quidve perficere voluerit, effici possit. Quam claram lucem haec Carminum ipsius interpretationi affunderent, quisque intelligit. Illâ autem jam deficiente, multa in his non modo satis perspicue illustrare numquam licebit, sed ad ipsa Carmina, eaque inter se collata, quod in hac disquisitione instituendâ praecipuum, quod nobis superest, auxilium praestet, confugiendum est. Magnus est, fateor, eorum per hos annos compositorum, numerus, ac tantus quidem, ut pars totius collectionis non exigua iis solis absolvatur. Permulta quoque ex iis cognoscuntur: Poëtae v. g. cum diversis viris necessitudines, et, quae vividis coloribus ibi de-

[a] Vid. Bohlen l. l. p. 12 seqq.
[b] Idem opinatur Hammerus, l. l. p. XXVI.
[c] Vid. Hammer. l. l. p. XVIII seqq.

pinguntur, indoles ejus, ingenium ac mores.[a] Quid etiam de Korano atque Islamismi eo tempore conditione senserit, insignes loci testantur.[b] Multum tamen abest, ut haec, quae supersunt, carmina nostrum desiderium expleant. Melius forte huic satisfecissent alia, nunc eheu! deperdita[c]: quorum in nonnullis suam sententiam apertius ipse declaraverit; quae vero hanc ob caussam, quid mirum! postquam missum fecerat illud consilium, prudenter sane vel ab ipso Poëtâ aut ab amicis, vel ab aliis, quibus indigna illa visa sint, quae servarentur, a carminum inquam Collectoribus et Interpretibus, ne quid detrimenti caperet religio, oblivioni tradita sunt. — Ex *ordine* praeterea, quo Carminum reliquiae sunt dispositae, in multis Codicibus quippe diverso, ac saepe sine dubio turbato, in his explicandis ac vitâ illius illustrandâ parum possumus proficere. — Quid denique de *traditionibus* judicandum sit, est in aprico. Namque *insignem* earum *copiam eamque diversis modis variatam*, olim extitisse, exinde jam suspicamur, quod viri in iis caussa agebatur, de quo varii rumores increbrescere solent. Qui quantopere aucti sint, postquam fama de eo Prophetam agente, longe lateque propagata erat, *et* frequentes, qui hac de re ubique habebantur, sermones ostendunt,[d] *et* vel ipsum, quo maxime inclaruit, nomen *Matanabbii* indicat. Harum traditionum nonnullae a scholiastis servatae sunt. Quas quam parvi pretii aestimaverit Ibn-

---

[a] Conferantur quae collegit Bohlen l. l. p. 18 seqq.

[b] Vid. Bohlen l. l. p. 10-18.

[c] Ibn-Khallican (in ed. Wustenf. I, l. p. 63, ap. Hamm. p. XL) 4 v. c. commemorat hemistichia, in Diwâno non recepta.

[d] Vid. Ibn. Khallican. l. l. p. 66.

Khallicanus, ipse, vitae narratione absolutâ, diserte testatus est. Ac merito. Collatis nempe Commentariis pleraeque certe nullius fere sunt utilitatis in carminibus illustrandis. *Breviores* enim inscriptiones vix aliquid definiunt. Et *longiores* si consideras, incerta earum ratio confestim in oculos incurrit. Complures traditiones ibidem non raro conjunguntur, quarum altera alteram evertit. Ac res saepe in iis examinandae suppeditantur, de quibus certum ferre judicium, non amplius licet.

Exempli loco sint, quae de carmine, hic edito, traduntur. In Codicibus 25 et 524 trita ei tantum inscribitur formula: قال ايضا في صباه, id est: *dixit etiam in juventute suâ*. In Cod. 126 non ab ipso Codicis scriptore, sed ab aliâ manu additum est, hoc missum esse ad *Abou Dolafum* (في ابي دُلف). Cemaleddinus autem refert hoc carmine celebratum esse *Aboul-Abbâsum ben Caighaligh, virum literis humanioribus excultum, Poëtam et liberalitate insignem*[a]. Ex hac traditionis varietate, utra est eligenda? Posteriorem, solâ Cemaleddini auctoritate nitentem, jure in dubium vocavit Bohlenius (l. l. p. 2). Cemaleddini enim aetas longiore intervallo ab aevo Motanabbii erat remota[b],

---

[a] Locum intelligo ex *Select. hist. Halebi*, ed. a cl. G. W. Freyt. p. 41 in fine: وكان ابو العباس بن كيغلغ اديبا شاعرا جوادا وهو الذى مدحه المتنبى بقوله كم قتيل كما قتلت شهيد. Nomen كيغلغ, vocabulum Turcicae originis, pronunciavi *Caighaligh*, Hamakerum secutus, censentem Arabice pro libitu pronunciari posse كَيْغَلِغُ et كَيغْلِغُ. Ex ejus sententia hoc notat *cervinam naturam*, quo nomine vel *celeritas* indicetur, vel *pulchritudo*. Conf. nota subjecta cl. Weijersii *Spec. Crit.* p. 186.

[b] Natus est Cemaleddinus anno 588 et mortuus 660. Vid. Freyt. l. l. p. XXXVI et XLIV.

quam ut illius, accuratissimi licet ceteroquin in historiâ Halebi enarrandâ[a], sola auctoritas sufficeret ad rem profligandam, quam ab aliis acceptam, tanti certe non habuit, ut in eam amplius inquireret. Num ea, quae Cemaleddinus acceperit, vera sint, *nos* quoque, si vel *plures* Aboul-Abbâsi res gestae memoriae traditae fuissent, vix ac ne vix quidem certe dijudicare possemus. Viri enim, ad quem carmen miserit, Poëta nullam fere mentionem fecit. Praeterea *ille* si assumatur, Motanabbius hoc carmen probabiliter ad eum scripsit, Halebi versantem. Quod tamen, collato carminis argumento, quam maxime improbandum est. Namque Aboul-Abbâsus hujus urbis praefecturam tenuit ab anno 302 ad annum 318[b]. *Hoc* autem tempore

---

[a] Conf. Freyt. l. l. p. XXIV et seqq.

[b] Vid. Freyt. l. l. p. 41 seq., coll. p. 31 seq. Plenius nomen ejus scribitur (ibid. p. 42 initio) *Aboul-Abbas Ahmed ben Caighaligh.* Uberiorem hujus viri notitiam, quam Freytagii liber offert, alibi non deprehendi. De iis, quae ante annum 302 fecerit, paucis exposuit vir cl. p. 113 et 123 seq. Post annum 318 foedus dicitur pepigisse cum Mohammede ben Thoghdj (p. 43 coll. 33); anno nempe 321, quo a Khalifâ Provinciae Mizri secundâ vice praefectus est (p. 130). *Tres* alii hujus gentis viri insuper tam in opere laud. quam in Motanabbii Diwâno commemorantur. Primus, *Ibrahim ben Caighaligh*, dux erat exercitus anno 307, cum copiis in Aegyptum tendens (cf. Freyt. l. l. p. 114, 124). Alter, *Abou Jakoub ben Caighaligh*, si fides habenda sit inscriptionibus, carmine celebratur, quod in Cod. 25 p. 19, in Cod. 543 p. 33, et in Cod. 126 p. 102 extat et ap. Hammer. n. 25 p. 24 seqq. Tertius, *Ishak ben Caighaligh*, Tripolis erat praefectus, homo levis, effeminatus, ignavus, avarus, suspicax. Fugam cepit anno 332, hostibus adventantibus (cf. Freyt. l. l. p. 48 coll. 37). At inermem Motanabbium iter facientem detinuit, donec ipsum carmine laudasset; abeuntem porro armatâ manu ita prosecutus est, ut Poëta vix salvus evadere, (cf. cl. Weijersii *Spec. Crit.* p. 185 seq.). Carmen tamen hic in istum composuit, eamque perjuriam acriter in eo notavit, et reliqua ejus vitia ac servila

Poëta, 15 annos natus, tali ratione, ut modo videbimus, non videtur scribere potuisse.

Iisdem premimur difficultatibus in alterius traditionis, *Abou Dolafum* indicantis, fide explorandâ. Deficit enim *omnis fere hujus* etiam notitia. Quae si vel ad nos pervenisset, ex carminis argumento, virum, in cujus gratiam factum sit, vix respiciente, parum item proficeremus ad hoc testimonium probandum. Haec tamen traditio, apte quippe conveniens cum aliis dictis, quae cum in Orientalibus, tum Occidentalibus hujusce Diwâni Codicibus alibi leguntur[a], maximam nacta esse videtur celebritatem. Quod

---

ingenium graviter perstrinxit. Hoc (cujus duo bemistichia explicuit Bohlen l. l. p. 31) cum duobus aliis carminibus, in ipsum quoque confectis, legitur apud Hammer. p. 168-172. Ex tertio novimus, eum a servis suis interfectum esse. Merito autem in Cod. 25 p. 99 vocatur *insipiens* (جاهل).

[a] Viri nonnulli, hoc nomine insigniti, in Arabum scriptis occurrunt. 1°. In Tydemanni *Consp. Op. Ibn-Khallic.* n. 549 p. 206 recensetur *Abou Dolaf Alkâsem ben Isa*. . . . (العجلى), unus ex ducibus Almâmouni et deinde Motasemi. Bagdade mortuus anno 226 vel 225; aequalis Abou Temmâmi, mortui anno 231. Hujus ejusque fratris mentionem fecit Tsaâlibius in ea parte *facetiarum libri* (كتاب اللطائف), quam edidit Doct. P. Cool l. supra (in p. 217) l. p. 8 n. 34. 2°. Ibn-Khallican (cf. Tydem. l. l. n. 228 p. 157, et ed. Wüstenf. fasc. III p. 31 seq.) vitam descripsit *Abou Becri Dolaf ben Djahdar as-Schiblii*, origine *Khorasâni*, nati educatique Bagdadi, ibique mortui anno 334 vel 335. Tertium indicavit F. Stüwe (*die Handelszüge der Araber*, Berol. 1836 p. 240, 365-368), nuncupatum *Abou Dolafum Musir ben al-Mohalhil*, Poëtam insignem, in aulâ degentem Samanidarum, annoque circiter 331 iter ad Sinenses suscipientem. Quartus, aequalis duorum, quos postremo loco citavi, Motanabbii *amicus* fuisse dicitur in duorum carminum inscriptionibus (in Cod. 25 p. 25 seq., in Cod. 542 p. 44 seqq., in Cod. 126 p. 132 seqq.; ap. Hammer. p. 31-33, n. 28 et 29): in quorum priore alloquitur *amicum*, in posteriore *Loulouum*, Emirum Emessae, qui Motanabbium in vincula conjecerat. In Cod. 542 haec adscripta sunt car-

vero, fatemur, quum variis de causis fieri potuerit, non ejus est efficaciae, ut hujus effati auctoritatem omni dubio

---

miai 28°: فقال فى ابى دلف بن كنداج وقد تعاهده فى الحبس i. e. *et dixit de Abou Dolafo ben Cendâdj, postquam ipsum in carcere visitaverat:* et carmiai 29°: وابو دلف هذا كان صديق المتنبى بره وهو فى سجن الوالى الذى كتب اليه ايا خدد الله الخ *Hicce Abou Dolaf Motanabbii erat amicus, qui illum beneficiis afficiebat, dum carcere detinebatur Praefecti* (Louloui), *ad quem carmea scripsit sequens.* — Ia Cod. 126 haec ab aliâ maau (eâdem, quae verba فى ابى دلف وهذا كان محبوسا nostro carmiai apposuit) carmini 28° addita sant: وكان ابو دلف بن كنداج يتعاوده ثم اعفله (l. اغفله) فوبخه بهذه الابيات فقال, i. e. *Et hunc* (Motanabbium), *quo tempore carceri inclusus orat, Abou Dolaf ben Cendâdj visitare solebat. Quod quum hic deinde facere neglexisset, illo hisce versibus eum perstrinxit, dicens.* — Haec leguntar in Cod. 25 ad carmea 28: اهدى اليه ابو دلف هدية وهو معتقل وقد كان بلغه عنه قبل ذلك انه ثلبه عند الذى اعتقله فقال وكتب بها اليه من السجن i. e. *Misit ei Abou Dolaf donum, quum in carcerem esset conjectus; antea autem audiverat, illum ipsi obtrectasse apud eum, qui ipsum in carcerem conjecerat: quare tum extulit* (*hoc carmen*) *et ad eum scripsit ex carcere.* Iascriptia carmiais sequentis ia eodem Codice haec est: وكان قوم فى صباه وشوا به الى السلطان وتكذبوا عليه وقالوا له قد انقاد اليه خلق من العرب وقد عزم على اخذ بلدك حتى اوحشوه منه فاعتقله وضيق عليه فقال يمدحه; i. e. *Erant autem nonnulli, qui eum juvenem apud Sultanum* (Louloaam) *accusabant et criminabantur, dicentes: »jam sequitur illum magna Arabum multitudo, ac »certo sibi ipse proposuit tuam occupare ditionem"; adeo ut eum ab illo abalienarent. Is igitur illum in vincula conjecit, et arcte illum habuit. Tum dixit, eum* (Sultaaam) *laudibus celebrans.* — In opere Tsaâlibii (Cod. n. 502, de qao dixi supra ia p. 216.) seqaeatia carmini, quod incipit a vocabulo اهون, adjiciantar: ومن شعره فى الحبس ما كتب به الى صديق له قد كان انفذ اليه بمباشرة; i. e., *Et unum ex poematibus ejus, in carcere compositis, hoc est, quod scripsit ad unum ex amicis suis, qui laetum nuntium ad ipsum miserat.*

superiorem reddat. Haec modo constant, Motanabbium hocce carmine virum allocutum esse, quocum intimâ junctus erat amicitiâ, cui ob cognitam pristinam ipsius conditionem gratum erat praesentem quoque cognitam haberc, cuique porro, ea, quae antea perficere cogitaret, haud ignoranti, non opus erat, ut haec manifestius exponerct; cujus fides praeterea ipsi adeo cxplorata erat, ut, ingenue, quae nunc animo ipse volveret, cum eo communicatis, nullus ipsi metus esset, ne haec ille consilia aliis proderet.

Talis amicus num Abou Dolafus fuerit, equidem affirmare non ausim. Verum hoc posito, id, quod etiam est probabile, assumendum est, Poëtam, hoc carmen conscribentem, dum plenâ utebatur libertate, familiaritatem cum eo aliquamdiu ante contraxisse, quam in vincula conjectus est. Illi autem, qui, receptâ traditione, mircntur, Motanabbium ad *eum* amicum *duo* tantum carmina, *nostrum* nempe et *octavum et vigesimum*, misisse, rcputent, fieri posse, ut alia plura, in carminum, quae supersunt, collectionem translata, his annumeranda sint[a], aliaque etiam, ab auctore ejusve amico numquam ad publicam notitiam perlata, olim extiterint: insuper, ut Poetae, ex carcere emisso, nullae amplius in posterum cum pristino amico amicitiae fuerint necessitudines. Nam, ut apparet ex carmine 28[e] (ap. Hammerum p. 31), opinatus est Abou Dolafum, de ipso quippe locutum cum Judaeo quodam, qui ipsum deinde apud Loulouum criminatus est[b], caussam cxtitisse, quare carcere in-

[a] Hanc quaestionem, Codicibus Leidam jam remissis destitutus, haec scribens solvere nequeo.

[b] Sic explicandus esse videtur locus Carminis 29[i] (apud Hammer. p. 33 vs. 11 ab initio et seqq). Conf. etiam Bohlen l. l. p. 2 seq.

clusus fuisset. Alia porro accesserunt, quae prohibuerint, quominus amicitiam postea renovaret. Frequens cogito Motanabbii cum aliis viris commercium, ejusque in alias urbes ac dissitas regiones discessum, variaque, quibus deinceps implicitus est, negotia. Ex carcere enim liberatus, Laodiceam, quo venerat anno circiter 330 (Bohlen l. l. p. 3), reliquit, Halebum petens. Ubi quum aliquamdiu degisset, Antiochiam se contulit. Anno 337 rediit Halebum, ibique in aulâ Seifeddaulae, eum in omnibus fere bellicis expeditionibus secum ducentis, ad annum usque 346 mansit. Ortâ inter utrumque dissensione, Câfourum adiit, cujus summa eo tempore in Aegypto erat auctoritas. Spe, fore ut ab eo cuidam Provinciae praeficeretur, abjectâ, anno 350 ad Adhadeddaulam pervenit, Rocneddaulae filium, ex Bowaijadarum[a] familiâ. Quem quum reliquisset, Coufam rediturus, iter faciens occisus est.[b]

Indicatâ incertâ Arabicarum cum de primis 34 aetatis Motanabbii annis in universum, tum potissimum de hocce carmine, traditionum ratione, et jam omissâ uberiore ea de re disputatione, hoc tantum observemus, tempus, quo hocce carmen compositum sit, probabiliter incidere in eam aetatis partem, quâ consilium Prophetam se profitendi jamjam executurus esset, id est in illud temporis intervallum, quod ab anno vigesimo ad trigesimum usque decurrit, ac verosimiliter quidem sub finem circiter hujus decennii.

---

[a] Hi vulgo dicuntur *Bouidae*. At vera, ut docuit Sacy *Chr. Ar.* I p. 91, pronuntiatio nominis, stirpis eorum auctori proprii, est *Bowaih*, Arabice بُوَيْه.

[b] Cf. Ibn-Khallican. l. l. et Bohlen. l. l. p. 3 seqq. — *Câfourum* quod attinet, cum iis, quae de eo ibid. p. 6 et seq., 21-24 narrantur, cf. vita ejus a Makrizio descripta, et edita a Sacyo *Chr. Ar.* II p. 50-54 et Gallice p. 143-147.

Hanc meam qualemcumque sententiam, ex carminis contemplatione derivatam, *argumenti* probet expositio. Patet exinde, juventutis, Coufae transactae, memoriam in ipsius mente tunc locum jam tenuisse longe remotum: ac sensus in eo spirant, in juvene vulgo conspicui, ad aetatem virilem propius accedente. Lubenter concedo, omnibus hujus generis carminibus idem fere esse argumentum, atque *puellam* suum semper locum in iis tenere (vid. v. c. Hammeri l. l. p. XX), eamque ob caussam, quia non raro finguntur *et* ipsa, *et* quae de ea perhibeantur, saepe etiam non inquirendum esse, *quaenam* illa fuerit; — ad talia tamen apte vividisque coloribus describenda animus requiritur juvenilis certe, amore inflammatus, immo penitus correptus et in puellarum pulchritudine et venustate celebrandâ insatiabilis. Praeterea *gladius* quidem ac bellica virtus in illis efferri solent; — at in iis, quae h. l. leguntur, heroicum agnoscimus ingenium, in armis gerendis exercitatum et militaribus expeditionibus diu jam assuetum. *Vitae* porro *jam dudum actae* adumbratio, et, quae agitat, *consilia*, homini potius accommodata sunt, aetati virili proximo, quam juveni, periculorum fere experti, ac de multis somnianti, nulla revera perficienti. Sed sigillatim perlustremus argumentum. Poetae, ab amata separato, hanc separationem acerbiorem reddit duritatis crudelitatisque, quâ ipsum tractaverit, cogitatio. Quae cum metum inter atque spem eum suspensum teneat, eumque desperare cogat, voti se umquam compotem fore, de fortunâ adversâ hic queritur vehementer ac martyribus ipse se annumerare non dubitat (v. 1–3). Amicam nihilominus summis laudibus effert (v. 4–11), ejusque ferreum frigidumque ani-

mum perstringit quidem (v. 12), is tamen non impedit, quominus ipsius amore flagret (v. 13–16). At sors ista miserrima, acre illud puellae desiderium ejusque superbia (v. 17), eo etiam graviora sunt, quo magis cogitat iniquam vitae, in qua nunc versatur, conditionem. Hanc autem, quo pluris fiat animi ipsius praestantia, jam breviter describit (v. 18–20). Captus licet amore, heroicâ simul virtute quam maxime est praeclarus. Armis summopere delectatur, his strenue gerendis est aptissimus, par periculis gravissimis subeundis, prementi inopiae perferendae idoneus. Alacer per deserta vagatur, nullâ sibi quiete permissâ, sive agminum Celabitarum socius, sive, ut alios alibi carmine laudet, iter solus instituens: nunc vero in Baälbeci vicinia oberrans. Sed meliore sorte se dignum esse sentit, eamque se aliquando consecuturum esse, etiam confidit (v. 21–25). Quam ut sibi ipse comparet, sibi facultatem non deesse ultro fatetur. Corporis enim viribus pariter ac mentis dotibus viget. Ut illam assequatur, summis *quibusque* periculis, immo morti se objicere non veretur, utque iis intrepidus obviam incedat, acriter ipse se impellit (v. 26–31). Quaenam vero illa est sors, quae ipsi adeo dilecta ac digna videtur, cujus gratiâ vitam suam in discrimen adducat? Non sane hominis privati, contenti paucis, sed summi viri, qui gentem, proavorum virtute jam nobilitatam, ad illud, in quod nondum antea evecta est, gloriae fastigium suo exemplo educit (32, 33). Viri sortem intelligit, omnes in sui admirationem rapientis, quo nemo alius admirabilior olim extitit (34). Multos esse noverat, qui, sive aliis de caussis, sive quia iis, quae risui exposuerat (6, 14), praeceptis tenaciter adhaerebant, ipsi resisterent, ipsiusque con-

silia irrita reddere conarentur: sed ipsi persuasum erat, se, quamvis nunc Prophetae instar, a tribulibus male habiti, inter suos commoraretur, omnes tandem, ut antea Mohammedem, adversarios certo superaturum esse (35, 36).

A carminis argumento, ad *externam* ipsius *formam* describendam transeamus. *Metrum* ex eorum est numero, quae ab Arabibus الخفيف dicuntur, nostrumque carmen etiam est مُسَدَّس i. e. *senariis constans* (Sacy *Gr. Arab.* II p. 621), quia singula cujusque versus bemistichia tribus pedibus continentur. Singuli autem pedes complectuntur quatuor syllabas, ultimo versus pede, qui non raro fit *catalecticus* *, saepe excepto. In *primo* et *quarto* pede reperitur vulgo *Epitritus secundus* (فاعلاتن, – ⏑ – –), qui interdum, in primis in *quarto*, permutatur cum *Jonico a minori* (فعلاتن, ⏑ ⏑ – –). In uno versu 13° *quarta sede* extat *Paeon tertius* (فعلات, ⏑ ⏑ – ⏑). In secundo et quinto pede porro deprehenditur plerumque *Dijambus* (مُتَفْعِلن, ⏑ – ⏑ –), interdum *Epitritus tertius* مستفعلن, – – ⏑ –); in solo 24° in *pede* 2° adest *Paeon* مُتَفْعِل, ⏑ – ⏑ ⏑) et in solo 19° in loco 5° *Jonicus a majori* (مُسْتَفْعِل, – – ⏑ ⏑). — In *tertia* sede occurrit vulgo *Jonicus a minori*, vel etiam *Epitritus secundus* et *Dichoraeus* (فاعلات, – ⏑ – ⏑), in 14° quoque *Paeon tertius.* — In *sexto* pede plerumque babemus *Dichoraeum*, aut, loco *Molossi*, huic pedi in aliis carminibus saepe proprii, *Antibacchium* (مفعول, – – ⏑), cujus usus explicetur ex usu *Paeonis tertii* (⏑ ⏑ – ⏑), prioribus duabus syllabis contractis. *Paeon* hicce *tertius* hac sede aliquoties

* Leges, quas in hac ratione instituendâ, Poetae sequantur, descripsit Ewaldus *Gr. Ar.* II p. 326 seqq. § 784 seqq.

etiam legitur, uti etiam *Jonicus a minori* et *Epitritus secundus*.

Arsis in primo et tertio pede cadit in *tertiam* syllabam, *minor* ictus in *ultimam*, si haec longa est; in secundo et quarto pede in *secundam*, minor ictus in *ultimam* longam; in tertio et sexto pede in *penultimam*, *ultima*, si producitur, ictu minore effertur.

Conspectus quo facilior reddatur, ecce tabulam:

– ⏑ –́ –́	⏑ –́ ⏑ –́	⏑ ⏑ –́ –́	– ⏑ –́ –́	⏑ –́ ⏑ –́	– ⏑ –́ ⏑
⏑ ⏑ – –	– – ⏑ –	– ⏑ – –	⏑ ⏑ – –	– – ⏑ –	⏑ ⏑ – ⏑
	⏑ – ⏑ ⏑	– ⏑ – ⏑	⏑ ⏑ – ⏑	– – ⏑ ⏑	—— – ⏑
		⏑ – ⏑ ⏑			⏑ ⏑ – –
					– ⏑ – –

Ultimae syllabae ubique resonantes, sive *ὁμοιοτέλευτον* (القافية), sunt ejus generis, quod dicitur المتواتر, quo significatur, *moveri consonantem inter duas literas quiescentes*.[a] Cadit enim carmen in ـُـودى (sive ـُـود) vel in ـِـيدى (sive ـِـيد). Literae nempe و et ى, positae ante literam د, et Arabice dictae الرِّدْف (Freyt. l. l. p. 313), ut vulgo, permutantur.[b] *Vocalis* porro *finalis* (المَجْرَى; vid. Freyt. l. l. p. 318) et *brevis*, et *longa* est, pro formae ratione, adeoque h. l. obtinet id, quod dicitur وَصْل مُسْتَعار, qua de re egit Freyt. l. l. p. 315 seq.

Quod vero observatur plerumque in hujus generis carminibus (القصائد), *utrumque primi versûs hemistichium inter se resonare*[c], huic carmini, ut aliis quoque, sed paucis tamen, obtrudi posse non videtur.

---

[a] Vid. cl. Freyt. *Darstellung der Arab. Verskunst.* Bonn. 1830, 8°. p. 305.

[b] Conff. Ewald. l. l. I. p. 39 et Freyt. *ad carmen Caabi ben Sohair* Hal. 1823 4°. p. XXIV.

[c] Vid. G. Jones. *Poes. Asiat. commentt.* ex Anglico ed. p. 78, ex Germ. p. 66.

Carmen, ad quod explicandum nunc pergimus, est *decimum* in Versione Hammeri Germanica, ibique extat p. 11-13; in Cod. 25 p. 8-10, in Cod. 126 p. 43-54, in Cod. 542 p. 13-17, et in Cod., quo usus est Bohlenius, unde hic nonnullos versus ejusdem passim jam edidit (ut suspicor ex ejus *Comm.* p. 2 et 12), p. 54-66. Reiskius, Germanicâ, ut ait, *praecipuorum Motanabbii carminum* versione anno 1755 paratâ, sed nullo, qui hujus edendae sumtus in se susciperet, typographo reperto, horum carminum *fragmenta* cum textu eorum Arabico, decennio post missa ad Uxorem, publici juris fecit.* *Duodecim* nostri carminis versus (v. 1-10, 16 et 17) tunc edidit, cum textum eorum Arabicum, tum versionem Germanicam et nonnullos in hos animadversiones (l. l. p. 23-28).

Duplicem nos carmini subjecimus *Commentarium.* Prior auctorem habet *Wâhidium;* sed, ut in Codicum descriptione observavimus, hujus Commentarius, quem Cod. 542 exhibet, in compendium redactus est. Alterius auctor, ut

* Opusculum intelligo, cui titulus est: *Proben der Arabischen Dichtkunst. Leipz.* 1765, 4°. Quae ex Motanabbii carminibus Reiskius ibi et in altero libello, ad Wernsdorfium misso, et huic Opusculo item inserto, edidit, haec descripsisse videtur ex Cod. Leid. n. 542, cujus textum v. c. sequitur v. 3, legens بدار اثلة et ايام, cum in Cod. 126 exstet الايام et in Cod. 25 بدار الاثلة. Inter vitia, in hac editione obvia, haec notanda sunt, quod v. 16 legitur ثلثت pro ثَلِيثَةً, et v. 10 شنب pro شَتِيتِ. His autem aliisque ut metri Grammaticesque leges violantur, ita quoque turbatur sensus. Praeterea versio liberior vocabulorum constructionem sententiarumque nexum et divisionem parum attendit, nec semper, quod Poëta cogitaverit, accurate refert. In animadversionibus observationes reperiuntur egregiae, at conjecturae etiam vanae (v. g. ad v. 3), quae ipsi, si Arabico Codicis illius Commentario usus fuisset, certo non venissent in mentem.

ibidem conjecimus, videtur esse *Ibn-Djinnîus*. *Glossas*, in margine Cod. 25 notatas, sive vocabulis superscriptas, maximam partem in annotatione, subjectâ latinae versioni, commemoravi. In *annotatione* autem et carmen ipsum illustrare conatus sum, et locos nonnullos, in Commentariis obvios, de quibus operae pretium erat, ut aliqua institueretur disquisitio.

DIXIT

ABOUTTHAIJEB AHMED BEN HOSAIN BEN HASAN AL-MOTANABBI:

1. Quot occisi, sicut ego occisus sum, Martyres sunt propter albedinem collorum et rosas genarum!

Ad v. 1.) Dictio *rosae genarum* a Scholiastis recte explicata est de *rubro* earum *colore*. De vocabulo شهيد multis hi disputarunt. Usus ejus apud Arabes late patet. Vid. glossa in Freyt. *Lexico* in voce; ubi tamen hujus translatio ad *amantes* non commemoratur. Haec vero a Wahidio illustratur ex dicto, quod Mohammedi tribuitur: *is, qui amore flagrat, occoecatur; qui vero tunc se continet et amorem dissimulat et deinde moritur, moritur ut Martyr.* Hocce dictum, in compendium redactum, sed aliunde receptum, Warnerus, in Cod. 25 apposuit voc. شهيد: من حبّ وكتم ومات مات شهيدا. Eique vocabulo haec praeterea adduntur: الذى يقتل بغير الذنب وفى الغزاة لاجل الدين, id est (*Martyr vocatur*) *is qui occiditur sine culpâ, et in expeditione, religionis causâ suscepta.* Brevius quoque illa traditionis verba laudantur in J. G. L. Kosegartenii *Chrest. Arab.* Lips. 1828, 8°. p. 50. — Petulanti autem Motanabbii ingenio haec vocabuli, in rebus sacris primum ac deinde plerumque adhibiti, usurpatio certe erat gratissima. — Pro لبياض, quod in tribus nostris codd. extat, Wâhidius ac probabiliter alter quoque interpres, legit ببياض. Utrumque linguae usus permittit: vid. Ewald. *Gr. Ar.* II.

2. Et propter oculos boum sylvestrium: nec tamen hi (pulcherrimi licet) aequiparari possunt oculis, qui (me) amore in servitutem redactum, fractumque, de improviso confecerunt.

---

p. 69-71 et 76. Illud tamen videtur praeferendum esse, si modo vertatur *ob* sive *propter*. In Cod. 25 a Warnero, aliis etiam utenta Commentariis, haec vocabula ita explicantur: قتل per اك (*compressit*); بياض الطلى per جيد العنق (*colli anterior pars*, eaque *longa* in primis ac *pulchra*, monilibus vulgo ornata); ورد per حمر.

Ad v. 2.) Oculi puellarum, ut saepe, h. l. comparantur cum *boum* oculis, qui, quoniam magnitudine sunt conspicui, hanc pulchritudinis notam referunt, quam Arabes, non minus, quam alii populi, in iisque Graeci veteres, in pulchris mulierum oculis requirebant, *amplitudinem* cogito. Nec tamen oculos illos, pulcherrimi licet fingantur, cum oculis amatae conferri posse, Poëta contendit. Hi ipsum *in illius servitutem redegerant* simul et *confregerant* ac *inopinata peremerant*. Vim trium illorum verborum Scholiastae eodem modo, quo in Lexicis, indicarunt. Posterior autem, ut probaret primariam verbi عمل notionem *vehementem* notare *aegritudinem*, affert versum Poëtae, *Caabi ben Zohairi*, a quo incipit carmen ejus *in laudem Mohammedis*, primum editum a Reiskio in *Tarapha* carminis editione; deinde anno 1748 (L. B. 4°.) a Lettio cum Commentario, versione Latinâ et annotatione; tertio a Freytagio (Halae 1823 4°.), qui, quamvis, Codicibus quippe destitutus, Lettii editionem modo *emendare* potuerit, egregie tamen de hoc carmine meritus est. In hoc autem versu, uti a nostro Grammatico citatur, salvo metro (III Speciei), de quo Freytagius exposuit ibid p. XXI seqq., duplex lectionis est varietas. Noster enim sic legit: بَانَتْ سُعَادُ فَأَمْسَى ٱلْقَلْبُ مَعْمُودَا, id est: *Abiit Soâda! animus ergo aeger factus est.* Illi vero: بَانَتْ سُعَادُ فَقَلْبِى ٱلْيَوْمَ مَتْبُولُ, id est: *Abiit Soâda! animus ergo meus hodie afflictus* (est). Prioris lectionis فامسى القلب nulla fit mentio in Commentario a Lettio et Freytagio edito. Alteram (معمودا) autem ibi quoque non memoratam esse, non miramur, quamquam, alterâ lectione (متبول) receptâ, ipsum illud vocabulum tunc desideratur, cujus causa versus ille citatur a nostro. Prior enim illa lectio sine dubio est falsa, atque orta ex neglecto more consueto, supra (vid. not. c in pag. 253) indicato, quo utrumque

3. Felix praedicetur pueritia! o dies, quibus syrmata mea traxi Dar-Atslae, redite!

---

primi versûs in ejusmodi carminibus hemistichium in idem ὁμοιοτέλευτον cadit. Quam ob causam, quia قافية in hocce carmino est syllaba ـُول vel ـِيل, quae vocales, ut jam vidimus p. 253, promiscue adhibentur, lectio معمودا h. l. consistere nequit. Praeterea in illo ad v. 1 carminis Caabi ben Zohairi Commentario verba etiam afferuntur *Wâhidii*, quibus is vocabulum متيم h. l. explicuit. Quod ergo favet quodammodo Lettii conjecturae, illum Commentarium auctorem habuisse *Tebrizium*, mortuum anno 502, adroque anno post mortem Wâhidii quarto et trigesimo. — In Cod. 25 *manu Warneri* فتكت explicatur per مشرف اى قارب الى معمود ; زائد فى الحب per متيم ; قتلت per وقيل الهلاك. A Turcâ vel Persâ in Cod. 542 haec additur nota marginalia: المعمود الذى له الحب عمود (*fulcrum*) قلبه و . . . وسطه : quae explicatio acutior sane est quam verior.

Ad v. 3. Formam الصبى, quae legitur in Cod. 126 et Cod. Bonn. (vid. Bohlen. l. l. p. 46), et in margine Cod. 25, praetuli formae الصبا, quae in textu Cod. 25 et 542 invenitur, quia ى h. l. *ultima* vocabuli est *littera*. Vid. cl. Roorda *Gr. Ar.* p. 6. Porro الايام, quod etiam recepi ac Metrum postulat, legitur in Cod. 126, at verosimiliter legebat in suo Cod. Wâhidius. In reliquis prior أ omittitur. Etiam est varietas in scribendis vocabulis, quaa edidi بدار اثْلَةَ. Posterius vocabulum in Codd. 542 et 126 effertur أَثْلَةَ; in Codice 25 الأَثْلَة, quod, quia Metrum pedem مُفَاعِيلُنْ, *Epitritrum primum*, sive *Jambo-spondeum* (⏑ — —), non admittit, repudiandum est. Sine dubio لثلة legendum est, elisâ literâ *Elif Hamzatâ*, et rejecta ejus vocali in antecedentem literam *quiescentem Lam*. Simili ratione Arabum Poëtae dicunt nonnunquam لَوَ انَّ pro لَوْ أَنَّ, et وَلِبْنُ pro وَالْأَبْنُ. Vid. Ewald. de *Metris carmin. Arab.* p. 14 et *Gr. Ar.* II p. 340. Haec lectio, alterâ difficilior, eamque ob causam secundum leges criticas *huic* praeferenda, ac simul probabilem indicans *hujus* lectionis originem, neque aliena a scribendi ratione Motanabbii, literas, vocabulis contractis, subinde omittentis (Bohlen. l. l. p. 110), in Wâhidii Codice videtur extitisse. *Secundum hanc*, inquit, *lectionem tollitur Hamza, et transfertur ejus vocalis ad literam quiescentem, quae praecessit. Alii vero*

legunt sine Elif et Lam (بدار أَثْلَةَ), *idque idem atque prior lectio significat, praeterquam quod nomen articulo non definitur.* — Codex 25 denique in ultimo versûs vocabulo عودى omisit ى, quod, ut قافية ubique locorum aequalis sit, permittitur. Plerumque tamen servatur *vocalis productio* (اشباع). Consonans postremo (روى) et *ultima vocalis* (مجرى) modo, ut per totum carmen eaedem sint, necesse est. Vid. Freytag. *über die Arabische Verskunst* p. 309 seq. 318 seq.

De dicendi formulâ در دره jam egerunt Reisk. ad *Aboulf. Ann. Mosl.* II p. 418, 420, coll. p. 410, et Freyt. cum in *Lexico*, tum antea ad *Selecta histor. Hal.* p. 86. Est formula, quae suam duxit originem ex veterum Arabum moribus Nomadicis. Radix enim proprie indicat *largam effusionem*, ac primitus quidem *lactis*, *ex ubere radiatim effluentis*. At temporis decursu haec notio ad alias variasque res translata est. V. c. *ad coelum*, *imbres demittens*; ad *opes abundantes*; ad *herbam luxuriantem*; ad *forum mercibus repletum*; ad *lucernam*, *lumen clare diffundentem*; ad *equum velociter currentem*; ad *ventum flantem cum impetu*, cet. Illa autem notio, primitus de *lacte* adhibita, praesertim inter Nomades, quia, ut ait Wâhidius, *proventuum copiam et majorem victûs partem Arabes exinde percipiunt*, pro *rebus quibusque optimis* (خير) sive *exoptatis*, *quorum summae sunt utilitates* (منافع in Cod. 126), usurpari coepta est in formulâ modo allatâ, aliisque sollennibus benedicendi, laudandi atque, additâ negatione, etiam in maleprecandi formulis. Quae, quia notio illa adeo late patet, variam pro sensûs ratione versionem requirunt, ex contextâ oratione demum magis definiendam. E. c. درك يفيض, *bona quaeque tibi affluant;* لله درك, *Deo commissum sit tuorum votorum te compotem reddere;* cet. Ibn-Djinnius (teste Wâhidio, illius sententiam *suis verbis*, et *non accurate referente*,) nostrum locum sic explicat (et eodem fere redeunt ea, quae in Scholio Cod. 126 leguntur): *perpetuum sit illud*, *quod (nunc) de illâ usu cognoscitur.* Quam quidem interpretationem Wâhidius merito *malam* esse declarat, *atque nullius pretii.* Neque tamen ipsius placet explicatio: *benedicta sit pueritia!* Multo autem minus versio cum Reiskii (l. l. p. 24, 26): *es beströme der Strom des Ostwindes die Tage;* tum Hemmeri (p. 11): *Ostwind hauch auf Tage;* quorum versioni, ne alia commemorem, hoc obstat, quod Arabum, hac formulâ utentium, cogitata non bene refert. Recte observat alter interpres de hac dictione: *habet*, inquit, *externam narrationis speciem*, *at sensus interior admirationem significat.* *Perfectum* enim, ut saepe,

4. Per Deum, qui te diu superstitem relinquat, num

---

in optando et bene aut male precando, quae vis ex tono, quo dictum proferatur, satis liquet, per *subjunctivum* vertendum est. Vid. cl. Roorda Gr. Ar. p. 125 seq. — Sensus est: *quam felix est pueritia!* Cujus aëtatis desideratissimae deliciis Poëta, amoris aegritudine jam confectus, nunc adeo captus est, ut illam alloquatur, vota faciens, ut ejusdem suavitates iterum sibi percipiendae concedantur. Gerunt Arabum pueri vestes longiores, sive *pallium* (ut in Cod. 126 legitur) *fimbriis ornatum*. Quod, narrante Wâhidio, *ebrius et hilaris*, tali longâ veste induti, *non tollunt, sed protrahunt;* quo factum est, ut *syrmatum protractio* figurate dicatur de *hilaritate et incuriâ*. His verbis ut vita illa vivide depingitur, ita locus etiam, ubi dies illos transegit, commemoratur, situs, ut Scholiastae perhibent, *extra Coufam*. Accuratior, ut videtur, definitio habetur in lexico Geographico (Cod. Leid. 295), exhibente majoris Jakouti Operis Compendium, cujus Epitomator Jakouti dicta emendavit saepe et illustravit, ac praesertim fido dignus est in descriptione locorum Praefecturae Bagdadicae, quam peragraverat ipse (Vid. Hamak. Spec. Cat. p. 67 seq.). Haec autem illo: الاثلة بلفظ واحد الاثل موضع قرب المدينة قال والاثلة قرية بالجانب الغربي من بغداد على فرسخ id est: *al-Atslah, formâ tenus nomen unitatis ab al-Atsl, est locus prope Medinam. Dicit* (Jakoutus): *etiam Alatslah dicitur oppidum in latere Occidentali Bagdâdis, parasangi intervallo* (ab hac remotum). Alium etiam hujus nominis locum, aliaque forte plura, fuisse, non mirandum est, quia Orientales loca saepe nuncupant a plantis, arboribus, sive herbis, quarum magna copia in ipsorum vicinia crescit. Etenim الاثلة, ut tradit Wâhidius, est *arbor e genere Tamaricum*. Est *Tamarix*, ut dicitur, *Orientalis*. Vid. Freyt. in voce. — Collectivum ايام h. l. construitur cum *singulari foeminina*. Vid. Roorda l. l. p. 162. Ac similiter in versu Speciei XV, qui laudatur in scholio secundo. Auctor latet. Sensus est: *noctes, quas transegi puer in locis Zaroudi, num redietis, si dico: redite!* De hoc loco haec leguntur in Lexico Geogr.: زرود موضع بطريق مكة بعد الرمل فيه قصر اصفر لعلها سميت به وبركة واثار, id est, *Zaroud est locus in viâ Meccanâ pone arenam, in quo est castellum flavi coloris, a quo fortasse nomen traxit, et piscina et rudera.*

Ad v. 4. Duo accusativi in formulâ عمرك الله, cujus vis optime ita red-

18*

ante vidisti, quam hanc contemplatus es, lunas velaminibus torquibusque indutas?

di videtur, in Cod. 126 recte explicantur ex ellipsi, adeo ut plena sit enunciatio: اسال الله زيادة عمرك, id est *rogo Deum prolongationem vitae tuae.* Docetur porro, عمر positum esse pro تعمير, ita ut significetur: *rogo Deum, ut te superstitem relinquat vitâ diu servandâ;* eamque dicendi rationem conferendam esse cum formulis: تَعْدَك اللهَ, *servet te Deus*, et نَشْدَك اللهَ, (pro quo in Lexicis extat نَشْدك الله), *obtestor te per Deum;* atque illam parum differre a formulâ jurisjurandi, ac si dixisset Poëta: *per Deum*, *num vidisti:* cum autem *illam* potius instituisse orationem, ut gratiam captaret apud eum, quem se alloqui sibi fingeret. — Haec ille interpres, quibuscum conferantur dicta *Djauharii* de variâ construendi ratione vocabuli عَمْر, apud Sacy *Chrest. Ar.* II. p. 353, ac de usu accusativi absoluti, ex ellipsi explicando, Sacy *Gr. Ar.* I. n. 1110 et II. n. 159 seqq. Ewald. *Gr. Ar.* I § 349 seqq. II § 559, 565 seqq. Roorda. l. l. §. 269. Quae vero in illo Commentario perhibentur de *fictâ* persona, improbanda sunt. *Amicum* ipsum alloquitur. Verissima autem est observatio, *interrogationem* vim habere *disertae affirmationis.* In hocce alloquio Wâhidius pro voce قبلها aliam legit. Eamdem forte, quam Cod. Bonn., teste Bohlenio (l. l. p. 51), offert: طَلَعَتْ intelligo, hoc sensu: num vidisti lunas *orientes*, sive *prodeuntes.* Quae lectio sane exquisita est, et egregie conveniens ingenio Motanabbii poëtico, quod in dictionibus figuratis alterius persequendis admodum delectabatur: et alibi quoque in carminibus ejus, cujus rei exemplum attulit Bohlen. p. 52, *ipsum* hocce verbum cum *lunarum* mentione conjungitur. Nihilominus tamen alteram lectionem praefero. Hanc certe non facile quisquam alteri, quae aliunde repeti potuerit, substituisset. Prioris major item est auctoritas: receptae quippe non modo in tribus nostris Codicibus, in exemplis igitur Orientalibus Occidentalibusque, sed olim quoque repertae in *Cod. interpretis* Cod. 126, atque in Cod. ejus, qui glossae, quam apposuit h. l. Warnerus Cod. 25, auctor est. Explicatur hic pronomen suffixum ها per محبوبة *amatam*, idque ergo, non ut a Wahidio ad ايام in versu praecedenti, sed, ut par est, ad *puellam*, cujus laudes hic locus praedicat, refertur. Quam interpretationem tenendam esse docet dictio: ولا كالعيون in versu 2o: orta nimirum ex eâdem, quâ Poëta nunc penitus imbutus est, cogitatione: *puella, puellae amatae similis, nulla cernitur!* — Pulchra puellarum

5. **Jaculantes telis, quorum pennae sunt cilia, quae cor ante lacerant, quam cutem attingunt,**

---

facies, quod Arabibus est tritum, et h. l. illustratur a Wâhidio et a Bohlenio l. l., comparatur cum *lunis*. Quibus, ut puellis ipsis, ornamenta tribuuntur muliebria; *velum*, quod eam faciei partem, quae ab oculis inde extenditur, tegit (بُرْقَعٌ, vel, quo in Cod. 25 hoc illustratur, نقاب), et *monile colli*, sive *torques* (عِقْدٌ, in Cod. 25 قِلَائِد). Pari ratione (vid. Cod. 126) Poëtae loquuntur de *spectris*, quae ita sibi fingunt, quasi revera ipsa existerent, humana tamen quaeque iis tribuentes, quae modum excedunt; facultates v. c. facultates humanas multum superantes. Quod ut probetur, duo versus, nomine auctoris omisso, ibidem afferuntur. In altero (speciei III) spectrum loquens introducitur, postquam distantiam, quam homo eodem temporis intervallo peragrare nequit, pervolaverat: *equidem superavi mediâ nocte hanc distantiam.* In altero (Speciei I) Poëta, in carcerem conjectus, de spectro amatae sic cecinit: *miror nocturnum ejus iter, et quomodo pervenerit ad me, dum porta carceris clausa erat, ita ut ad me nemo accedere posset.* — Ex margine Cod. 25 hoc tantum monendum superest, formulam, a quâ hicce versus incipit, sic explicari: يطوّل الله عمرك او بحياة الله عليك, *prolonget Deus vitam tuam, vel, per vitam Dei te obtestor.*

Ad. v. 5. In lectione nulla est varietas, et in Codd. nostris, et in Cod. Bonn., ex quo hic versus adducitur a Bohl. l. l. p. 53. In margine Cod. 25 modo notatum est, pro تشق alia exempla habere تصيب, id est: quae *feriunt.* — Sensus a Wâhidio illustratur duobus versibus Speciei I allatis. Alter (*Petiit me telo, cujus penna erat stibium, quo* (telo) *non vulneravit partes cutis meae exteriores, dum* (me) *in corde vulnerabat;* in textu enim خارج male editum est pro جارح) auctorem habet Cotsaijirum (كُثَيِّر), Poëtam eroticum celeberrimum, mortuum anno 105, qui quum Azzam (عَزَّة بنتُ جَمِيل) in plerisque carminibus celebraret, saepe indicatur nomine صاحب عزة, uti etiam, *avi* ejus ابو جُمْعَة habitâ ratione nomine ابن جُمْعَة. Proprium ejus nomen dicitur fuisse كَثِير, quod deinde ob parvam ejus staturam in diminutivum mutatum sit. Vid. Sacy *Anth.* p. 83, 358, imprimis 133. Vitam hujus Poëtae descripsit Ibn-Khallican. n. 557, ac versus ejus complures a Tebrizio in Comment. ad Hamasam passim laudantur, et integra nonnulla carmina ipsius in ipso Hamasae Opere sunt recepta. Vid. Ed.

6. Sugentes ex ore meo oscula, quae in eo suaviora sunt, quam fidei confessio.

Freyt. p. 566 seq. — Alter versus a Wâhidio laudatus bene explicari potest, si antecesserit negatio *non est fera ulla* sive *ullum telum:* quo posito, sollenni more jam sequitur بأَوْشَكَ pro أَوْشَكَ, adeo ut sensus sit: *celerius interficiens, quam tu isto die, quo in me jaculata es sagittas penetrantes, quarum fissurae quidem nullae* (in carne meâ) *sunt agnitae*, i. e. oculis patuerunt. Quo in versu hoc observandum est, verbum رمى construi cum gemino accusativo, nisi legendum sit رَمَيْتِ لِي. Tribuuntur haec Poëtae, in cujus nomine scribendo Arabes inter se differunt: alii eum vocant جَمِيل (cff. *Hamasa* p. 155, 159, 160, 220. Kosegart. *Chr. Ar.* p. 141-150 et Weijers. *Spec. Crit.* p. 23: 16); alii جُمَيْل (Cod. nost. 542 et Bohlen. l. l. n. 85.) Fuit hic aequalis Cotsaijiri, ante eum tamen mortuus, anno nempe 82. Amor, quo is *Botsainam* (بُثَيْنَة) amplexus est, inter Arabes summopere celebratur. Unus quoque erat ex celeberrimis veterum Arabum Poëtis eroticis. Duo ejus carmina in Hamasâ servata sunt p. 155, 160, ejusque versus quidam a Tebrizio in scholiis laudatur. Plura carmina eorumque fragmenta commemoravit Ibn-Khallic. in vitâ ejus, n. 141 (in ed. Wüstenf. fasc. 2 p. 61-65) atque Bekâlus (البقاعي) in libro, cui titulus est: اسواق الاشواق. Vid. Kosegart. l. l. Ne dicam de كتاب الاغانى, quo illi usi sunt, laudasse sufficiat Hamakerum, qui de Djamilo Poëtâ, ejusque rebus gestis egregie exposuit ad Weijers. Spec. Crit. p. 85. Vid. etiam G. Weil. l. (p. 238) l. p. 75 seqq. — Hunc Poëtam et Cotsaijirum cum aliis permultis, quorum catalogum exhibet Bohlen l. l. p. 79-86, Motanabbius frequenter imitatus, ac subinde presse secutus est. — Versus Speciei I in Cod. 126 allatus, quo hocce Motanabbii dictum *quodammodo* (في بعض الوجوه, *in zekere opzigten*) illustretur, et cujus sensus est: *debiles mulieres viros interficiunt sine sanguine* (*ita ut nullus sanguis fundatur*), extat cum carmine integro in Kosegart. Chrest. Arab. p. 47.

Ad v. 6.) Motanabbius, puellae illius laudes celebrans, de puellis in universum loqui pergit ad vers. 8 usque, in quo et seqq., illam solam rursus attendens, ad ipsius ornatum et praestantiam describendam transit. Hic autem lascivum Poëtae ingenium conspicitur manifesto, ejusque sacrorum Islamismi rituum contemtus. Vid. Bohlen. l. l. p. 10 seqq., cà in disputatione, p. 15, versum nostrum quoque citans. Quinam sint, qui, ut ibi docetur, voc. توحيد *dactylorum genus*

explicent, aut legant التاييد (*confirmatio*) Bohlen. non definivit, nec etiam ex meis subsidiis ipse explorare queo. Fortasse leguntur illa in plenâ Commentarii Wâhidiani recensione. Hoc tantum novi ex parte Proverbiorum Meidânii, quam editioni paraverat H. A. Schultens., N. G. Schroederus vero edidit (L. B. 1795 4°), et quidem ex animadversione Pocockii, ibi commemorata p. 196, illam de *dactylorum genere* interpretationem (cujus Freyt. in *Arab. Proverb.* Bonn. 1838 I p. 411 seq. nullam fecit mentionem) huic loco obtrusam esse a *Sheicho*, id est, a *Scheikho quodam*. Pocockius enim, ut apparet ex MS. Pocock. L. B. servato, scripserat *quidam* (quod Schult. omisit) *Sheich*. Nomen igitur viri in Cod. Meidânii, quo usus est, extitit, sed sive brevitatis caussâ, sive, quia vir ille Pocockio ignotus fuerit, ab eo omissum est. Merito autem et interpretatio de *dactylorum genere*, et lectio التاييد rejicitur, eodemque jure improbanda est altera lectionis varietas, in nostris Codd. et Commentariis obvia. Lectionem cogito: هن فيه حلاوة التوحيد i. e. (*oscula*), *quae in eo sunt veluti dulcedo fidei confessionis*: quam Wâhidius in *Scholio* commemorat, et alter Grammaticus in *textu* legit, quaeque praeterea in Codd. 126 et 25 *ibidem* est recepta. Hanc tamen, magnâ licet munitam auctoritate, adulterinam nuncupare non vereor. *Germanum* sine dubio est, quod in suo *textu* reperit Wâhidius, et Cod. 542 offert. Ac notum illud Proverbium, a Meidâolo, mortuo anno 518, in Proverbiorum collectionem (l. l.) deinde translatum, احلى من التوحيد, multum facit ad hujus dicti, cum Poëtae cogitandi ratione adeo congruentis, integritatem probandam. Hoc autem quin deditâ operâ mutatum sit, non dubito. Haec enim carmina, ut Tsaâlibius in Vitae p. 216 laudatae initio observat, non modo a quovis hominum genere legebantur, sed in Scholis quoque explicabantur. Ne autem juvenum animi corrumperentur, Doctores et h. l. et alibi ut acriora dicta paululum mitigarent, ad ejusmodi interpretationes et emendationes confugerunt. Quas quam lubenter plerique amplexi sint, et quam celeriter, et brevi quidem post auctoris mortem (anno 354), illae sint propagatae, ex iis, quae supra de auctoritate lectionis حلاوة diximus, liquet. Ac profecto, ubi omnes eâ ratione, quâ Grammaticus in Cod. 126, argumentantur, ista ἀκρισία nullis terminis circumscribitur. Hic, severus Moslemus, aegre ferens, *formulae* illius uno tenore cum *osculis* mentionem fieri, *est hoc*, inquit, *ex foedis dictis ejus, pro quibus necesse est, ut veniam a Deo petat. Et satius est, ut legatur* حلاوة, *non vero legatur* احلى; *nam in rebus malis est, quod praeferatur*, sive, *quod prae altero eligendum est*; id est: *e duabus rebus malis altera alterâ est melior.* — Utitur auctor Proverbio, quod apud Meidânium legitur n. 13, in ed. Schult.

7. Gracilis quaeque (puella) tenuior (est) vino, cum corde duriore saxis.

p. 288; in ed. Freyt. I. p. 9. — *Et prope* (sic pergit) *hoc accedit ad dictum ejus* (Est versus Speciei V.): *si illa se conspicuam offerret semicalvo Monacho.* Alterum hemistichium, dictum impium, quod enunciare non ausus sit, probabiliter continens, Grammaticus videtur omisisse. Hoc vero, contextum primum legens, a Motanabbio etiam compositum esse, arbitreris. Quia vero, in ejus Diwâno, hoc consilio accurate pervoluto, illud non reperitur, من قوله eodem modo explicetur, atque dictio كما قال, qua Arabum Scholiastae, Poëtae nomen non enuntiantes, saepissime utuntur.— Quid in Cod. 25 ad voc. فمى, ab eo, qui Codicem descripserit, notatum sit, non assecutus sum. Ceterum a Warnero ترشف explicatur per فمى فيه et رشفات per هن ; شرب قليلا per.

Ad v. 7. Forma tenuis ab Arabibus quoque pulchris tribuitur puellis. Vid. Boblen. l.l. p. 55. Poëtae hanc tenuitatem ita extenuatam depingunt, quasi corpus esset pellucidum et coloris claritate simul quam maxime insigne. Hinc frequens est corporis pulchri comparatio cum *aqua*. Quam Arabes inter res tenuissimas numerasse, Proverbium docet, a Meidânio servatum n. 1909, et a Freyt. I. p. 576 laudatum, أرق من الماء, i. e. *aquâ tenuior*. Huc etiam pertinet versus speciei III, cum in margine Codicis 25, tum in Scholio Cod. 126 citatus: *cor est ex saxo in corpore ex aquâ*. Aquae loco Motanabbius hic *vini* figura usus est. *Quod*, ut in eodem Scholio additur, *vim auget prioris sententiae, cum in formâ mulierum describendâ elegantius sit vini uti figurâ, quam aquae.* Praeterea ibidem attendendum est id, quod de vocabulo خمصان dicitur: cujus duae formae in Lexicis notantur خُمْصَانٌ et خَمَصَانٌ. H. l. autem monetur, *Asmaium* priorem scribendam praecepisse, posteriorem formam, vel potius, uti in Codice punctatur, خَمْصان, *Abou Zaidum*. Erant hi aequales, atque uno tenore saepe citantur cum alibi, tum a Tebrizio ad Hamasam p. 201 in fine. De *hoc* cf. supra in pag. 227. *Ille*, *Abou Saïd Abd-almelic Asmai*, filius *Koraïbi*, vir erat linguae Arabicae peritissimus, mortuus anno 214, 215, 216 vel 217. De eo vid. Sacy *Anth.* p. 138 seq. Ac locis ibi laudatis addantur Herbelot *additions* p. 625; de Rossi Dizionario p. 42; *Cat. Bibl. Goth.* n. 651, et von Hammer *Wien. Jahrb.* n. 63, *Anz. Bl.* S. 1 seqq. Vita ejus apud Ibn Khallic. legitur n. 389. In margine Cod. 25 Scholion additur, quo sensus hujus versus explicetur: ظاهر علىّ بطن أصفا, i. e. *Externa sunt nobilia, interna lapidea.*

8. Comam habet (puella, fragrantem) ac si ambarum ipsi inditum esset cum aqua rosarum et ligno aloës.

Ad v. 8.) De cura capillorum apud O. O. paucis exposuit ad h. l. Reiskius l. l. p. 28 et Bohlen l. l. p. 54, ubi hunc et seq. vers. ex suo Cod. affert. Vocabulum فيه modo omisit, quod tamen, ut retineatur, Metrum necessario postulat. In Cod. 126 haec leguntur: *Brevis Poëta fuit* (hoc versu) *in descriptione* (capillorum), *cum quidem hoc tantum in iis* (¹) *gratum habeatur, ut sint crispi et promissi et contorti et laeves* (unguentis imbuti et sic laevigati) *et nigri coloris. Commemoratio autem agallochae est nova, in eoque imitatur Desertícolas*, uti dictum *Amrialkaisi*.............(²)

Wâhidius h. l. disputat de interpretatione vocabuli عود quod *lignum aloës* verti, et a Graecis quoque dicitur ἀγάλλοχον. *Hujus odor*, ut Ille recte observat, *se tantum diffudit, si accenditur, neque fragrat odor capillorum, quando aloë sunt commixti*, sive *imbuti. Alii autem volunt hoc loco esse ellipsin:* وعود nempe positum esse pro ودخن بعود: *et* (coma) *quae fumum*, exhalationem, *aloës* accensae *edit; ut in dicto* (VII Spec.)

(¹) In textu edito pro الشّعر, substitue الشَّعْر.

(²) *Et vero styrax numeratur inter odores.* Lego nimirum ولُبْنَا مُعَدَّةٌ فِى طيب, sive potius ولُبْنَى. Haec autem verba non sunt *versus*, qui autni illius Poëtae *Moallaká*, aut in *Hamasá*, ubi tres hujus nominis Poëtae passim citantur, aut etiam in Diwâno nuper edito (*Le diwân d'Amro'lkais, précédé de la vie de ce poëte par l'auteur du Kitab el-Aghani, accompagné d'une traduction et de notes, par le Baron Mac Guckin de Slane, Paris* 1837 4°.) reperiatur. Sine dubio, quae est egregia cl. Weijersii conjectura, ipse *versus* h. l. est omissus, et verba, quae in Scholio nostro legimus, unius vocabuli (لُبْنَى), in eo versu se offerentis, *explicationem* continent, a nostro Grammatico huic loco additam. Nimirum versus, quem hic citatum fuisse Amico facile assentior in Libro, postremo loco laudato, extat p. 26 reg. 9, in carmine, *mulieres* describente, *ornatas hyacintho et bracteolis aureis, articulis invicem ligatis, quibus jungunt odorem Senae in capsulá Himjarensi, destinatá comminuto moscho fragranti.* His igitur subjungitur versus istius carminis nonus (Spec. I) وبَـانًـا وأُلْوِيًّا مِنَ الهِنْدِ ذاكِيًا ورَنْدًا ولُبْنَى والكِباءَ المُقَتَّرَا *Et* (jungunt item) *myrobalanum et aloem Indicam redolentem, et myrtum cum styrace et agallocho suavi.*

9. Nigerrimos (habet illa) capillos, qui corvum veluti referunt, densos, atros, luxuriantes, crispos (suâ naturâ), non crispatos.

---

alicujus (Poëtae): *pavi eos stramine et aquâ frigidâ; et in dicto* (Spec. V) *alterius: et vidi maritum tuum in bello, indutum gladio et hastâ.* In priore nempe verbum, quod ad *aquam*, in posteriore, quod ad *hastam* pertineat, omittitur. Dubito an *ellipsis* h. l. obvia sit, cum ضرب eodem modo *de aloës ligno accenso, et supra et circa caput commoto*, adhiberi possit atque de *ambaro*, et *aquâ rosarum.* De Aloë ejusque speciebus leg. J. Gildemeister *Script. Arab. de rebus Indicis loc. et opusc. ined.* fasc. I (Bonn. 1838, 8°.) p. 65—72. In Cod. 25 voc. فرع per شعر et ضرب per خلط *commixtus est* explicatur, et τῷ ورد additur ج, quo indicetur h. l. *pluralem* (جمع) esse intelligendum.

Ad v. 9. In utroque Scholio de notione vocabuli حالك deditâ operâ exponitur; in primis in Cod. 126. Significat enim hoc *vehemens nigritudine*, i. e. *valde niger*. Quae vis insuper augetur in formulâ اسود حالك et in voc. حُلْكُوك, id est *vehementior per nigritudinem quam nigredo corvi*, quâ summam nigredinem Arabes indicare solent. In vocabulo autem حَلَك litera *lam* saepe permutatur cum Non, propter mutuam, ut recte observatur, *necessitudinem*. Quae sequuntur, ex Lexicis jam satis nota sunt, ac dicta de voce جعد egregie confirmant, quae Freytag., h. l. etiam Golio copiosior, tradidit. Sic noster: »الجعد *is est, cujus aliae partes aliis imponuntur*, ac primaria ejus »notio est *invicem se colligere.* Dicunt autem virum esse جعد, *quando »collectus est formâ*, id est, si staturâ est brevi et obesâ." Quod a Tebrizio ad Hamasam, p. 238: 17 sic effertur: والجعد من الناس يراد به الضخم المجتمع id est, *per* الجعد, *si de hominibus adhibetur*, indicare *volunt corpulentiam collectam*, sive *compactam.* »Et جعد dicitur quoque vir, si est *providus*, firmus *consilii* [quae notio in Lexicis, ubi *liberalis* annotatur, non exstat]: si autem dicunt *colligentem*, sive *contrahentem »manum*, tum جعد notat *avarum*" — Oppositum *crispationis*, ut docetur ad Ham. l. l., uno vocabulo notat السبط: idem atque nostrum بلا تسعيد, quod in Cod. 25 explicatur per مَبْسُوط *extensus*, et haec glossam: مقبّض كشعر عبيد id est coma *contracta ut coma servorum.* Haec praeterea ibi leguntur: نبات ملتفّ = جثل ; غداب = غداف ; اسود = حالك

10. Ventus ex ejus cincinnis muscum asportat, dentiumque frigidorum seriem ridendo (ipsa) revelat.

(*proventus luxurians*); طويل = اثيث ; زائد السواد = دجوجي et مفتول (*contortus*); جعد = معقد (*flexus*) et مجموع (*collectus*).

Ad v. 10.) Wâhidius ad hunc versum refert, nonnullos pro غدايرها, ubi ها de *puella* explicanda est, legere غدايره, ubi ه respicit *comam* ipsius, nimirum praecedens, in v. 8, الفرع. Hoc autem quia est remotius, ac Poëta *puellae* suae cogitatione penitus imbutus est, eamque confestim *subjectum* reddit sequentis sententiae, posterior lectio sine dubio repudianda est. Prior legitur etiam in Cod. Bonn. (Vid. Bohlen. l. l. p. 54) et nostris 542 et 126: posterior in solo Cod. 25, ubi, quia hocce voc. in textu non perspicue exaratum erat, a primâ manu in margine insuper appositum est. Warnerus autem nostram lectionem ibidem adscripsit. Altera lectionis varietas, nisi hoc revera *vitium* sit (conf. pag. 254), deprehenditur apud Reiskium l. l. p. 23., pro شتيت legentem شَنَب, id est: *dentium pulchritudinem*, vel potius *dentium praestantiam* in universum. Quae quoniam ab Arabibus ponitur in ipsorum *splendore* s. *nitore* et *frigiditate*, eo vocabulo *illa* saepe, plerumque vero *haec* notio in primis declaratur. Sensus ergo, si *priorem* notionem h. l. adoptes, est optimus, ac Metrum, pro pede مُسْتَفْعِلُنْ (– – ⏑ –) cum pedem مُتَفْعِلُنْ (⏑ – ⏑ –), tum etiam مُتَفْعِلُ (⏑ – ⏑ ⏑) permittens (Sacy Gr. Ar. II p. 642), hanc lectionem non improbat. Quam tamen, aliâ licet auctoritate munitam, quia *posterior* hujus vocabuli notio frequentior est, et برود deinde sequitur, receptae lectioni, quae valde exquisita est, non praeferam. Nimirum شتيت proprie denotat *seriem plantarum*, *quae omnes eodem spatii intervallo a se invicem positae sunt*. Quod, ad *dentes* translatum, *justum* significat *ipsorum ordinem summa cum aequalitate pulchre dispositum*. Wâhidius, hoc voc. explicans, versum laudavit Poëtae celeberrimi, aequalis Mohammedis, mortui anno 6 vel 7, cujus nomen est: *Maimoun ben Kais Alascha*. De eo praeter Hamasam, ubi frequens ejus fit mentio, cff. de Rossi *Dizion.* p. 41, in primis vero Sacy in *Notices et Extr.* T. IV. p. 317 seqq., *Anth. Arab.* p. 99 et 143 et (ubi carmen integrum, antea jam insertum Tomo VI libri *Fundgruben des Orients* p. 1-16, Arabice edidit cum vers. Gall. et annot. ac notitiis de eo historicis, desumtis ex libro كتاب الاغاني) *Chrest. Arab.* II p. 471 seqq. Versus

Alaschae hic laudatus est Spec. XI et sic vertendus: *Et dentium series ut Chamaemelum, quam nitidam reddidit ros, in qua est dulcedo*, id est *dulcis saliva, aptusque connexus.* — *Chamaemelum* illud sive *Anthemis*, etiam nomine corrupto *Chamomilla* dictum, ex quo verosimiliter nomen vulgare *Camilla* ortum est, flores gerit *candidos*. Quorum (nonnullarum certo specierum: vid. J. Beckmanni Lexic. Botan. Gött. 1801 p. 54) odór quoniam *pomorum* odorem refert, ipsa planta etiam propter *humilitatem* a Graecis *pomum terrae* (*χαμαίμηλον*) nuncupata esse dicitur. Arabes hanc appellant قُحْوَان et قُرَّاص, hoc tamen fortasse discrimine, quod *illo* nomine potius flores *viventes*, hoc vero *siccatos* significent. Apud Poëtas crebro illius mentio fit, cum floribus illis, c*oloris odorisque* ratione habitâ, *dentes* non modo, sed *res quasque faustas ac gratas* comparantes. Conff. v. c. Kosegart. *Chrest. Ar.* p. 161 et Haririi *Consess.* 2., ad quem vidd. A. Schult. p. 78 seqq. et 84 seqq. et ed. Sacyana. p. 24. — In dentibus autem pulchris Arabes non minus *nitorem* requirunt et *ordinem apte dispositum*, quam *frigus*, quâ de caussâ, in illorum laudatione, *grandinis* orta est comparatio. Illud dentium frigus uti commemoratur in locis laudatis et dictis Bohlenii l. l. p. 54, ita quoque in *hoc* versu et scholiis subjectis. *Vocabulum* بَرُود, sic dicitur in Cod. 126, *occurrit sensu* بارد, *idque* (adhibetur), *quia oris, quando friget, fragrans est odor, multusque est suavis ejus halitus ac* (multa) *saliva. Notum autem est, hominum aetate provectorum halitum mutari. Status ergo* (qui describitur) *respicit etiam juvenilem aetatem. Dicit Tufal: frigida est dentibus anterioribus, praedita staturâ longâ.* In hoc versu (Spec. I.) ne Metrum claudicet, legendum est شَرَعَب, minime شَرْعَب, quod ut Codex, hic omnia etiam puncta omittens, diserte indicâsset, operae pretium fuisset. Neque tamen locus hicce iis annumeretur licentiis poëticis, de quibus loquitur Freyt. *die Ar. Versk.* p. 61 et 517. Nam potius statuatur, utramque formam, ut in voce هِزَبْر et هُزَبْر (*leo*), olim revera extitisse: quo posito forma شَرَعْب Lexicis est addenda, ac nulla quoque obtinet formae *germanae immutatio*, quae, ut Sacy *Gr. Ar.* II, §. 901 et Ewald. *de Metris carm. Arab.* p. 14, docuerunt, in licentiis etiam poeticis adhibendis non permittitur. — In Codice nomen illius Poëtae scribitur طعل sive طعل. Nam mediae literae ductus valde obscurus est, ac talis ut *Je* legi nequeat. Suspicor enim h. l. intelligi طُفَيْل; cujus nominis duo Poëtae in Hamasa et Tebrizii Commentario occurrunt;

alter طفيل الغنوى, cujus carmen explicatur p. 136; alter طفيل بن مالك, cujus mentio fit p. 657: 5 a f. Qui b. l. laudatur, omissis forte per scribentis negligentiam duobus prioribus vocabulis, idem esse videtur, qui ab eodem Grammatico citatur infra ad versum hujus carminis secundum et trigesimum, ubi etiam, ut b. l., versus afferuntur Spec. I, quorumque قافية (بِ) prorsus eadem est. Ibi autem ille nuncupatur عامر بن طفيل, clarus Poëta, aequalis Mohammedis, ac vir ob fortitudinem celebratissimus. De eo conf. *Abulf. Ann. Mosl.* I p. 100 seqq. et not. 46, Sacy *Chrest. Ar.* II p. 475 et 534, et *Hamas.* p. 72 seq. et 342, ubi duo ejus carmina extant et explicantur. Num vere judicaverim, illi videant, qui consulere possint librum كتاب الاغانى, in quo, teste Bohlenio l. l. p. 85, Poëtae *Tofeili* mentio fit. Namque inter Poëtas, quibus Motanabbius usus sit, quosque Bohlenius enumeravit, hoc nomen modo, non vero *Amer ben Tofail* occurrit.

In Cod. 25 explicatur غداير per ضفاير (*universus capillorum complexus*); تغتر per تتبسم, شتيت per اسنان مفرقة (*dentes disjunctae*); برود per مبرّد الريق (*frigidae salivâ*).

Dictis de *oris frigiditate* et *salivae dulcedine* duos praeterea Motanabbii versus addere lubet. Prior exstat in Hammeri versione n. 87 p. 114, in Cod. 542 p. 140 et in Cod. 126 p. 312. Deëst in Cod. 25. Metrum est IV Speciei (الوافر):

تشكى الارضُ غيبتَه اليه   وترشف ماوه رشف الرضاب

Querelas edit terra propter earum (nubium scil. السحاب) *absentiam* (emissas) *ad has, earumque aquam sugit absorptione salivae;* id est: *ut amans absorbet salivam amicae.* In quem versum haec Wâhidius: الارض بعطشها تشكى الى السحاب غيبته عنها وتمصّ ماءه كما يمصّ العاشق ريق المحبوب. Haec vero Scholiastes Cod 126: هذا يصور حال الارض وذلك ان الارض اذا تاخر عنها المطر تقشعر لذلك وتصير كهية المتالم فاذا ارسل الماء عليها ودتها تترشفها فتصير كالمحب اذا ترشف رضاب الحبيب والرشف المصّ والارتشاف الاستمصّ فى الشرب والرضاب قطع وقد ترضب للرجل المرة اذا ارتشف الرضاب الريق ما دام فى الفم. Alter versus, qui legitur in versione Hammeri p. 165, in Cod. 542 p. 193, in Cod. 25, p. 96 (Cod. 126 b. l. jam desiit), est sequens, Spec. VII (الرجز):

11. Conjunxit (illa) corpus Ahmedis cum morbo, et supercilia cum vigiliis.

اقام فيها الثلجُ كالمُرافِقِ يَعْقِدُ فوق السِّن ريق الباصق

Jacet in iis (pratis campisque) *nix ut pulvinaria, condensata est* (ut) *sub dentibus saliva, quae congelat.* Haec Wâhidius ibidem annotavit: يريد ان الرِّيق الباصق وهوالذى يبصق اى يجمد فى فمهلشدة البرد*

Ad v. 11. Sensus est: Puella mea causa est meae aegritudinis et vigiliarum. Scholion, quo Wâhidius hunc versum, quocum pagina absoluta est in Cod. 542, explicuit, ibidem a librario, in novâ paginâ ad sequentem versum continuo pergente, per festinationem omissum est. In iis autem, quae in Cod. 126 leguntur (*voce* احمد *indicat seipsum, quia nomen* احمد *ipsi erat proprium: eoque nomine hîc usus est cum vi pronominis*, id est, pro *corpus meum*) attendatur ad notionem vocabuli كِنَايَة, proprie denotantis *vocabulum, quod alii vocabulo substituitur*, et hinc *metonymiam: hîc vero usum pronominis pro nomine*, ac deinde *pronomen* ipsum. Conff., praeter Freyt. in *Lexico*, Sacy *Gr. Ar.* I p. 455 et infra *Comment. Wâhidii* ad v. 15. In Cod. 126 porro observatur, enuntiandi rationem h. l. reperiri, *quae in arte dicitur* repetitio. Haec *repetitio* in primis propria est Motanabbio. Vid. Bohlen. l. l. p. 79. *Si vero*, sic illic pergitur, *attulisset* (Poëta) *in postremâ versus parte* contrarium *prioris sententiae, hoc sane fuisset exquisitius, idque tum fuisset* oppositio. *Haec autem frequentior est in carminibus Poëtarum mirificorum. Sic dicit alius: Bene se habens, si separatus est et a me recessit; sed aeger, si* (praesens) *me amat et oculis* (me intuetur). — Poëtam ignoro. Species est IV. Quinam vero sint Poëtae, dicti المُفْلِقُون, indicavit Freyt. *Darst. der Ar. Versk.* p. 393. Poëtae nempe intelliguntur vel *secundae classis*, qui ipsi quidem egregia carmina componunt, at facultate, quam Arabes permagni faciebant, carent, quâ aliorum carmina ex memoriâ recitare possint; vel potius *primae classis*, Poëtae ergo *principes*. Atque hoc sensu tali titulo insignitur non modo *Poëta* quidam, apud *Abulf. Ann. Mosl.* (IV p. 416), sed alibi quoque (III p. 102 et IV p. 240) *Calligraphi.* Quam ob causam corrigenda sunt, quae Reiskius III. p. 102 observavit, مفلق *scriptoribus prosaicis* tribui solere, مجيد vero *Poëtis.* — In Cod. 25 احمد etiam explicatur per نفسى ; جفون per عين ; تسهيد per سهر (*vigilavit*).

12. Haecce anima mea in tuâ est potestate ad perniciem meam; — age, quaeso, minue ejus cruciatus, aut (illos) auge.

13. Dignus sum tabe meâ; (sum enim) vir fortis, qui

Ad v. 12. Hoc versu alloquitur ipsam puellam, sortemque suam ab ipsius arbitrio prorsus pendere fatetur. Illam ipsum perdere posse, non dissimulat, sed *supplicationem* addit, *quâ ejus gratiam captet:* »Cruciatûs tuos," inquit »minue. — Quod si nolis, age eos auge, ita ut moriar!" Recte omnino in Scholio Cod. 126 sensus ita fere explicatur. Ceterum ibi docetur لدى indicare *propinquitatem* et *praesentiam*, idque *tripliciter efferri*. Spectantur sine dubio formae لَدَى, لَدُنْ et لَدُ. Praeter quas tamen aliae quoque usurpantur; de quibus praeter Lexicon Freytagii vidd. Sacy *Gr. Ar.* I p. 488, et in primis Ewald. *Gr. Ar.* I p. 340 seqq. Ut in Scholiis, ita etiam in margine Codicis 25 مهجتى explicatur per روحى; لديك per يديــك فى et حينــى per هلاكــى. Ultima ى, in fine, ut licitum est, omissa, praeterea additur.

Ad v. 13. Haec dicens, animos sibi ipse addit. »Si ergo", sic loquitur, »moriar per amoris cruciatus, moriar ratione, quae heroë haud indigna est." Etenim caedes in proelio non magis habetur gloriosa, quam si quis per animi sui constantiam moritur martyr amoris. Vid. supra ad v. 1. — Uterque Grammaticus sensum sic explicuit: *dignus est tabe, in quâ ipse versor, heros, qui* cet. Quo effato, dictum referente universale, hi tamen cum aliis Commentatoribus non dubitant, quin Poëta se ipse spectaverit. Verum ut *interpretatio* ipsa, ita etiam ipsorum de eâ *disputatio* non uno nomine improbandae sunt. De versu enim nostro, dictâ ratione explicato, alii, et in his, ut videtur, Wâhidius, ita disseruerunt, ac si Poëta se consolaretur, sortisque suae patientiam sibi inculcaret, quia hujus calamitatis caussa sibi ipse fuerat, et hanc ob rem meruerat hoc modo affligi. Alii vero malunt, ut Ibn-Djinnius (cujus sententiam Wâhidius refert, quaequa revera quoque in Scholio Cod. 126 traditur), eum bis verbis et se ipsum reprehendisse et alios simul monuisse, ne hi pariter amoris illecebris perderentur. At *illa* interpretatio ut languet, ita *haec* a Poëtarum cogitandi ratione prorsus aliena est. Tantum enim abest, ut, si heros amore capitur, illi hoc ipsi vitio vertant, ut amorem cum bellicâ virtute conjungere gestiant, eumque heroëm summis laudibus celebrent, qui in amore constans

captus est capillorum anteriorum ordinibus, in fronte pendentibus et pulchrâ cervice.

---

et fidelis, gravissima quaeque pericula subire non vereatur. Vocabulum اهل nimirum cum alibi, tum h. l. non denotat *dignum*, *quia quis aliquid meruit*, sed, ut Graecum ἄξιος et Lat. *dignus* saepissime, *non imparem alicui rei*, *quia quis aptus et idoneus est ad hanc perficiendam s. perferendam*. Nostrates dicunt *welberekend*. Atque illud vocabulum, si hac ratione explicetur, videmus etiam, quare Poëta voce بطل deditâ operâ usus sit, quae, hoc sensu admisso, exquisita est et abesse nequit; sed alio sensu recepto, cum aliâ voce permutari posset, aut prorsus omitti; hac fere ratione: *tabem meam meruit is, qui captus est* cet. Verbo ut dicam, hicce locus ita, ut indicavimus *nos*, explicatus, fastum refert et superbiam, quae nostro Poëtae praesertim sunt propria, et quorum exempla passim attulit Bohleu v. c. p. 25 seqq. et alibi, ubi summorum heroüm praestantiam sibi ipse tribuit: e. g. infra v. 27 seqq. Poëtam autem studiose vocem بَطَل adhibuisse, docet vocabuli usus. In eo enim Arabes eruditi conveniunt, vim vocis بطل majorem esse, quam vocis شُجاع. In loco Nowairii, quem Reiskius affert ad *Abulf. Ann. Mosl.* I p. 130, بطل *is* dicitur, *qui terga suorum fugientium defendit*. A Wâhidio *is*, *apud quem vanus habetur sanguis sociorum*. In Scholio Cod. 126 *vir strenuus*, *qui sociis suis inaccessus est*. Verbo igitur, quorsum cuncta redeunt, *qui vitam suis vilem habet*. Porro voc. ضنى non *morbum* significat *quemcunque*, sed, quod sequitur ex notionibus verbi Spec. I, IV et VIII apud Freytag., Lexicographorum auctoritate, tributis, *morbum latentem*, *recidivum*, *corpus extenuantem*. Adeoque Poëtae tali morbo, ut dicunt, affecti, toties queruntur de *capitis canitie*, *corporisque macerie* et *enervatione*. Vid. Bohleu. l. l. p. 50 et infra v. 16. — In Cod. 25 vocabulo اهل additur يا; lege انا. Explicatur ضنى per مرض (*morbus*); صيد per مُسك (*capitur*); جيد per عنق (*collum*).

Monent praeterea Grammatici in utroque Scholio اهل esse *inchoativum*; بطل vero *enuntiativum*. Sic sane vocabula الابتداء sive potius المُبْتَدَأ et الخَبَر plerumque, nisi semper, vertenda sunt. Minime enim primaria illorum notio fuit *Subjectum* et *Praedicatum*. Quae ut designentur, cultissima Arabum lingua alias offert dicendi formulas, eo consilio excogitatas, ut variae simul utriusque virtutes, s. varia, quae utrumque praestet, officia diserte indicarentur. Formulas

intelligo المُسْنَد اليه et المَوْضُوع, quibus *subjectum*; المُسْنَد vero et المَحْمُول, quibus *Praedicatum* significetur: de quarum sensu exposuit Sacy Gr. Ar. II. p. 96, 98 et 510 seq. Contra المبتداء illud dicitur *vocabulum*, quod, quia maxime spectatur, primo loco ponitur; ipsa autem ejus *positio* الابتداء (quae constructio, quam ratio ipsa praescribit, in Arabismo etiam observatur; vid. Ewald. Gr. Ar. II. p. 171 seqq.: a Poëtis vero, carminum legibus obstrictis, minus religiose saepe curatur); *id* autem, *quo* inchoativum illud definitur et describitur, vocatur الخبر. Inchoativum vero, quia saepe idem *verum* est subjectum, formula الابتداء, sive potius المبتداء (nam et haec vocabula per usurpationem inter se permutantur), per *abusum* nonnunquam pro *subjecto* ipso adhiberi potuit. Quae caussa sit, quare Arabum Grammatici, aliis *primariam* harum formularum notionem tenentibus, aliis vero notionem *ex abusu oriundam*, de vero المبتداء et الخبر *nonnumquam* dissenserint. Alia nimirum hujus rei caussa affertur. Libertatem intelligo, certis conditionibus permissam, inchoativi et enuntiativi transponendi. Dissensionis illius exemplum extat infra in Cod. 126 ad v. 15, et alia plura apud Sacy *Gr. Ar.* II. p. 98, *Anth.* p. 315 seq. 325 et 331 seq.

Ne vero aliqua in his Scholiis intelligendis difficultas relinquatur, nonnulla latine reddam: ac primum quidem ex Scholio Wâhidii وقيل الخ. *Et alii dicunt, eum tantum hoc dixisse, ac si ex animi sui* (deliriis) *ad se redit, hoc* (utens) *sermone, eumque* (animum) *reprehendit ob insanum amorem, dicens* cet. Ultima (هذا الخ) sic verto: *Haec sunt ejus dicta, atque ista* (explicatio), *licet longius quaesita sit, ferri tamen potest.* Nimirum بَعُدَ apud Scholiastas saepe notat *longius quaesitum est, longius abest a probabilitate.* In Scholio Cod. 126 haec: فيصاد—اتلع (*capi autem solet antiisordine dispositis et collo longo*) ponantur in parenthesi. Deinde فلا الخ ita vertas: *Nec tu improba* (تنكِرَنّ) *vehementiam mali, quod in me ingruit: nam pedes labuntur in conspectu eorum, quae vidi. Et huic versui inest adhortatio et monitum contra* (lege مِنْ) hoc, *ut oculi tollantur utque non custodiatur adspectus* (*lege* وأَنْ لا يُحْفَظَ البصرُ). *Omnes enim, qui oculos suos libere vagari sinunt, in discrimina adducuntur, omnesque, qui oculis suis obtemperant, plerumque suum sibi consciscunt exitium.* Dicendi formula أَوْرَدَهُ الموارد, *deduxit eum in loca aquationis*, meta borice notat: *aliquem in discrimen adduxit*, quia loca illa,

14. Sanguinolenta quaeque bibere non permissum est, praeter sanguinem uvarum.

---

quae semper a possessoribus strenue defenduntur, non sine maximo periculo adiri possunt. Ne quis autem mutet in hujus Scholii initio من يحبه in من يحبها, observasse sufficiat, مَنْ a Poëtis, maxime etiam si de *gen. fem.* adhibetur, *masculine* construi. Vid. Sacy *Gr. Ar.* II. p. 358, Ewald. *Gr. Ar.* II. p. 212.

Ad v. 14. Amicam h. l. alloqui pergit. Cujus misericordiam postquam excitare conatus erat, ejusdem gratiam nunc amplius sibi conciliare tentat. Hanc supplex orat, ut non modo aditum ad se, sed consortium etiam *epularumque cum ipsâ habendarum* suavitatem ipsi permittat. Quas preces quo magis adstringat, vitam suam ac bona quaeque se vilia ipsi habere, testatur (v. 15); jurat veluti per canitiem et corpus tabe confectum (v. 16); per gratiam, quam ipsi olim conciliaverat, pro quâ vero, eheu! ipsâ auctore, poenas ut antea luerat, ita jam luebat, quam gravissimas (v. 17); per hodiernam denique eamque miserrimam conditionem (v. 18), cujus levandae copia ipsi data erat. Hanc vero orationem hic instaurat dicto, quod severi Islamismi contemtorem iterum refert. Sensus esse videtur: *Nullo quidem sanguine uti praescriptum est* (v. c. in Kor. V: 4); *at sanguinem uvarum bibere permittitur.* Adhibetur nimirum vox شرب, quae soli *posteriori* sententiae parti convenit, *etiam priori;* ubi aliud verbum requiritur, *edendi* s. *utendi* notionem habens. Vidd. dicta ad v. 8. De *vino* autem, in Korano *proscripto* (e. g. V: 92 seq.), non eadem est Commentatorum (ad h. l.) sententia. Alii nempe vini *usum*, *abusum* alii intelligunt. Conf. H. Reland. *de rel. Moh.* Traj. 1717, 8°. p. 78 seq. Multi etiam contendunt vinum quidem permitti *palmarum*, *aliosquepotûs arte factos*, non vero vinum *ex uvis* paratum. *Haec* interpretatio inter Irakenses magnam nacta erat auctoritatem (vid Sacy *Chrest. Ar.* I. p. 380 seq. et 403 seq.). *Alteram* uti olim commendabant (Sacy *Anth.* p. 97-99), ita nunc etiam plerique Moslemi sequuntur. *Prima* vero, quam Mohammedes etiam certe voluit, a nonnullis recepta est, in his a Scholiastis nostris, et Khalifam Aegypti, *Hâkemum biamr-allah.*, mortuum anno 411, atque *Drusos*, hunc divino honore colentes, patronos habuit (Sacy l. l. I p. 98, II. p. 202 seqq.). Atque eodem modo ante Mohammedem Arabum alii a vino abstinebant (l. l. I. p. 402; *Anth.* p. 337), alii contra, in iisque Poëtae nonnulli antiquissimi vinum tamquam potum exhilarantem laudabant, quin immoderatum ejus usum

15. Itaque propina mihi illud (vinum). Redemtio sint oculis tuis, omni aliâ dorcade sepositâ, animus meus et opes meae tam novae, quam antiquae.

---

inter eximias heroum virtutes referebant (l. l. I. p. 402 et Bohl.l.p 128). His similem sese praestitit *Abou-Nowâs*, qui in Scholio 2° commemoratur. Hunc, aequalem Khalifae *Hârouni Raschîdi* (*Chr.* I. p. 380), Bohl. etiam (l. l. p. 81) inter eos recenset, quos Motanabbius imitatus est. De eo vid. Sacy ibid. I. p. 42 seq., ejusque versus nonnulli ab eo citantur (III. p. 523 et *Anth.* p. 82 et 99). Dictis jam collatis non adeo miramur disputationem, quam in Cod. 126 legimus: *Motanabbium h. l. imitatum esse Abou-Nowâsum, eosque, qui ejus sequuntur agendi rationem, petulanter in poësi tractandâ versantes* (de his vid. Bohl. l. l. p. 128 coll. p. 120). *Hic tamen versus non incurrit in eam reprehensionem, quae reliquis adhaeret versibus ejus*, corruptae *religionis fidei suspicionem injicientibus. Haec dumtaxat ratio mos est eorum Poëtarum, qui vitam agunt dissolutam.* Wâhidius vero suspicatur, sed perperam, Motanabbium forte spectasse *mustum, aut coctum, quod inebriare nequit.* — In Cod. 25 ما خلا explicatur per غير et عنقود per عِنَب (*uvae*).

Ad v. 15. *Pronomen* in voce فاسقنيها, ut recte observat Wâhidius, est *fem.*, *gen.*, *quia intendit per* sanguinem *vocabulum* خَمْر (vinum), quod vulgo feminine construitur. Vid. Sacy *Gr. Ar.* I. p. 347. Ew. *Gr. Ar.* I p. 173. Praeterea notandum est, ut in Cod. 542 additur, formâ مُسْتَطْرَف pariter atque reliquis formis, quae, hac tamen omissâ, in Lexicis commemorantur, etiam indicari *opes recens acquisitas.* His opponuntur *opes*, *haereditate acceptae*, sive, ut Wâhidius dicit, *quas jam olim habuit possessor* (alius). Hae vero non modo significantur, ut diserte in Lexicis traditur, formis تالد, تلاد, et تليد, sed etiam voce مُتْلَد. *Dictum*, sic Wâhidius pergit, من غزال *propriam reddit huic* (dorcadi) *redemtionem, exclusis dorcadibus reliquis omnibus. Et similiter dicitur: redimere te vellem, omni alio viro seposito.* Disputationem, quae in Scholio Cod. 126 extat, quia haec forte nonnullis obscurior videtur, iterumque specimen offert dissensionis de vero الابتداء et الخبر, qua de re ad v. 13 locuti sumus, integram latine addere liceat. *Vocabulum*, sic dicitur, فِدًى *est inchoativum*, نفسى *vero ejus est enun*

16. Canities capitis mei meaque enervatio et tabes et lacrymae testes sunt amoris, quo te amplector.

---

tiativum, ne (لئلّا) *id, quod indeterminatum est* (فدى) *pro inchoativo, quod vero determinatum est, pro enuntiativo haberetur. Si autem vis, dicere potes,* فدى *esse inchoativum et* نفسى *in Nominativo esse positum per verbum suum. Et verbum ejus est ipsum illud* فدى. *Atque haec quaestio jam antea a nobis agitata est in libro* al-Modjmal *ad dictum nostrum* (id est, *Arabicum*) قائم زيد (*stat Zeidus*), *nisi quod, si ponis* نفسى *hic esse loco agentis, hoc plus fundamenti habeat* (اقوى), *quam si ponis illud* (vocabulum, quod eodem modo collocatum et praedicatum visum est) *esse agentem in dicto* قائم زيد, *quoniam h. l. inchoativum est apprecatio, quae verbo magis convenit; quod igitur inchoativum apprecandi sensu ponatur* (دُعاء), *est* (idem efficit) *ac si praefigatur illi Elif interrogativa aut particula negativa in dicto tuo* اقائم زيد et ما قائم زيد (tum enim etiam اقائم et ما قائم, quae sunt revera الخبر, considerantur et ponuntur tamquam الابتداء, et زيد ut فاعل: cf. Sacy *Gr. Ar.* II. p. 514 seqq. et 532.). *Et quod ad dictum* من غزال, *vocabulum* من *hic inservit ad declarandum* (quem significet) cet. In his primum observandum est vocabulum, quod enuntiari potest, sive قَمَوْرَدَةٌ, sive فمُوردة (nam participium passivum مُوَرَّدٌ hic solenni more idem significare potest infinitivus إِيرَادٌ), *ut si praefigatur* cet. Deinde h. l. mentio fit illius libri, etiam sed pleniore titulo commemorat infra in Scholio ad v. 26 (ubi dicitur الجمل فى النحو *summa syntaxeos*), de quo jam diximus supra p. 232 et in not. *a*. In Cod. 25 a primâ manu varians notatur lectio وطريفى pro وطارفى. Sensus est idem, at Metrum in secundâ et quartâ sede pedem فعلاتن (⏑ ⏑ – –) non admittit. V. Sacy *Gr. Ar.* II. p. 642.

Ad v. 16. Hunc versum ediderunt Bohlen. l. l. p. 49, et Reisk. l. l. p. 28, hunc et sequentem superioribus decem prioribus adjiciens. — Varians lectio, hoc versu obvia spectat *vocalem*, qua litera *Caph* in voce هواك notanda sit. Codices nostri habent *kesram*, alii, iique antiquissimi, ut ex dictis Wâhidii apparet, habebant *fatham*. *Hanc* autem is recte *verissimam esse lectionem*, judicat, *quoniam* in voce فاسقنيها Poëta *marem compellat*. Formâ enim

17. Quonam die, quo me exhilarâsti conjunctione (aditum mihi ad te permittens tuumque commercium), me non perterrefecisti repulsâ per triduum?

---

masculinâ Arabum Poëtae, puellos tamquam *capreolos* compellantes, ut notum est, saepissime utuntur. Et hanc ob caussam in versu sequenti, idem genus quoque occurrit in vocibus سررتَنى et لَمْ تَرُعْنِى — De corpore afflicto, de quo h. l. queritur Poëta, conff. dicta supra ad v. 13. *Has conditiones*, inquit auctor Scholii Cod. 126, *sunt clamatrices afflictionis* (hoc est, *altâ voce eas indicant*) *et testes sunt aerumnae*, (*quam quis passus est*). *Et eodem modo dicit alius: quis mendacii arguet quatuor testes, quos habeo, cum in omni judicio duobus tantum testibus opus sit; palpitationem cordis mei, meorumque et membrorum tremorem maciem faciei, linguaeque meae ligationem?* Versus sunt V. Speciei. In Cod. 25 vitiosa lectio دلتى a Warneri manu emendata est.

Ad. v. 17. Wâhidius jure observat, اى يوم *poni in Accusativo*, *tamquam adverbium* (temporis). Vid. Sacy *Gr. Ar.* II. p. 97. Sequentia vero in altero Scholio leguntur: *Haec est rogatio, ejusque sensus doloris enunciatio et negatio. Nam dicit: quonam die te ad me convertisti conjunctione, quâ exhilaratus fui, quin statim subjunxeris ei ex malitiosâ tuâ me tractandi ratione illud, quod duplis duplicatis majus esset* (beneficio tuo), *ita ut bonum, ex beneficio tuo redundans, parvum fuerit, idque, quod hoc excêperit, ex malignitate tanto hoc majus, quanto triplum simplici. Audivi autem eruditos dicentes, in hac lectione esse errorem, et hoc tantum legendum esse* لم ترعنى تَلِيَّةٌ بصدود (*quo non perterrefecit me aliquid, quod insecutum est per aversionem tuam*). *Nimirum* تلية *hoc est, quod illud* (الوصال, *conjunctionem*) *sequitur. Hoc autem idem est, ac si dicatur: quam celeriter tu revocas donum tuum, si quid dedisti! Et similiter dixit Poëta: Et fides ejus erat properata perfidia, ejusque conjunctio acceleratio discessûs.* Versus est II. Speciei. — Cod. 25 pro بوصالٍ, quae lectio tamen in margine laudatur, et sine dubio vera est, in textu habet بوصالى *conjunctione meâ*, id est *mecum*. Deinde pro ثَلَثَةً ibidem exstat ثَلاثَةً. Quod an deditâ operâ sic mutatum sit, affirmare non ausim. Voc. صدود deinde

18. Non alia (jam) mea (est) commoratio in terra Nahlatensi, quam (fuit) commoratio Messiae inter Judaeos.

19. Lectus meus est stratum equi, tunica mea (lorica) ex ferro conserta,

---

deinde explicatur per ترك, eique haec adscribuntur ضد الوصل او القبول (*oppositum conjunctionis aut gratae exceptionis*).

Ad v. 18. Ut Wâbidius docet, نخلة est *pagus Celbitarum prope Baalbecum in Syria.* In altero Scholio situs ejus accuratius, ut plane ut in Lexico Geographico, definitur: nimirum *tria fere milliaria ab hac urbe.* Haec Motanabbii inter Celbitas commoratio, ejusque, quam de hac tribu sibi comparaverat, notitia, caussis quoque videtur annumerari posse, quae Seifeddaulam moverint, ut illum secum duceret in expeditione, quam is, ut Celbitas castigaret, postea suscepit. Hanc expeditionem Poëta etiam carmine celebravit, edito a Sacyo *Chr. Ar.* III. p. 1 seqq. Part. pass. (مقام), ut Wâh. observat, h. l. adhibetur loco *Infinitivi*, sive *Nominis actionis* (اقامة). Vid Sacy *Gr. Ar.* II. p. 191 seqq. Ultimam hujus Scholii sententiam sic redde: *Et ob hunc versum vocatur* Almotanabbi, *quoniam ipse se comparat cum Jesu hac in re, ac* (nomen illud) *omni ex parte convenit sequenti vitae ejus tempori.* Cum quibus consentiunt, quae dixit alter: *Commoratio mea — similis est commorationi Jesu, filii Mariae, inter Judaeos, quantum ad rationem attinet qua ipsi, veritatem testanti, obloquebantur. Et hic versus unus est eorum, ex quibus suspicati sunt cogitasse eum Propheticam dignitatem sibi arrogare.* Codici 25 a primâ manu adscribitur: قِفْ هَا كفرة وكذبة, id est: *attende, ecce impietatem et mendacium.*

Ad v. 19. Notanda est forma, quae in Lexicis desideratur مَفْرَش. *Haec autem*, ut in Cod. 126 dicitur, *praestat, ut legatur.* Nempe in nonnullis Codd., et sic quoque in Cod. 25, extat مِفْرَش *stragulum, quod lecto imponitur.* Illud, ut Cod. 126 interpretatur, proprie est *id, in quo ponuntur lecti*, hic vero (quia idem vocabulum per metonymiam de *terra* quoque usurpatur), *locus, ubi quis perpetuo degit*, veluti in hoc versu (IV. Spec.), ibi laudato, *assuefactus sum meo itineri et feci mihi clitellas meas camelumque meum Gorairium mihi terram* — حِصان est *equus mas* — سَرْد explicatur per *successionem rei*, id est *res, quae sibi invicem succedunt. et propterea*

20. Artificiose constructa, ampla, rutilans ut piscina (radiis collustrata solis), fulgens, cujus constructionem composuerunt manus Davidis.

---

loricae opus *dicitur* سَرْد, *quoniam constat annulis consertis. Et dicitur aliquis* legere Koranum سَرْدًا, id est *secundum continuam literarum ejus successionem.* Conf. Har. ex ed. Sac. p. 266 et 541. *Tres* praeterea *menses sacri*, quia hi se invicem sequuntur, dicuntur سَرْد, *quartus* vero eorum, ab his quippe disjunctus فَرْد. Vid Hamak. *ad Wakid.* p. 5, et Tebriz. *ad Hamasam* p. 378. Quâ in disputatione a Tebr. etiam explicatur locus Kor. 34: 10. — In textu Cod. 25 scribitur plene ولاكن. Ceterum صهوة explicatur per ظهر; حصان per فرس et مسرودة per منسوج.

Ad v. 20. Motanabbius, conditione, in quâ jam versabatur, commemoratâ, Poëtarum more, cum Puellae laudatione, cameli s. equi, gladii, cet. elogia conjungentium, de rebus bellicis quoque verba facit, *loricam*, quâ indutus erat, hoc versu describens. Nomen *actionis*, s. potius *verbale* لَأْمَة, cujus *Hamza* in Codd. nostris omittitur, in Lexicis definitur per *loricam*; sed a Wâhidio propria ejus notio esse dicitur *conjunctio artificii*, et in altero Scholio, *conjunctio sine interruptione* vel *hiatu*. Hinc certo etiam *loricam* significat, *cujus partes arctissime sunt connexae*. — فاضة et فيوض (quarum formarum apud Freyt. *illa* deëst, *haec* vero *hoc sensu* etiam non explicatur) docentibus Scholiastis denotant quoque, ut forma مُفَاضَة, *loricam*, sed *amplam* in primis, proprie *fluentem*, eam nempe, *quae*, ut Wâh. addidit, *fluit* veluti *supra corpus illius, qui ipsam induit, ita ut eum tegat.* — أضاة significat *stagnum*, et secundum Wâh. h. l., *quod stagno est simile.* Quibus haec addit alter: *Loricae comparantur cum piscinis, idque frequenter in Poësi redit*, eoque *respicit* (Poëta) *earum claritatem, splendorem, et radios solis in iis resplendentes* — دِلَاص in Scholio Cod. 126 duplici modo explicatur. Primum per (loricam) *fulgentem*, quod ex Lexicis notum est. Deinde per *angustam annulis*, h. e. cujus annuli tam arcte secum invicem sunt annexi, ut universa superficies laevis sit et ubique splendens. Cum quâ interpretatione convenit glossa Cod. 25, huic vocabulo adscripta: ضيق الحلق تلمع تبرق i. e. *angusta annulis, qui splendent et coruscant.* — Auctor autem Scholii Cod. 126

21. Ubi est praestantia mea, si de fortunâ contentus esse debeo vitâ, cujus acceleratur miseria (et differtur felicitas)?

---

dicens, *ferrum Davidi flexibile redditum esse*, ob oculos videtur habuisse dictum Korani loco jam laudato, 34: 10: وَأَلَنَّا لَهُ ٱلْحَدِيدَ أَنِ ٱعْمَلْ سَابِغَاتٍ وَقَدِّرْ فِى ٱلسَّرْدِ i. e. *Et molle fecimus ipsi ferrum. Fac* (diximus) *loricas, easque dispone continuâ annulorum serie.* Haec igitur ferri cudendi peritia, quâ Davides excelluerit, apud Arabes in proverbium abiit. Et hinc Caab ben Zohair, in carmine quo Mohammedem laudavit, armaturam celebraturus (v. 54) praestantissimam, *loricas* commemorat *a Davide fabricatas* (من نَسْجِ داوُدَ Vid. Freyt. ed. p. 23 et 7.). Ac similiter Motanabbius ipse in his versibus (vid. Cod. 542 p. 302 et Cod. 25 p. 170. Cod. 126 h. l. jam deficit, et apud Hammerum, hos tamen non bene vertentem, p. 252) Speciei I. (الطويل).

نُوَدِّعُهُمْ والبَيْنُ فينا كَأَنَّهُ قَنَا ٱبْنِ أَبِى ٱلْهَيْجَاء فى قَلْبِ فَيْلَقِ
قَوَاضٍ مَوَاضٍ نَسْجُ دَاوُدَ عِنْدَها اذا وَقَعَت فيه كَنَسْجِ ٱلْخَدَرْنَقِ

Id est: *Reliquimus eos, atque inter nos erat intervallum, spatia simile, quod* (vacuum reddiderant) *hastae Filii Aboulhaidjae medio in exercitu* (hostili), *mortem inferentes et* (ita) *secantes, ut iis textura Davidis, quanda illae in hanc incidunt, texturae araneae similis sit.* Per Filium Aboulhaidjae Seifeddaula indicatur, cujus pater dicebatur *Abdallah Abuulhaidja* (pater proelii). Vid. Sacy *Chr. Ar.* III. p. 33. — Ut *ultima* nostri versus *vocalis* sit *aequalis*, vocabulum diptoton داود h. l. fit triptoton, quae licentia Poëtis est permissa. Nomen illud proprium ceteroquin sic scribitur pro دَاوُود. Vid. Sacy *Gr. Ar.* I. p. 104; Ewald *Gr. Ar.* I. p. 61; Roorda *Gr. Ar.* p. 13. — In Cod. 25 sensus totius versus sic explicari videtur: تَلُمُّ جَسَدِى تحيط *comprehendit* (lorica) *corpus meum undique* (proprie *circumdando*). Praeterea لامة per ملمومة; فاضة per واسعة من الماء *(amplitudo aquarum)* et احكمت per اصنعت *(paravit)* explicatur.

Ad v. 21. Suam conditionem perpendens, et simul attendens egregias mentis facultates, aptas ad gravissima quaeque, quae animo agitaret, perficienda, h. l. et seqq. sermonem ad eum, cui hocce carmen miserit, instituisse videtur.

22. Angustum est pectus meum, dum diu duravit, quod steti in quaerendo commeatu, et paucum est, quod sedi, non opus habens, ut hunc quaererem.

»An igitur (inquit) non multo major sum et praestantior, quam ut talis sors »mihi conveniat?" In Cod. 126 sensus eodem fere modo sic circumscribitur: *Ego, non obstante rerum mearum perfectione, si contentus esse debeo vitâ vili, utique perdidi excellentiam meam et deveni in gradum illius, qui detrimentum passus est, dum dignus eram, cui nihil placeret, nisi dignitas eximia.* Voc. نَكِدْ ibidem explicatur *vilis*, quae notio Lexicis addenda est. — Margini Cod. 25 a primâ manu haec adscripta sunt: قِـفْ عـلـى هِمَّتِهِ *attende ad illud, quod sibi in animum induxerat!*

Ad v. 22. Fortunae injuria ipsi eo magis videtur invisa esse, non modo, quia locum desiderabat honorificum, quo se dignum esse censebat; sed praesertim, quoniam, cum summâ victûs inopiâ plerumque laboraret, sors ipsius, ac si homo esset abjectus, jam erat infima. — In Scholio Wâhid. لكثرة مـا (*propter multitudinem ejus quod*), ut *Hamas.* 43: 3 a f. et alibi vertatur *quoniam saepe.* Haec in Cod. 126 observantur: *Deflectit in hoc versu tamquam in viam* (rationem sequitur) *Abou Temmâmi, tum in artificio poëtico, quam vocabulorum usu. Nonne vides eum conjunxisse* stare *et* sedere *per oppositionem? Et haec est oratio morosi, ob conditionem suam dolentis, quod studium suum non suffecerit ad rem desideratam, ereptum ipsi, assequendam* (In Arabicis h. l. p. 206 in fine pro منترع lege منتزع). *Dicit ergo: longus fuit labor meus, in quaerendis iis, quae me sustentarent; nec minus feci, quam debui; sed nihilominus desiderium meum non assecutus sum. Itaque propterea sum pectore oppressus, angustus ob rem meam. Et profecto summum attigit in hac dolendâ et exprobandâ, commemorans* الرزق. *Nam hoc est* donum consuetum, quod necessario comparandum est. *Quum vero sedeat ab eo* (i. e. *cesset ab hoc sibi comparando*), *quod* necessarium *est, quomodo conditio ejus talis esse potest, ut quaerat* superflua! — In Cod. 25 قيامى explicatur per جهدى (*labor meus*). Ultimis autem alterius hemistichii verbis haec adduntur: طلب ما نِلْتُ من مُرادى (τὸ *quaerere illius, quod assecutus sum ex voto meo*).

23. Perpetuo terras peragro. Stella autem mea in infaustâ est regione, sed mens mea in felici conditione versatur.

24. Fortasse spero aliquid, quod assequar favore (Dei) omnipotentis, (prae omnibus) laudandi,

---

Ad v. 23. Istâ sorte indignâ oppressus, non tamen de futuro consiliorum suorum eventu desperat, mente fretus sagaci, quâ praeditus erat. Wâhid. hocce effatum explicuit versibus allatis duorum Poëtarum. Prior, Tâïta, saepe ab eo laudatur. De eo vid. Sacy *Chr. Ar.* III. p. 79 et Bohl. l. l. p. 82, ubi inter eos, quos Motan. imitatus sit, enumeratur. Hic nomen ejus scribitur *Abou Zaid Tâïta.* Quâ ex tribu licet alii quoque Poëtae essent oriundi, in his *Bohtorius* et *Abou Temmâm*, is tamen, cujus h. l. fit mentio, ut etiam Hamas. p. 227 v. 8 a f., prae ceteris dicitur الطائى. Versum hic laudatum (Speciei XI) sic reddo: *Animus meus cornu petit stellas: felicitas vero consueta est inferiori apsidi; haec autem talis est inferior apsis.* Ludit nempe Poëta in usu voc. حضيض. Nam sensus est: Licet mens mea versetur in remotissimo stellarum loco et altissimo (qui dicitur أَوْج, id est ἄψις summa, sive locus supremus ejus, quem stellae cursus perlustrat, circuli, ab Astronomis dicti ἐκκεντρικός h. e. *extra centrum* terrae *positi*); felicitas tamen est in ejus opposito (حضيض) sive *apside imâ*, in loco circuli illius infimo. — Alter versus a Wâhid. laud., cujus auctorem non indicavit, est Spec. XV. *Mihi mens est supra stellas coelorum, at sane mea conditio est infra Pleiades.* — *Hunc versum*, alter ait Scholiasta, *effudit etiam ad modum Abou-Temmâmi; quod nempe commemoravit* النحوس (infaustus sideris influxus), *huic opponens* السعود (benefica sideris efficacia). Sortem *autem appellat* stellae *nomine*, *secundum morem Astrologorum*, *qui affigunt sortes et fortunas stellis. Sed Deus supremus is est*, *qui largitur et recusat. Neque recusare quis potest*, *quod* (لِما) *Ille largitus est*, *neque largiri*, *quod Ille recusavit.* Hicce locus, an aliunde desumtus sit, nescio. In Cod. 25 همتى explicatur per عَزْمى (*propositum meum.*)

Ad v. 24. Id, quod tam ardenter expetit, ut nimirum votorum compos fiat, majore insuper cum fiduciâ expectat, spem ponens in Deo, hoc fortasse effecturo, ut, si non omnia, quae mente volveret, nonnulla saltem assecuturus esset. Poëta enim placitis Islamismi licet saepe irrideat, h. l. tamen, *Dei favorem* comme-

25. Ob virum liberalem, cujus vestis est asperum gossypium, dum vestis serica Merwensis est indumentum simiarum.

moraus, ex animo locutus esse videtur. De hoc versu interpretando dissentiunt Arabum eruditi, quod apparet ex Scholio Wâb. *Dicit:* inquit, *fortasse spero tantum aliquid eorum, quae assequar favore Dei* — id est *quod spero, est forte aliquid tantum eorum, quae assequar* (ubi ergo in voce بعض, nec immerito, summa vis ponitur). *In hoc autem interpretando alia etiam se offert ratio, eaque est* (ubi اومل in primis attenditur, idque perperam explicatur), *quod* id quod speratur *idem notat atque* id quod amatur. *Id enim, quod* odio *est, non* speratur, *sed* ab eo cavetur. *Ac tum dicit: forte mihi sperare licet aliquid ex iis, quae assequar et acquiram per Dei beneficium. Id est: non erunt omnia, quae assequar a me fastidita, sed pars eorum speratur,* exoptatur. *Alii autem dicunt, hoc dictum esse per inversionem* (ac si dixisset: *forte mihi sperare licet* multa *me assecuturum esse* cet.). *Vera analysis est: forte assequar favore Dei supremi aliquid eorum, quae spero.* Alter Scholiasta gravem vim tribuens spei positae in *favore* Dei, se morum magistrum, ut solet, simul agens, haec tradit: *Hunc versum optime scripsit ex omni parte et raro hac* (perfectâ) *viâ incedit. Num dicit prudentium esse* ab *eorum parte, qui Deo supremo res suas committunt, et ad illum se recipiunt, ut immunes sint ab ejus potentiâ et vi. Fortasse ego sperare possum me perventurum esse ad ea, quae quaero, per favorem occultum a parte Dei supremi, idque mihi paratum iri a parte, cujus veram rationem non novi* (waarvan ik het hoe niet ken). — In Cod. 25 اومل explicatur per طالب, at عزيز per الله at وجود قليل *(quod parum inveniatur, rarum est).*

Ad v. 25. Wâb. in hoc versu legit بِسَرِيٍّ *per virum liberalem.* Lectionem tamen لِسَرِيٍّ, quam alter Scholiasta ob oculos habuit, et quae in Codd. nostris extat, quoque commemoravit. Haec vero etiam, contextâ oratione suadente, praeferenda esse videtur. Sensus enim est: »spero fore ut, si non omnia, nonnulla saltem, quae mente volvam, tandem assequar, Deo favente, qui hunc »favorem eo potius mihi largiturus est, *ob*, sive *in gratiam* viri liberalis; i. e. »quia is, cui hocce beneficium praestat, vir est eo dignus, vir generosus, liberalis, vitam agens austeram, et minime, ut alii, luxui et voluptatibus tradi-

stam. Verbo ut dicam, spero, fore ut Deus mihi auxilietur in Prophetae munere obeundo, quod, ut geram, dignus sum, et ob internas animi facultates, set mores inculpatos, in externo habitu etiam conspicuos! Quosnam igitur *simias* vocet, est apertum. Sic saepe nuncupat homunculos, qui ab eo dissentiunt, ipsique resistunt, atque indigniores sunt, quam ut hos attendat. Vid. etiam Bohl. p. 29. — In eum, quem initio versus indicaverit, olim inquirens, intelligendum esse conjiciebam *Saidum ben Abdallah Celbitam*, urbis *Mambedji* praefectum (ad quem carmen misit, quod reperitur ap. Hamm. n. 9 p. 9), suspicans, hunc fortasse consiliorum Motanabbii socium, aut eorumdem saltem certiorem factum fuisse. Quibus tamen sepositis, iisque, quae docent nostri Interpretes, perpensis, ac locis collatis, ubi Poëta de laude sui ipsius, tertiâ utens personâ, exposuit (vid. Bohl. p. 25 seq. 29 et seq.), non dubito, quin se ipse b. l. spectaverit. — Scholii Cod. 126 auctor, ratiocinia Poëtae b. l. ut antea ita explicans, ut ipsius consilia Wâhidio penitius perspexisse videatur, in eo tamen erravit, quod constructionem nostri versûs conjunxit eum verbis, a quibus incipit v. 23. *Litera Lam*, inquit, *in voce* لسرى *pendet a dicto* اقطع البلاد: *estque igitur explicatio causae illius rei. Dicit enim: labor meus, meaque sollicitudo est ad rem reparandam. Nam video res fieri incomposito ordine, videoque nobilem in miseriâ et malâ conditione, ignobilem vero in deliciis sese volutantem. Si vero ego rei praeëro, reducam omnia ad ordinem necessarium. Est igitur* nobilis viri *mentio*, *hic facta*, *explicanda tamquam figurata et exemplaris dictio. Sunt autem hominum nonnulli, qui eam ita intelligunt, ut Poëta hoc nomine se ipsum significaverit. Neque hoc e longinquo petitum est; quoniam universalis ille sensus, de quo nos diximus, hanc peculiarem includit.* Haec *autem est dictio* de parte *illius*, *quod* (ut latiore sensu accipiatur) *fert modus, ad quem nos* (versum) *explicuimus.* Id est: qui putat Poëtam de se tantum dixisse, hoc, quod nos in universum de *omnibus* dictum esse velimus, ad *unum* modo hominem restringit. Ac sic Wâhidius, qui بسرى, ut supra indicavimus, legens, hoc vocabulo non *Motanabbium*, sed *alium*, quem tamen non definit, intellexit: *Dicit* (Poëta), sit: *perveniam ad illud* (quod dixi) *per liberalem virum, qui induit ea, quae texta sunt ex gossypio aspero.* Quibus haec addit: vocabulis مروى مرو intelligi *vestem*, s. *pannum*, *unde textum* (consutum) *est indumentum hominum ingloriorum.* Indicantur probabiliter *panni serici*, ex quibus parabantur vestes

26. Capita autem hastarum melius (quam aliae quaeque res) auferunt iram, meliusque sanant malevolentiam pectoris hominis, odio pleni.

---

illas olim celebratissimae; iique *panni* a *Merud*, urbe Persidis, nomen habebant. Quia autem idem illud artificium eodem fere modo *alibi* videntur imitati esse, eae vero, quae ex ipsâ illâ urbe delatae esse dicerentur, studiose in primis a nonnullis quaesitae fuerint, h. l. ubi *nomen urbis* insuper additur, *verae* describuntur ejusmodi vestes, et *genuinae*, *alibi non fabricatae*. De hac urbe ejusque mercaturâ vid. Frid. Stüwe *die Handelszüge der Araber*, Berl. 1836 8o, p. 197 seq. — In Cod. 25 iisdem illis vocabulis haec adscripta sunt: حرير نعيم من بلد مروَ (*vestis serica mollis ex urbe Merwd*); سرى explicatur per رجل كريم (*vir nobilis*); خشن per غليظ (in vernaculamlinguam conversum *graf*) — Universo autem versiculo a prima manu, nisi fallor, adjectum est: ما له نظيرٌ حُقْمًا *Hicce* (simius) *parem non habet dementiâ*. In Arabicis p. 208 r. 13 pro ينسيج leg ينسج et pro نسج leg. نسيج.

Ad v. 26. Quum nonnulli Motanabbium Prophetam agnoscerent, multi ipsius consilia irrita facere conati sunt. Hos inimicos jam cogitat. Quorum animos quia oratione placidâ aliisve artificiis sibi conciliare non poterat, vi eos subigere volebat. Quod ut strenue faciat, ipse h. l. et seqq. se excitat. Quosnam spectaverit, *hominem odio plenum* commemorans, — inimicos in universum, an potius certum quemdam virum, qui ipsi praesertim restiterit, v. c. *Loulouum*, *Emessae Praefectum*, aliumve, certo definire nequeo. Hicce versus et sequens in Codd. 126 (non vero, ut apparet ex initio scholii ad v. 28, in *exemplo*, quo ille Grammaticus usus est) et 25, et apud Hammerum, inverso ordine ponuntur. At minus bene, ut, contextâ v. 28 oratione consideratâ, satis liquet. Varians lectio, in nullo Codicum nostrorum, neque etiam in Scholio Cod. 126 commemorata, sed lecta forte ab Hammero (vertente *neide*) h. l. a Wâhid. traditur, quâ pro الحقود legitur الحسود. *Quam qui legunt*, Wâhid. inquit, *aliquem intelligunt*, *qui* frequens invidet, *cujus invidia non recedit*, *nisi hoc remedio*, *ut eum*, *cui invidet*, *confodiat* (hastâ) *eumque interficiat*. *Sed* الحقود *pulchrius est in sensu*. *Capita* hastarum sunt *cuspides*, ut idem

monuit. Alterius Scholii initium sic verto: *Vult, non sanare posse malevolentiam pectoris tui, ooque te adducere, ut tibi ipse jus vindicare possis* (ولا يُبْلِغُكَ الانتصافَ) *ullam aliam rem aeque bene ac capita hastarum eorumque usum. Et hoc etiam offatum tritum est. Homo enim iratus, quando vires intendit, aciemque tractat hastarum gladiorumque, sanat pectus suum odiumque explet.* Formam أَذْهَبُ *melius auferens* uterque Grammaticus merito improbavit, quia formae ejusmodi tantum derivantur a I. verborum triliterorum *formâ*, exceptis modo verbis *substantivis*, *iisque*, quorum *notione* cum *intensione*, quae dicitur, uti *non* possumus. Vid. Sacy Gr. Ar. I. p. 324 seq. Itaque, ut illi monent, dicendum fuisset أشدّ اذهابا. *Poëtis* tamen majorem permittunt licentiam. *Non enim*, Wâh. ait, *formatur Comparativus a IV. forma, nisi cogente* (Metri causâ) *Poësi.* Alter sic argumentatur: *si dixisset* أشدّ اذهابا *hoc fuisset melius: at tenendum tamen eum formam* أفعل *hic a IV. verbi formâ duxisse per abjectam literam ejus servilem* (id est: IV. verbi formam mutavit in I., ab eâque tum illam adjectivi formam intensivam duxit). *Et de hoc versu jam antea dixi, in illis quae dictavi de libro* المجمل في النحو (*summa syntaxeos*). *Aboul Abbâs autem aliter ea de re statuit, atque illud restringit ad vocabula, usu recepta.* Hic ergo statuebat, *non amplius* licere, ut a IV. forma *pro arbitrio* formae intensivae ducantur; idque ad eas solas IVae formas esse restringendum, a quibus *linguae usu* tales formae jam ductae sint, aliasque iis non esse addendas. De opere, b. I. citato, vidd. dicta pag. 232 et ad v. 15. — Grammaticus ille, in fine Scholii allatus, est vel *Aboul Abbâs Ahmed ben Jahja Schaibanita*, cognomine ثعلب, mortuus anno 291, vir clarus, auctor operis فصيح في اللغة (vid. Hamak. *Spec. Cat.* p. 167. Sacy *Relat. de l'Eg.* p. 479 et *Anth.* p. 123), ex quo dictum illud, de *universa* illarum formarum *doctrinâ*, minime vero de *hoc Motanabbii loco* tunc agens, forte desumtum est; vel *Aboul Abbâs Mohammed ben Jezid Almobarred*, celeber quoque Grammaticus, qui, mortuus quippe anno 286, ut ille, de Motanabbio disserere non potuit. De eo, praeter Ibn Khallic., qui vitam ejus descripsit n. 647, vid. Sacy *Anth.* p. 59, collatis, ubi ejusdem mentio fit, p. 28, 68, 73, 87, 274, 382: in primis vero Wüstenf. de *fontibus Ibn Challikani in Gott. gel. Anz.* 1837,

27. Vive fortis aut morere, — es enim nobili indole praeditus — inter confessionem hastarum et vexillorum tremorem.

28. Ne vivas (amplius), quemadmodum adhuc vixisti, non laudatus, cum enim morieris, morieris haud desideratus.

---

p. 1094 n. 5. — In Scholio denique Wah. verba ولو قال الخ sic reddo: *si vero dixisset* اذهب بالغيظ (*melius abiens cum ira* id est: *melius auferens iram*), *hoc metri necessitati non tribuendum fuisset* (sed per se optime se habuisset). Hoc enim vult: ita si scripsisset, ipsi non opus fuisset licentiâ uti poëticâ, quia tum, I. verbi formâ adhibitâ, non necesse erat, ut, accuratius scribens, dixisset اشدّ ذَهَابًا. — In Cod. 25 voc. غيظ perperam illustratur per غم (*moeror*) et حزن (*tristitia*); غل et per *Lat. Sitis* (sed tum legendum est غُلّ, non غِل), et per حقد (*malevolentia*); حقود per غَضِب (iratus).

Ad v. 27. Scholiasta Cod. 126, *Haec*, inquit, *est via* (dicendi agendique ratio), *quam sibi invicem commendant homines, injuriarum impatientes. — Et hoc est dicti instar* (quod ubi extet, nescio): *sane mors cum honore melior est vitâ, conjunctâ cum conditione abjectâ.* — In Cod. 25 عزيز explicatur per بعز (*cum gloria*); خنق per حَرْك (*motio*); بنود per رايات (vexilla).

Ad v. 28. Multis Wâhid. ad hunc versum disputavit de verbo حيى, ejusque *contractione* in حيّ. Haec enim instituitur in *Aor. Perf.*, non vero in *Aor. Imperf. Idque fit*, ut recte ait, *quoniam in* حيى *secunda litera radicalis verbi est litera Ja, kesrâ instructa, et tertia ejus litera etiam est Ja. Ja autem soror est kesrae. Itaque quoniam sic tres conveniunt kesrae, supprimitur kesra secundae literae radicalis, et in tertiam inseritur. Verum in Aor. Imperf. nihil ejusmodi occurrit.* Hoc enim enunciatur يَحْيَى. In Scholio Cod. 126 haec monentur: *Vocab.* لا *est refutatio eorum, qui opinantur contrarium ejus* (quod versu praecedente dixerat). *Dicit: non rectum est id, quod is putat, qui vitam eligit, cum humilitate conjunctam, prae morte in via gloriae* (id est *gloriosa*). *Atque hoc explicatum est iis, quae ipse h. l. dixit. „Tu enim" inquit, „quando tibi placet haec vilis conditio, certus esse potes,*

29. Quaere igitur gloriam, (quamvis haec) in igne inferno (quaerenda sit), et missam fac abjectam conditionem, etiam si ea in hortis sit aeternis.

30. Interficitur debilis timidus, quamquam debilior est quam ut scinderet involucrum capitis infantis.

»*praeterituram te esse* (te tibi non conciliaturum esse) *gloriam* cet". — In Cod. 25 حييت explicatur per تعيش. Adduntur porro huic versui duae dictiones proverbiales. Prior est: يهلك غَيْرَ قتل (*perit aliâ morte, quam caede*); pro quibus forte legendum est: بِغَيْرِ قَتْلِ aut غَيْرَ قَتِيلِ. Altera يغيب بغير اخذ حقّه *latet, ita ut nulla ejus vindicta sumatur.*

Ad v. 29. *Haec*, inquit Wâhidius, *est impropria et secundum comparationis normam instituta, dictio, et hyperbole de quaerendâ gloriâ et fugiendâ conditione ingloriâ. Si non* (sic explicetur, sensus est nullus), *cum gloriâ non sit in Inferno, neque ignobilitas in Paradiso.* Eodem modo alter judicavit Scholiasta, ad voc. لظى praeterea annotans: est *nomen* motûs alicujus *ignis* (*Inferni*), *quem Deus a nobis avertat.* Quae notio in Lexicis non laudatur, ubi لـظـى, ut apud Wâhid., tantum commemoratur tamquam *nomen quoddam Gehennae.* — In solo Cod. 25 pro وَذَرِ legitur وَدَعِ, eodem sensu.

Ad v. 30. Penultimae vocis hujus versûs *duae* formae in *Lexicis* traduntur, بُخْنُقٌ et بُخْنَقٌ, ut quoque in *Scholio* Cod. 126 monetur. Ibi tamen *tertia* forma, in illis omissa, commemoratur مُخْنَقٌ. Eodem auctore hocce vocabulum denotat *panniculum* (*linteum*), *quo velat se mulier, et cujus extremitatem demittit infra maxillam. Caput* nimirum, ut indicavit Wâh., *velatur*; eique hoc, ut Freyt. observat in Lexico, imponitur, *ut mundum servent velum* (خمار) *ab unguento, ipsumque unguentum purum a pulvere.* — *Infantibus*, quod addit, *in Syriâ etiam adhibetur illud ad tuendos eos a frigore*, utque verosimile est, eorum non *caput* modo, sed etiam *corpus* ei involvitur. Adeoque Hammerus recte vertit *windlen*, ceteroquin tamen hunc locum, ut alios alibi saepius, non accurate reddens. Sensus enim est: occiditur etiam timidus, — ne dicam, *qui bellum evitat; nam hoc* ille non minus quam pestem effugit, — qui adeo meticulosus est, ut ne infanti quidem, verens ne ab hoc laederetur, involucra disscindere audeat. Recte igitur Wâhid., *Dicit*, inquit: *debilis omni*

31. Et contra protegitur vir audax, dum immittit se in aquam juguli principis.

---

debilitata (id est *tam debilis*, *quam cogitari potest*) *nonnumquam interficitur;* —significans, debilitatem timiditatemque longioris vitae non esse caussam. — *Hic igitur versus*, quod alter bene observat, *figurate est accipiendus et exemplum continet. Sensus est: ne abstinea a periculis metu mortis. Nam exitium non venit nisi secundum Decretum divinum*, *neque aliquam, si hoc adest, utilitatem praestat cautio. Ac saepius debilis timidus non audet lacerare pannulum pueri, sed quando venit ad illum faturi ipsius*, *nihilo tamen minus hoc eum occupat.* In Cod. 126 praeterea margini adscriptum est: نسخة سرة, *aliud exemplum legit* سُرَّةً. Nimirum pro يخنق; hoc sensu: *quamquam timidior est*, *quam ut abscindat* umbilicum *recens nati.* Sine dubio haec est dictio proverbialis, cujus tamen vestigia alibi frustra quaesivi. — In Cod. 25 pro العاجز legitur العزيز (*potens*), quod sine dubio *vitium* est, ortum fortasse ex simili literarum pronnnciatione. Illud enim certo retinendum, quia Poëta eodem verbo (يعجز) deditâ operâ videtur hic usus esse. In margine igitur illud a Warnero jure emendatum est, explicante deinde الجبان per يخاف من الحرب (*is qui metu a bello ea abstinet*). Ab aliâ vero manu haec nota adscripta est, huic loco explicando parum apta: البخنق برقع يغشى العين والصدر ويسمى البرنس الصغير بخنقا. Id est: البخنق *idem est atque* بُرْقُع (velum, quod faciem ita tegit, ut soli oculi prospectui pateant), *quod tegit oculos et pectus*, *et vocatur* البُرْنُس *parvus* (etiam) بخنق.—Nam البُرْنُس *magnus* est vestimenti genus, ex rudiore gossypio vel linteo paratum, *caput obvolvens* et *corpus ad genua usque*, quo etiam nunc Arabes, v. c. Tunetani, utuntur, ut noctu et tempore biberno frigus arceant, et illi in primis, qui per desertum tendunt, ne aestus gravior molestias ipsis creet. — Motanabbius autem hunc versum scribens, fortasse cogitavit sortem *Ishaki ben Caighaligh*, a servis suis occisi, cujus ignaviam ipse perstrinxit. Vid. Hamm. p. 169 vs. 8 a f., p. 171 n. 143, et p. 172. v. 8 a f.

Ad v. 31. *Aqua juguli*, docente Wâhidio, *est sanguis superioris partis pectoris juxta collum*, adeoque, ut porro etiam recte tradit, sensus est: *haud raro solvus evadit is*, *qui bello se immittit rebus*, *quae vehementissimum*

32. Non per gentem meam nobilis sum, sed nobilis illa facta est per me: et de me ipse glorior, non de majoribus.

---

multiplicemque metum incutiunt. Commentator Cod. 126 opinatur *objectum* verbi خوض *omissum esse. Nam vis*, inquit, *verborum sic definienda est. immisit* cuspidem *in sanguinem pectorum strenuorum.* Quae explicatio, licet non praeferenda, admitti tamen potest. De versu autem universo haec observat: *Cohaeret ille cum partitione ejus, prius factâ* (nempe cum iis, quae de duplici hominum genere dixit, *de nobilibus et ignavis*). *Et in hoc* (versu) *opposuit virum fortem pusillanimi, quo plene exprimeret, quod vellet.* — Forma تَكْمِلَة *Infin.* II. in Lexicis non commemoratur. Etiam vis formae II. verbi خوض a Wâhidio (*saepius subiit*) accuratius definitur, quam in *illis* (*intravit*). Monet praeterea Wâh., quod cum aliunde, tum ex Kor. 40: 48 notum est, وقى construi cum gemino acc., eumque, *qui protectus est a Deo*, dici المُوَقَّى. Pro الجَحّش, quod legit Wâhid. et in tribus nostris Codd. extat, alii, ut Commentarii auctor Cod. 126 (utramque lectionem tamen explicans), legunt المِحَشّ. *Hoc* melius etiam ibi quam in Lexicis illustratur. In *his* dicitur esse *rutabulum, quo ignis commovetur.* Potius, quia حشّ notat *accendit ignem*, est *id*, s. *instrumentum, quo ignis accenditur*, et figurate, *is, qui belli ignem accendit.* Vid. Freytag. in Lexico. Altera lectio (cujus propria notio, *instrumentum intrandi*, deinde ad *homines* ipsos quoque transfertur. Vid. Ewald *Gr. Ar.* I. p. 167) aliâ etiam ratione explicatur in Scholiis, quam in Lexicis: *is, qui se immiscere solet negotiis bellisque.* Unde notio in *his* recepta, *audax nocturno tempore;* quae commemoratur item cum auctoritate *Abou Omari* (*ben Ishak Asadîh*, cognomine *Djarmi*, mortui anno 225. Vid. Sacy *Anth.* p. 140) in notâ, huic vocabulo additâ in Cod. 25 ab eâdem manu, quae notam praecedenti versui adscripserat: الخش بالخاء المعجمة الجرئ على الليل عن ابى عمر. — Voc. صِنْدِيد, cujus altera, eaque nota etiam, scribendi ratio (صِنْتِيت) in Cod. 126 refertur, ibi explicatur de *nobilibus*, tam *viris*, quam *principibus*.— In Cod. denique 25, ubi idem hoc voc. illustratur per الشجيع, يوقى per يخلص et يسلم (*salvus evadet*) explicatur.

Ad v. 32. In Cod. 542, ubi vocales saepius perperam sunt adscriptae, minus

bene, si eodem sensu, legitur تَحْرُتْ. Sensus est: *Gens mea, nobilissima licet, ac majores mei, quamvis magni nominis celebritatem sibi conciliaverint, non tamen ejus gloriae, quâ equidem conspicuus sum, caussa fuerunt. Nam gloria illa ex me solo repetenda ac talis est, ut per eam gens mea ipsa magis nobilitata sit.* Ex quanam gente Motanabbius oriundus esset, supra pag. 238 et 239 significavimus. — His aliisque ejusmodi dictis respondere solet inimicorum contumeliis, istâ superbiâ excitatis; quibus hi genua vile ipsi objiciebant, quia patrem habebat *aquarium*, atque ex *serva* natus esse dicebatur. Conf. Bohl. l. i. p. 28. Wâhidius sensum hujus dicti duorum Poëtarum versibus illustrat. Priorem auctorem habent Poëtam celeberrimum, viventem ante Mohammedem, *Nabegom Dhobijanitam* (cujus verum nomen dicitur fuisse *Ziad ben Moawia*) aequalem regis Hirae, *Noomani ben Mondhir ben Amrialkaïs*, cognomine *Abou-Kabous*, interfecti a rege Persarum, *Khosrou-Parwiz*. Vid. Sacy *Chr. Ar.* II p. 410–412. Rex ille Hirensis Veziru utebatur Poëta, *Isamo ben Schahbar*, meritis suis solis, non genere, ad hanc dignitatem evecto, et propterea his versibus (speciei VII), cum in aula Regis versaretur, laudato: *Isamum sua ipsius virtus dominum constituit eumque docuit impetum facere et audacem esse, et reddidit eum regem heroemque.* Commemorantur hi versus quoque a Sacyo in *Commentar. ad Harîrium* p. 258 et Gallice ab eodem redditi sunt in *Chrest. Arab.* II p. 532 seq.; quibus locis etiam *quartus* additur sic sonans: حتى علا وجاوز الاقواما (*ita ut altior evaserit et superior omnibus hominibus*). In initio praeterea versus tertii pro nostro وَجَعَلَتْهُ legitur synonymum وصيّرته. — Posteriores versus, quos Wâhidius et auctor Scholii Cod. 138 attulerunt, ab his tribuuntur *Amero ben Tofail*, de quo vidd. supra dicta ad vs. 10. Levis modo, utroque Scholio collato, lectionis varietas deprehenditur. Pro وارمى nempe in ultimo versu legitur in Cod. 126 فـارمـي, quod tamen non praeferendum est. In 2° versu legatur أَنْ أَسْـــمُـو per licentiam poëticam pro أَنْ أَسْمُوَ. Sensus est: *Neque dominum me elegerunt Amiritae jure haereditario. Noluit Deus ut excelsus essem per matrem aut patrem. At vero ego terminos eorum* (Amiritarum) *defenda, eorumque noxam vereor, et immitto in eos, qui hos petunt, equitum agmen* (agmen proprie, *quod* 30 *aut* 40 *equitibus constat*). — De universo hocce versu 32° auctor scholii Cod. 126 dixit: *hanc esse laetitiam, quo viri excellentes afficiuntur. Nobiles enim illi sunt, qui principes sunt suâ ipsi operâ, non pa-*

20*

33. Et de hac tamen (gente) gloriantur omnes, qui articulate pronunciant (literam) Dhad: et (ad eam) confugiunt rei et (eam) in auxilium vocant exsules.

---

trum suorum. Wâhid. contra refert: *dixerunt traditores* (carminum Motanabbii): *si hoc versu acquievisset* (nec plura addidisset Poëta), *genere foret ignobilissimus omnium hominum; at dicit* in proximo versu:

Ad v. 33. *Haec addidit,* ut Wâhid. in fine Scholii recte observat, *quibus significaret tribum suam fortem s. potentem esse per inaccessum ejus robur.* Alter haec tradit: *vult: caussam, quare relinquam laetari* (id est *non laeter, neque me efferam*) *de gente meâ, non esse defectum quemdam, ipsi proprium. Nam haec gens est gloria omnium Arabum et apud eam confugiunt rei, et apud eam auxilium quaerunt exsules. Et qui tales sunt,* (his) *non recusatur de ipsis gloriari. At meae ipsius virtutes efficiunt, ut eo carere possim. Et* عَوْذٌ (in his vocc. explicandis Lexica supplet) *est id, a quo refugium petitur et ad quod confugitur:* غَوْثٌ *vero is est, qui auxiliatur victo, violenter tractato. Eamque vocem extulit ad formam, infinitivo propriam. Dictum autem ejus:* qui articulate pronunciant (literam) Dhad, *est metonymica loquendi ratio de Arabibus. Existimavit illam* (literam) *Arabibus propriam esse, ita ut nullus sit locus, ubi inveniatur inter Barbaros. Attamen Abou-Bekr ibn-Doreid* (celeber ille Lexicographus, Grammaticus et Poëta, mortuus anno 317, de quo vid. Hamak. *Spec. Catal.* p. 33, 35 seq., 241, et Sacy *Anth.* p. 79, 131, 215, 460) *dixit eam Arabibus (propriam) esse et paucis e Barbaris.* Sic Ibn-Khaldoun contendit, veros Arabes distingui posse per pronunciationem literae *Kaf.* Vid. Sacy *Anth.* p. 171 seq. (413 seq.) Literas autem ض et ظ saepius in Codd. permutari, cum aliunde notum est (Sacy *Gr. Ar.* 1. p. 20; Ewald. *Gr. Ar.* I. § 53 et 59) tum ex notis Hamak. ad *Wâkid.* p. 28 et 31. — In Cod. 25 بهم explicatur per من نطق الضاد ;اهلى per العرب ;عون per حِماية (*praesidium*); الجانى per المُذْنِب (*reus, et qui peccavit*); عوث per نجاة (*evasio*), et طريد per من خَلْفه عدوة (*is a cujus tergo sunt hostes*). In textu Arabico p. 213 vs. 14 لافهم emendetur in لانهم, et vs. 17 والتبِجى in والتجِى.

34. Si me ipse miror, haec est miratio viri admirabilis, qui non invenit unquam supra se ipsum, majorem.

35. Sum socius roris (vir insigniter liberalis) et dominus carminis, et venenum hostium (meorum) et indignatio invidi.

Ad vs. 34. Sensus est, ut indicavit Wâhidius: *Admiratio mea non est reprehendenda. Nam omnes me admiraatur, et me majorem non alium umquam vidi!* Significat مُعْجَب *eum, qui de se ipse admiratione afficitur*; et عَجِيب (admirandus), idem h.l. est atque مُعْجِب, *is, qui alium in admirationem adducit*, ut بديع, *novus*, etiam notat idem quod مُبْدِع *novae rei conditor.* In schollo Cod. 126 legimus: *Vult: si in admirationem raptus sum virtutibus meis et gaudeo pulchris dotibus meis, hoc non mirum est. Nam ego rarus sum homo, qui excedo normam coaevorum. Neque invenio accessionem, quam mihimet optare possem. — Hic autem est fastus, et tantum sibi arrogare, quantum illis fit verbis, non placebit ulli.*

Ad v. 35. In hoc et seq. versu ultima syllaba in انا corripitur ex solenni Poëtarum more. Vid. Ewald *de metro carminum Arabic.* p. 10 seq., et *Gr. Ar.* II p. 339; Freyt. *über die Arab. Verskunst* p. 58. Sensus est: Praestantia, qua excello, in ipsis illis conspicua est qualitatibus, quas Arabes prae omnibus aliis rebus celebrant: *liberalitate, arte poëtica, bellicâ virtute;* eamque ob caussam sors mea aliorum invidiam, sed frustra, excitat. Si dicit *dominus sum carminis*, hoc vult, ut recte explicuit Wâh.: *sum* (primas) *eorum* (i. e. *talium*) *auctor* sive *conditor*, *quoniam non praecessit me alius ad talia* (tam egregie) *componenda.* Eamdem gloriolam alibi jactat. Vid. Bohl. l. l. p. 25 seqq. In Scholio Cod. 126 ترب explicatur per لِدَة id est: *simul cum aliquo genitus.* Hoc autem additur: *solennis usus* illius vocabuli *est* (pro والشهور, corrige والمشهور), *ut adhibeatur de mulieribus.* Quod ut probetur, locus affertur Korani 78, 33, ubi in descriptione Paradisi commemorantur *et puellae sororiantes mammas habentes, coaetaneas.* Cui addatur alter locus Koran. 38, 52, ubi etiam hujus loci beati deliciae describuntur, piisque promittitur وَعِنْدَهُمْ قَاصِرَاتُ ٱلطَّرْفِ أَتْرَابٌ: *et apud illos erunt* (mulieres) *oculos* (ad maritum solum) *convertentes, coaetaneae.* Per vocabula قريض الشِّعْر auctor hujus Scholii *carmen* tantum intellexit in

36. Ego in gente, quam participem (mei) reddidit Deus, peregrinus sum, ut Saleh inter Tsamouditas.

---

universum, dicens: *cum spectasse dominium, quod de carmine assecutus est.* Vocabulum enim قريض, ut Freyt. docuit *Darst. der Arab. Versk.* p. 374 in nota, proprie notat carmen, cujus metrum الرجز non est. — In Cod. 25 explicatur ترب per اخ et لذة per عطاء (*liberalitas*) رب per متكبر (*superbiens*); قوافى per شِعر, et سمام per هلاك.

Ad v. 36. Sensus est: Quamvis tam praeclarus sim, et mentis animique dotibus praeditus, quae illorum invidiam excitent, inter meam tamen gentem (inter Celabitas), cujus principatum Deus mihi soli assignavit, *peregrinus* habeor, ab eaque, pariter ut Saleh olim ab ipsius tribulibus, repulsam ego patior. — Explicationem Scholii Cod. 126 interpretationi Wâhidii praefero. Hic enim formulam تداركها الله (ut nota, Cod. 25 apposita, امكها *cui auxilium praestet Deus!*) accepit de *praecatione in gratiam gentis institutâ*, hoc sensu (qui in hoc contextu ferri nequit): *assequatur illam Deus eamque liberet ignaviâ suâ; sed fieri potest* (quod parum vero est simile ob notam formulam لا بارك الله فيه ولا دارك. Vid. Freyt.); *ut sit imprecatio in eos, nempe: assequatur eos pernicie, ne evadent ex eâ.* Alterius Codicis contra explicatio, in primis commendatur per sequens غريب (in eodem Scholio explicatum per *non est* (ab ea gente) *ope adjutus, adeoque peregrinus habitus*); ut dixerit: *ab iis, quos meos nuncupare possum, ut peregrinus tractor.* — Ex iis, quae Wâh. h. l. de *Ibn-Djinnio* tradidit, collatis iis, quae in altero Scholio docentur, omnino quoque verosimillimum est, *illum* hujus commentarii auctorem fuisse. De hoc versu conf. etiam Bohl., hunc versum laud. p. 12. — Caeterum in extremo versu textûs Arabici lege الرشد, cujus vocabuli 2 litera in editione obscurata est.

COMMENTARII

DE

CODICIBUS MANUSCRIPTIS ORIENTALIBUS

BIBLIOTHECAE LEIDENSIS,

AUCTORE

HENRICO ENGELINO WEIJERS.

COMMENTARII

DE

CODICIBUS MANUSCRIPTIS ORIENTALIBUS

BIBLIOTHECAE LEIDENSIS.

Decem anni sunt, ex quo, peractis Academicis studiis, diligentem coepi operam ponere in cognoscendis Codicibus nostris MSS. Orientalibus: primum quidem, unice ad id a Rege constitutus; deinde vero, postquam Hamakeri tristissima mors accidit et mihi in illius locum succedere mandatum fuit, tantum certe temporis adhuc ei rei impendens, quantum per muneris negotia et per curam discipulorum studiis debitam licuit. Hoc igitur decennio id praecipue spectavi, ut novum omnium Codicum Catalogum, ab Hamakero in *Specimine* suo magnifice inchoatum[a], meo modo persequerer, eumque la-

[a] Notius est illud Hamakeriae eruditionis monumentum, quam ut titulum ejus hic describam. Editum est anno 1820, triennio postquam vir summus Leidam ad docendas Orientales Litteras vocatus et Orientalium MSS. Codicum Bibliothecae praefectus fuerat. Viginti tantum et unus sunt libri (sane ii inter praestantissimos, qui hic exstent, numerandi), de quibus in amplo illo 250 paginarum volumine exposuit, docte, copiose, admirabiliter, verum multo fusius quam pro Catalogo tantae, quanta nostra Leidensis est, Bibliothecae. Negavit hoc quidem Hamakerus in Praefatione suâ, sed nescio an nemo unquam illum locum legerit, quin magnum potius animum ferventissimi simul et laboriosissimi hominis cum veneratione suspiceret, quam tantae spei tamque largi promissi exitum auguraretur.

borem, sanequam necessarium desideratumque, pedetentim promoverem et propius indies ad ipsum finem adducerem. Cur *necessariam* eam operam dixerim, non opus est ut multis hic explicem. Notum est omnibus harum Litterarum peritis, editos Catalogos MSS. Codicum nostrorum Orientalium[a] tam

---

Nunc profecto nemo eam Praefationem lecturus est, qui non vehementer doleat, pulchram illam excellentissimi Hamakeri spem eventum tam plane frustratum esse, ut et nihil ille postea ejusdem generis in publicam lucem emiserit, et prope nihil etiam de hoc argumento scriptum reliquerit. Statim post editum futuri Catalogi *Specimen*, ad alios labores se applicuit, primum ad *Diatriben de monumentis aliquot Punicis*, deinde ad *Commentationem de expeditionibus adversus Dimyatham susceptis*, tum ad edendum Arabicum illum librum *de expugnatione Memphidis et Alexandriae* cum copiosissimo Commentario, mox ad *Miscellanea Phoenicia*, et sic ad alia deinceps et alia opera, quae, si in vitâ eum Deus conservasset, adhuc complura diversissimi argumenti et longâ annorum serie secutura fuissent, antequam animum ad primum illud et praeclarissimum propositum revocare incohatumque persequi Catalogum potuisset. Unde etiam factum est, ut, cum post annum 1820 fere nullam amplius de industriâ operam posuerit in cognoscendis universis nostris MSS. Codicum thesauris detegendisque et corrigendis Catalogi editi erroribus, ut igitur paucae id genus annotationes, quae manu ejus scriptae adhuc exstant et jam tanquam κειμήλιον quoddam in publicâ illâ supellectile servantur, eo omnes tempore sint consignatae, quod luctuosam mortem ejus quindecim et quod excurrit annis antecesserit. Has autem annotationes (praeter unam longiorem, quâ primi Bibliothecae nostrae Codicis argumentum fuse explicuit, quaeque separatim apud nos servatur. № 1375 signata) in unum locum Hamakerus conjunxit, nempe adscriptas ab ipso ad apographum Catalogi Reiskiani (conf. infra ann. in p. 303 seqq.), quod hunc in usum sibi faciendum curaverat. Sunt vero non plures numero quam quatuordecim, at singulae paucis constant versibus, una et altera tribus tantum quatuorve. Plerasque tamen animadversione dignas esse, et nunc quidem nemo addubitabit, et mox experti scient omnes, cum mihi propositum sit, eas deinceps, oblatâ opportunitate, in secundo horum Commentariorum Libro Lectori impertire, nomine, ut fas est, carissimi Praeceptoris addito.

[a] Ne cui mirum videatur, quod pluraliter hic de *editis Catalogis* loquar.

parum bonos perfectosque esse, contra vero omnis generis erroribus ita scatere, ut qui libros ipsos cum eorum descriptione ibi factâ conferat, raro tantum in hac plane acquiesci posse, saepissime autem longe aliam pro eâ substituendam esse,

---

Ut enim Index ille librorum Bibliothecae nostrae Academicae, quo nunc vulgo et nostrates et exteri utuntur, editorum ordine *quintus* est, ita jam in tribus, qui proximi antecesserunt, etiam MSS. Codices Orientales, tum hic exstantes, descripti fuerunt. In solo igitur *primo* Catalogo (cujus auctor fuit Petrus Bertius, hic autem titulus: *Nomenclator Autorum omnium, quorum libri vel manuscripti, vel typis expressi exstant in Bibliotheca Academiae Lugduno-Batavae*. L. B. 1595. 4° min.) adhuc de nullo MS. Codice Orientali fit mentio; verum in *secundo* Catalogo, a Daniële Heinsio confecto, editoque anno 1623 (*Catalogus Librorum Bibliothecae Lugdunensis. Praefixa est Daniëlis Heinsii Bibliothecarii ad Nobiliss. et Ampliss. Academiae Curatores Oratio*. 4°), in hoc igitur, p. 79 seqq., jam exhibetur *Catalogus Librorum quos Bibliothecae Josephus Scaliger legavit*. Scaliger autem mortuus erat anno 1609, legaveratque Academiae nostrae pretiosissimam librorum supellectilem, inter quos complures MSS. Codices, tum Hebraeos, tum Arabicos aliosque Orientales. Hebraei quidem, ut nunc separatim servantur, numero sunt 21; reliqui vero, *post* Golianos, qui dein accesserunt, collocati, nunc Arabicorum nostrorum sunt 212—268. At in Catalogo illo anni 1623 longe abest ut splendidum hoc donum bene accurateque sit descriptum: non tantum enim libri arte et manu exarati conjunctim ibi et confuse commemorati sunt, verum praesertim quod ad MSS. Codices Arabicos, Persicos, aliosque Orientales attinet, mirum quantum imperfectus iste Index et mancus est. — *Tertius* Catalogus, ab eodem Dan. Heinsio conscriptus, anno 1640 prodiit (*Catalogus Bibliothecae Publicae Lugduno-Batavae*. 4°). In hoc, pag. 159 seqq., libri MSS. Orientales a Scaligero legati, et praesertim Arabici, Persici, Turcici, aliquanto melius quam in priori factum erat, adjuvante, credo, Golio, descripti sunt; itemque, in p. 173 seqq., ejusdem, ut nemo dubitabit, operâ notati sunt *Libri MSS. Arabici et alii, quos pro Academia ex Oriente advexit Jacobus Golius* (nempe qui, anno 1625 sumtu publico in Orientem profectus, quatuor post annis inde rediit, secum afferens magnam copiam praestantissimorum Codicum, Arabicorum, Persicorum, caeterorum, quos Halebi et aliis in locis Academiae nostrae comparaverat: hi autem libri, et reliqui aetate Golii coëmti,

reperiat: unde quam parum fidei illis haberi, et quam exiguum pretium, praesertim ab exteris, illis statui possit, nemo est qui ipse non videat. Et manuscripti quoque co-

jam primum locum in pluteis Codicum nostrorum Arabicorum tenent, N° 1—211 signati); ac praeterea eidem Catalogo appendix 21 paginarum adjecta est, sic inscripta: *Libri MSS. Arabici et alii, quos pro Academia ex Oriente advexit Jacobus Golius. Ubi ex voto Philarabum, atque in eorum usum, praefiguntur genuini Librorum tituli.* In hac igitur appendice Goliani illi libri rursus commemorati sunt, Latinis quidem verbis plerumque iisdem, sed tantum non omnibus proprio suo nomine Arabicis litteris praemisso, ac singulis etiam *numero* addito. — *Quartus* Catalogus, qui auspice Frid. Spanhemio confectus et anno 1674 est editus (*Catalogus Bibliothecae Publicae Lugduno-Batavae noviter recognitus. Accessit incomparabilis Thesaurus Librorum Orientalium, praecipue MSS.* 4°), rursus longe copiosiorem, quam tertius, exhibet Indicem MSS. Codicum Orientalium, compositum a quodam *Bootsio*, ut ipse Spanhemius docet in *Academico Sermone*, huic suo Catalogo praemisso. Hic igitur novus Index novo etiam hoc ordine procedit, ut primum (p. 276 seqq.) notati sint *Libri MSS. Hebraici Legati Scaligeriani;* tum (p. 278 seqq.) *Arabici, Persici, Turcici, ab eodem legati;* tum (p. 283 seqq.) *Libri MSS. Hebraici Legati Warneriani;* tum (p. 290 seqq.) *Libri MSS. Arabici, Persici, Turcici, Bibliothecae communis, iique quos Golius ex Oriente advexit;* denique (p. 316 seqq.) *Libri MSS. Arabici, Persici, Turcici, Legati Warneriani,* quibus in appendice (p. 420 seqq.) nonnulli *subjungendi esse, dein reperti*, leguntur. Qui quidem Bootsii Index, quantum ad Golianos libros attinet, fere nuda repetitio est appendicis Catalogi tertii; quantum vero ad Warnerianos, maximam partem conflatus videtur ex adversariis, a Theodoro Petraeo et Chiagino Landio, docto Armenio, conscriptis: quibus viris anno 1668, cum magnificentissimum illud Warneri Legatum (quod nunc in pluteis nostris 63 Codices MSS. Hebraeos, separatim positos, et Arabicorum N. 269—1199 constituit) Leidam advenisset, ab Academiae Curatoribus mandatum fuit, ut conjunctam operam in cognoscendos hos libros disponendosque et in Indice notandos conferrent. — Hunc Catalogum tandem *quintus*, isque novissimus, secutus est: qui sub auspiciis et operâ Wolpherdi Senguerdii et Jacobi Gronovii confectus, anno 1716 formâ maximâ prodiit. In hoc, ut notum est, inde a p. 404 ad 491 Codices nostri Orientales sunt descripti: quae laboris pars

rundem Catalogi, quales duos habemus, Heymanni[a] et Reis-

tum ab Johanne Heymanno, adjutore uso Carolo Schaafio, curata est. Heymanni autem Index ille, ut plurima quidem offert, male e prioribus sumta, ita his tamen et longe auctior copiosiorque, et unâ certe in re ab iis plane diversus est. Cum enim in prioribus Scaligeriani, Goliani et Warneriani Codices a se invicem disjuncti et separatim descripti fuissent, hic soli adhuc Hebraei, a Scaligero et Warnero legati, in diversos locos distributi sunt (p. 404 seq. et p. 405 seqq.); reliqui vero omnes Orientales, Arabici, Persici, Turcici, caeteri, ita inter se conjuncti et mixti sunt, ut nullâ originis ratione habitâ, solum argumentum spectatum sit, et pro hujus igitur aut convenientiâ aut discrepantiâ propius longiusve a se invicem in Catalogo absint. Ex quo proposito hoc quoque secutum est, ut quae in uno volumine coojunctim offerrentur duo trisve aut plura diversa opuscula, bis jam seorsum suus esset locus assignandos, nec possent igitur haec unius velut corporis membra inter se copulata, sed deberent a se invicem divulsa describi. Quae ratio ut magna habet incommoda, ita hoc effecit, ut, cum ipsi illi Codices tum numero essent 1204, in Heymanni quidem Catalogo haud pauciores quam 1993 libri iodicati siot. Curavit tamen, ut praeter numerum, qui ex novâ illâ partitione singulis deberi visus esset, in fine cujusque articuli etiam is adjiceretur numerus, quo Codex descriptus, aut quo volumen ad quod parvus aliquis descriptus libellus una cum pluribus pertineret, in ipsis pluteis signatum exstaret: hoc insuper, alio addito numero, exprimens, quotum locum in tali volumine talis libellus occuparet.

a Autographus ille Joh. Heymanni Catalogus, quo omnes nostros Orientales Codices (Hebraeis tantum exceptis) descripsit, sex constat voluminibus chartae quadruplicatae, paginis autem dimidiatis et crassiore calamo grandioribusque litteris scriptis 2539. In 1° volumine (quod praeter adjunctum indicem 606 paginarum est) Golianos libros, 1—211, percensuit; in 2° (paginas 615—794, praeteresque in fine appendicem, huc non spectantem, offerente) libros Arabicos, Persicos, caeteros, a Scaligero legatos, 212—268; in 3° (pag. 795—1256) primos e Warnerianis, 269—409; in 4° (p. 1311—1832; caussa autem, cur hoc volumen non a p. 1257 incipiat, haec est, quod Heymannus in fine voluminis 3[i] incohatam a se descriptionem Codicis 409 non absolverat, itaque, ut ipse in p. 1255 scripsit, *caetera alio tempore excerpturus, eum in finem spatium reliquerat*), in 4° igitur volumine sequentes e Warnerianis, 410—751;

in 5° (p. 1833—2199) qui hos excipiunt, 752—999; atque in 6° denique (p. 2200—2523) reliquos, a 1000 ad 1204; dum huic quidem volumini appendix accessit (p. 2524—2539), quâ de quatuor libris paullo accuratius rectiusque quam in superioribus factum erat, expositum est. Videt ergo Lector, tum cum Heymannus amplum hunc Indicem conficeret (est antem quinto Catalogo edito certe antiquior, itaque ab illo inter annum 1710, quo Leidam vocatus fuit, et annum 1716 scriptus est), Codices nostros Arabicos, Persicos, Turcicos, jam eo ordine in pluteis collocatos fuisse, quo etiam nunc se offerunt: quod quidem nondum factum erat, quo tempore *quartus* Catalogus prodiit, in quo isti etiam Codices, non minus quam Hebraei, pro diversâ ipsorum origine et formâ diversis nec continuatis numeris distincti sunt, ita ex. gr., ut Golianorum primum 1—89 formae maximae, tum 1—60 formae 4ae, tum 1—72 formae 8ae, Warnerianorum antem, in quibus externus habitus non ita spectatus fuit, primum 1—812, ac deinde in appendice 1—78, notati sint. Horum vero etiam numerorum Heymannus in suo Indice rationem habuit, in quo ergo unicuique Codici bini numeri adscripti sunt, quorum prior cum eo convenit, quem nunc in pluteis prae se fert, posterior cum illo, quo in Catalogo quarto, qui tum novissimus erat, efferebatur. Nullum autem in eodem adhuc vestigium est illius divisionis, quam deinde in Catalogo anni 1716 ipse Heymannus instituit: et hoc unum argumentum satis probat, manuscriptum illum Indicem hoc edito antiquiorem esse: quod praeterea vel leviter inspicienti cuique e quovis fere loco apparebit, cum evidens sit, editum Indicem non nisi ex ampliore illo manuscripto excerptum esse, et fere ubique tantum per hunc diligenter adhibitum intelligi posse. Nimirum infiniti errores, per se haud raro inexplicabiles, tum demum certo scies ex quo principio orti sint, si locos contemplatos eris, in majori opere e singulis Codicibus descriptos, viderisque quid ex quoque efficiendum esse Heymanno visum sit sive ad operis titulum siva ad nomen auctoris definiendum. Et hic quidem fere unicus usus est, quem ampla illa adversaria et unquam potuerint et nunc etiam possint praestare: in quibus qui praeclaram pro istâ aetate doctrinam, Arabicaeque et reliquarum linguarum accuratam cognitionem, judicium porro in locis eligendis, et plusquam modicam in iis describendis exercitationem peritiamque exspectasset, sane hunc misere sua spes frustraretur, cum nihil fere quam quo facillime caruisset, inventurus esset. Quare miror, qui Reiskius tamen haec prope ridicula verba de iisdem eloqui potuerit (in *Prodidagmat. ad Hagji Chalifae Librum Memorialem rerum a Muhammedanis gestarum*, p. 233): *Optandum*

kii*, cum nihil fere ab editis diversum offerant, tantum ab-

---

ut edatur ejus (Haymanni) *uberior recensio codicum manuscriptorum Bibliothecae Leidensis, quam sex voluminibus concinnatam vidi apud ejus ex fratre nepotem et haeredem, J. G. Heymannum, M. D. et Practicum Leidensem.* Profecto aliter judicasset, si copia ei fuisset diutius et accuratius eum laborem examinandi. Nobis quidem id nunc liberum fuit, cum aliquot abhinc annis autographus ille Heymanni Catalogus thesauris nostris adjunctus fuerit, et jam in his servetur, N° 1372 signatus.

* Quo consilio Reiskius, qui ab anno 1738 ad 1746 Leidae commoratus est, eum Catalogum confecerit, quem manu ejus scriptum etiamnunc possidemus (N° 1373 signatum), ipse docuit, haec in Vitâ suâ (D. *Johann Jacob Reiskens von ihm selbst aufgesetzte Lebensbeschreibung.* Leipzig, 1783. 8°), p. 23, scribens: *Die arabischen Manuscripte der Leydenschen Bibliothek waren sehr in Unordnung gerathen. Die vielen, auf jedem Codice angeklebten Numern, nach dem alten und nach dem neuen Catalogo, machten einen nur irre. Wenigstens konnte Herr Schultens sich nicht drein finden. Ich machte mich also in einem Sommer drüber, gieng alle Bücher durch, klebte neue Numern, nach dem neuern Catalogo, der 1716. in Folio edirt ist, an, stellte die Bücher in ihrer gehörigen Ordnung, nach den Numern auf, und machte einen eignen geschriebnen Catalogum, nicht wie der alte war, nach den Materien, sondern nach der Reihe, oder Folge der Bücher, nach dem Formate.* In quibus verbis, ni fallor, aliqua confusio est, inde orta, quod quum haec scriberet Reiskius, a re narratâ jam magno annorum intervallo abesset, et vera igitur Catalogorum nostrorum ratio ipsius animo non amplius distincte obversaretur. Sine dubio in hunc sensum dicta intelligenda sunt: quo tempore Reiskius Leidae degeret, Codicibus MSS. Arabicis plures uno numeros singulis agglutinatos fuisse, et quidem, ut puto, tres, unum ex Catalogo anni 1674 (conf. superioris p. va. 9 seqq.), alterum ex ordine, quo, post eum Catalogum editum et ante Heymanni in hanc urbem adventum constituto (conf. ibid., paullo superius), etiam nunc ii Codices in pluteis collocati sunt, ac tertium denique ex ordine, quem in Catalogo anni 1716 ipse Heymannus secutus esset, libros pro argumentorum diversitate a se invicem discernens. Hanc igitur numerorum multitudinem paullatim effecisse, ut, eum difficilius esset locum singulis Codicibus debitum cognoscere, pleriquc jam male positi essent nec sine magno labore in pluteis inveniri possent.

est, ut malo ex horum pravitate orto medeantur, ut ne in subsidiis quidem rei melius gerendae numerandi sint. Mihi igitur, jam statim ut coepi in illo labore versari, sic aggrediendа res visa est, ut singulos deinceps Codices, et eo quidem

---

Cui malo ut mederetur, Reiskium pro tribus illis numeris unum modo singulis dedisse, et quidem ex istâ serie, de quâ modo dixi loco secundo: cujus seriei etiam Heymannus in edito Catalogo rationem habuisset, in fine cujusque articuli eum addens numerum, quem ipse descriptus liber prae se ferret (conf. supra p. 301 vs. 17 seqq.). Quâ operâ praestitâ, ut jam facilius in posterum hic a se restitutus ordo conservari posset, eum suâ manu Indicem quoque scripsisse, quo omnes deinceps Codices notati essent eâ quâ in pluteis offerrentur serie: quam qui olim constituisset, eatenus externam librorum formam spectasset, ut tum Golianorum, tum Scaligerianorum, tum etiam Warnerianorum, maximos primo, minimos ultimo loco collocasset." His praemissis, nemini mirum erit accipere, ex autographo illo Reiskii Catalogo nihil emolumenti redundare ad MSS. Codices nostros melius cognoscendos: quippe qui eo tantum consilio ab hoc confectus fuit, non ut argumentum illorum rectius, quam ab Heymanno praestitum esset, describeret, sed ut alium, quam hic instituisset, ordinem sequeretur. Unde etiam accidit, ut si ordinem librorum exceperis, Reiskianus ille Index Heymanniano edito fere ab omni parte et ad litteram usque respondeat; utque, cum rarissime errorem, in hoc commissum, ibi correctum videas, tantum hoc unum non paucis in locis (et praesertim quidem in descriptione illorum voluminum, quae complura minora opuscula complectuntur) inter utrumque discrimen sit, quod alter altero multo sit brevior et imperfectior. Quamvis igitur hic Reiskii labor per se non magni sit pretii, nobis tamen, in ipsâ Bibliothecâ Codices tractantibus, illius manuscriptus Index longe ad utendum est facilior quam editus Catalogus, qui propter diversissimum librorum ordinem mirum quot incommoda quantumque molestiae creat: et Reiskiani quidem hoc auget utilitatem, quod in fine cujusque articuli etiam indicet, quem numerum liber descriptus in Catalogo edito gerat, et in quâ Catalogi paginâ offendatur. — Ceterum supra (p. 298 vs. 8 a f.) jam dixi, hujus Reiskiani Indicis apographum sibi faciendum curavisse Hamakerum, ei destinatum usui, ut et domi haberet Catalogum in quo Codices secundum numeros, *ipsis* inscriptos, notati essent, et simul volumen ipsi ad manum esset, in quo quae de diversis libris deinceps sibi annotanda viderentur, velut in tuto loco conjunctim

ordine quo in pluteis servarentur, accuratissime inspicerem et perscrutarer, adhibito semper Hadji-Khalifae Lexico bibliographico paucisque aliis id genus adminiculis; utque tum, quae de singulis in Catalogo postremum edito (anno 1716) aut perperam dicta esse aut male omissa vidissem, sedulo in chartis notarem, copiamque adversariorum mihi hoc modo pararem, e quibus bonum deinde et absolutum Catalogum conficere haud ita magnus labor futurus esset. Interim vero hoc quoque domi curandum duxi, ut quicunque aut editi exstarent, aut manu descripti a me impetrari potuissent, aliarum in Europâ Bibliothecarum, MSS. Codices Orientales offerentium, Catalogi, hos ita attente perlegerem patienterque in usus meos converterem, ut jam cito aeque ac certo de quovis ad Arabum, Persarum et Turcarum, Litteras pertinente libro mihi apparere posset, an reverâ eum in Europâ inveniri ex ullo unquam Indice comperissem, et, si comperissem, ubinam servaretur, uno tantum in loco an in pluribus, unumne in singulis Bibliothecis an plura exempla. Quo duplici labore strenue persequendo id quidem profeci, tum ut plurimos nostrorum Codicum, praesertim Arabicos, ita jam cognitos habeam, ut ad accuratam eorum descriptionem nihil porro requiri videatur; tum vero etiam, ut uno nunc temporis momento certiorem me reddere possim, utrum MSS. opera, quae nos possidemus, hic solum adsint (nempe, quan-

deponeret. Quapropter hoc apographum ita institui jussit, ut et inter singulos articulos ampla spatia relinquerentur, et alternae paginae prorsus vacuae manerent. Post Hamakeri mortem hoc quoque thesauris nostris adjunxi, signavique N° 1374, Praeceptoris exemplum sic porro ipse secutus, ut ego etiam quae praecipue in edito Catalogo, a Reiskio hic fere expresso, reprehendenda et corrigenda vidissem, suo singula loco in hoc volumine annotarem.

tum haec res e Catalogis, quos adhuc conquisivi, mihi apparuit), an alia eorum exempla etiam alibi offerantur; utque ergo in novo Catalogo mihi facultas futura sit de singulis libris Lectori indicandi, ubinam praeterquam apud nos inveniantur, et quo igitur se vertere debeat, si aliorum exemplorum usu aut collatione ipsi opus sit. Quos quidem progressus etsi feci, longe tamen adhuc absum, ut ipsum illum novum Catalogum jam componere et edere queam: quam rem ut ad serius etiam tempus differam, tria potissimum baec me cogunt. Primum quod, cum necesse videatur in describendis Codicibus eum tenere ordinem, quo ipsi in pluteis collocati sint*, nec igitur liberum mihi sit, ab iis quos jam bene cognoverim exordium facere, et in reliquorum interim exploratione diligenter perseveranti, difficillimos maximeque incognitos extremae Catalogi parti reservare; quod ergo binc sequatur, mihi jam in ipso operis initio de talibus Codicibus dicendum fore, qui quid contineant

---

* Ex iis quae passim supra (vid. inprimis p. 301 in ann.) dixi, jam abunde Lectori apparuerit, cur in novo Catalogo non istum sequi ordinem visum sit, qui in edito Heymanniano, sed eum, qui in hujus ipsius viri et in Reiskii manuscriptis Indicibus institutus sit. Quem quidem ordinem servare, praeter reliqua hoc quoque suasit, quod et prius jam in aliorum e nostratibus, et nuper in Hamakeri praesertim operibus, Codices nostri MSS. haud raro sic simpliciter citati fuerint, ut solus numerus, quem ipsi in pluteis gerant, expressus sit: hunc igitur numerum si jam mutaremus, et in novo Catalogo huic, inter exteros etiam cognitae, seriei aliam substitueremus, magnae confusioni locum daturi at rationem nostram Eruditis parum probaturi esse nobis videremur. Ipse quoque Hamakerus, licet in *Specimine* suo, ordinem eorum numerorum non curans, de talibus tantum libris exposuerit, quos ante reliquos accuratius perscrutatus esset et tum jam satis usu cognovisset, in novo tamen quem pollicebatur Catalogo eandem, de quâ dixi, Codicum seriem se secuturum esse, certo declaravit: vid. Praefationis p. V et VI.

nunc ipse adhuc nesciam fere, aut nondum certe omni ex parte declarare possim. Nimirum in thesauris illis nostris multi libri se offerunt ab initio mutili, alii initio simul et fine destituti, alii unum tantum volumen majoris alicujus operis exhibentes: qui cujus *argumenti* sint, accuratius quidem consideranti statim apparet; quo vero *nomine* inscripti fuerint et a quibus *auctoribus* profecti, a nemine sine diuturnis studiis, nec eo sane quo ipse velit tempore, sed magnis saepe intervallis et per felices tantum casus deprehenditur. Praeterea sat multi quoque sunt inter Codices nostros, quibus in uno volumine complura minora opuscula sint conjuncta: unum habemus qui 46, alium qui 44, multos qui inter 20 et 30, plures etiam qui inter 10 et 20, diversas scriptiones, plerumque obscurissimas et laceratas, nec raro parvi aut nullius fere pretii, complectantur: de quibus tamen singulis non modo aliquid in novo Catalogo dicendum, sed tantum explicandum videtur, quantum de illis per iteratam contemplationem et severiorem indagationem cognosci potuerit, atque eruditi lectoris in hac disciplinae nostrae luce scire intersit. — Alterum quod me impedit, quominus nunc jam perficiendo operi manum admoveam, hoc est, quod egregium meritoque celebratissimum Hadji-Khalifae Lexicon, uti semper illud ad manus habeo, ita etiam in novo Catalogo fere ad singulos locos mihi citandum erit: cujus igitur cum exigua tantum pars adhuc a Flügelio sit edita, nunc quidem reliqua omnia, quae statim a lectore conferri vellem, ex nostris illius Lexici Codicibus mihi describenda essent: quae res non modo post paucos annos plane supervacanea evasura esset, verum etiam, cum longe absit, ut nostri illi Codices omni ex parte integri bonique sint, non

sine lectoris damno meoque fastidio a me facta esset: multi enim loci forent, quos ego minus bene, quam deinde in Flügelii editione (ex longe pluribus et inter hos etiam melioribus Codicibus paratâ) se habituri sint, in medio posuissem, nec pauci igitur, quos aut conjecturis emendare aut longiori disputatione illustrare et refutare debuissem, et quos tamen brevi viderem facillimos esse et veritati plane consentaneos, modo si a librariorum mendis essent liberi. Quapropter equidem multo praestare existimo, ut patienter exspectem, donec dudum inchoata sed lente procedens Hadji-Khalifae editio ad finem pervenerit. — Tertium, quod volo, ad reliquarum in Europâ Bibliothecarum Catalogos spectat: ex quibus cum alios, nuperrime acceptos, nondum in usus meos convertere potuerim, alios, perhumaniter mihi a Viris Doctis promissos, nondum acceperim, et cum tamen velim, novum Catalognm nostrum eam quoque utilitatem perfectissimum in modum afferre, ut singuli libri ubinam alibi inveniantur lectorem doceat, non possum quin compositionem ejus, aut certe editionem, in serius etiam tempus differam, et interea omnes Eruditos, et praecipue Bibliothecarum Praefectos, enixe precer, ut Indices MSS. Codicum Orientalium, sibi notorum suaeve curae commissorum, mihi benevole suppeditare dignentur: pro quo officio, a nonnullis mihi jam praestito, hîc gratias quam maximas ago.

Ex his igitur quae dixi intelligitur, ad minimum quatuor aut quinque annos adhuc elapsuros esse, antequam ad susceptum opus absolvendum omni ex parte mihi paratus instructusque videar: majus tamen temporis spatium, certe ad primum illud obstaculum e medio tollendum (quod solum in viciniâ meâ est positum, cum reliqua duo longe a me

remota sint), nunc quidem non amplius requiri existimo. Requireretur sane, si ego unus omnia quae adhuc facienda restant, subsecivis horis meis curare et absolvere deberem: quod plane secus esse Regis liberalitas voluit, qui nuperrime roganti mihi duos ad hunc laborem perficiendum adjutores concessit, Hoogvlietum et Meursingium, utrumque e nostrâ Scholâ profectos accuratissimâque Semiticarum Litterarum cognitione in primis se commendantes: quorum igitur auxilium ut in universâ hac re potentissimo mihi praesidio erit, ita hanc praesertim utilitatem afferet, quod, cum alteri eorum separatim injunctum sit, Turcicis quoque Litteris operam dare, alteri Persicis, jam aliquo interjecto spatio etiam illas difficillimas operis partes mihi levaturi sint, quae in Turcicis Persicisque Codicibus perscrutandis versentur.

Ne aegre ferat, quaeso, et reprehendat Lector, me adhuc non de his Commentariis, sed de alio quod dein edetur opere, hic locutum esse: partim enim hac uti opportunitate volui publice exponendi, quales progressus dudum ille inceptus labor novi Catalogi MSS. Codicum nostrorum Orientalium condendi jam fecerit, et partim quoque ea ipsa expositio hic pro necessariâ praefatione habenda est. Si enim ipsum Catalogum jam absolvissem et edere possem, hi Commentarii aut plane non a me conscripti essent, aut certe partem eorum, tum supervacaneam, omitterem; nunc, quia opus illud nondum perfectum est, et aliquantum adhuc temporis transibit antequam totum vulgari poterit, nemini, credo, mirum aut ingratum erit, mihi in mentem venisse, velut morae illius compensandae gratiâ hanc scriptionem praemittere, quâ quod de nostris Orientalium Codicum thesauris prae reliquis commemoratione dignum scituque necessarium

videretur, jam nunc lectori impertirem. Qualia cum triplicis sint generis, tum quinam libri ad thesauros illos accesserint post annum superioris saeculi 41 (quo *Supplementum* novissimi Catalogi prodiit); tum quae in illis exstent alicujus momenti opera, in edito Indice perperam descripta; tum denique, quod argumentum sit et quae utilitas optimorum quos hic possideamus Codicum: mihi propositum etiam est, hos Commentarios in tres partiri Libros, quorum in *primo* continuetur Catalogus editus, in *altero* gravissimi quos in hoc deprehenderim errores corrigantur, et in *tertio* ii Codices, qui ante caeteros animadversione digni videantur, accuratius describantur et ad publicam utilitatem convertantur. In singulis igitur *Orientalium* nostrorum voluminibus tripartitam illam divisionem secuturus sum, diversosque horum Commentariorum Libros tamdiu continuare cogito, quam sperare non nequeam lectoris id interfuturum, mihique materiei copia suppetat. Qui finis si videatur in primo et secundo Libro haud ita e conspectu remotus esse, nemo tamen non sentiet, quam vix aut omnino non in tertio illo possit attingi: cui quidem ut soli post novum Catalogum editum suum qualecunque pretium stabit, et etiam tum identidem accessiones adjungi sanequam proderit, ita longior multo quam unius hominis aetas ei absolvendo impar futura est. Licet enim non paucae Orientalium Codicum Bibliothecae nunc in Europâ exstent, Leidensi nostrâ locupletiores, haec tamen sine dubio librorum delectu et pretio inter primas eminet, et mirum quam largam utilissimae supellectilis copiam offert. Verum hoc ipsum est, quod quae hic et deinceps in medio positurus sum, abunde Lectori persuadebunt: quare jam statim institutum aggredior, initio facto a paucis Codicibus brevi

descriptione indicandis, quorum numeri eos, qui in edito Catalogo sunt ultimi, continuo excipiunt.

LIBER PRIMUS,

*Quo continuatur Catalogus editus.**

In edito Catalogo, praeter MSS. Codices Hebraeos, e reliquis Orientalibus 1204 descripti sunt: primus ibi offenditur

---

* Ad hunc Librum componendum duo mihi adjumenta praesto sunt. Quorum alterum est supplementum, Reiskii autographo Indici in duabus postremis paginis additum, et sic ab ipso inscriptum: *Libri qui post confectum Catalogum accesserunt.* In hoc igitur supplemento primum ipse Reiskius Codices 1204—1209, et postea Abrahamus Gronovius (ab anno 1741 ad 1774 Bibliothecae nostrae praefectus) Codices 1210—1221, qui soli post Reiskii discessum longo illo temporis spatio thesauris nostris adjuncti fuerunt, brevissimâ annotatione descripserunt. — Alterum adjumentum est Index, itidem manuscriptus, Codicum 1222—1302, qui omnes (paucissimis tantum exceptis) anno 1780 e privatâ bibliothecâ Joh. Jac. Schultensii auctionis jure in publicam nostram transierunt. Is autem Index simpliciter, ne uno quidem addito omissove verbo, descriptus est ex *Bibliothecae Schultensianae Catalogo*, anno, quem modo dixi, edito, in quo MSS. Codices Orientales, a praeclarissimo illo viro relicti, in paginis 601—605 brevissime parumque perspicue indicati sunt. Et paginae quidem illae *totae*, servatis numeris quibus bibliopola ibi Codices signaverat, in hoc apographo sunt expressae: unde factum, ut (cum neque *omnes* ii Schultensiani Bibliothecae nostrae coëmti sint, et qui sint emti, plane alium numerum acceperint, quam auctionis tempore gererent) non tantum multi in eo Indice offendantur, quos in thesauris nostris frustra quaereres, verum eos etiam, qui nunc reverâ in his serventur, tamen propter numerorum diversitatem non sine magno labore inventurus esses: quibus hoc quoque accedit, quod pauci illi libri (sex numero), qui aliâ quam hac opportunitate comparati, in pluteis tamen nostris (formae ratione habitâ) medii inter Schultensianos (per se tantum 75) collocati sunt, quod hi, inquam, penitus in isto Indice de-

in pag. 471, N° 1526 notatus, ultimus in Appendice, p. 491, N° 1985.[a] Alius etiam serius in Appendice, p. 497, nullo addito numero, sic descriptus est: روز نامـه شيـخ وفا* قران فال اجمق[b]* كتاب وسيلة النجات فى مولود النبى *Scheigh Wefa geminum Calendarium per tabb. Item ars sortilegium capiendi ex Corano. Item Poëmata in nativitatem et laudem Muhammedis. Turcicè. in quarto. Ex dono Henrici Dibbets, Ecclesiast. Lugd. Batav.* Et praeterea in *Supplemento Catalogi*, anno 1741 edito, pag. 529, unus MS. liber Orientalis hoc nomine indicatus est: *MSS. Lingua Syriaca in N. T. ex dono W. Senguerdi.* Ex his igitur priorem nunc in thesauris nostris se offerre exspectares N° 1205, posteriorem N° 1206 notatum; at, cum jam pridem, nescio quo infelici casu, interiisse videatur Codex ille 1204 (Catalogi N. 1985), hujus loco aut is qui tum Bibliothecae praeerat, aut primus fortasse Reiskius (in cujus manuscripto Catalogo nullum amplius exstat istius Codicis

---

siderentur. — De Codicibus, qui post 1302[um] recentissimo tempore Bibliothecae nostrae accesserunt, nulla unquam nota exstitit ante eam, quam a me ipso confectam nunc possideo.

[a] Per typothetae errorem in fine istius articuli non 1204, sed 120, scriptum est. Quod reverâ mendum esse, non tantum hinc jam patet, quod superius in eodem Catalogo plano alius liber (ibi 71[us]) numero 120 signatus esse legatur, verum inprimis inde quoque certum est, quod descriptio Codicis 1204, quae in autographo Heymanni Catalogo (T. VI. p. 2523) offertur, ad litteram cum iis conveniat, quae in edito do N. 1985 notata sunt. Caeterum ipse ille liber, ut mox dicemus, dudum interiit.

[b] Semel hic dixerim, inter typos Arabicos, quibus in hoc opere utimur, nondum adesse quatuor litteras illas, ad *Persica* et *Turcica* bene exprimenda necessarias, *Pi*, *Tschim*, *Schi* et *Gaf*; itaque, ubi hae collocandae fuissent, nos simplices tantum litteras, ب, ج, ز et ك, posuisse.

vestigium), 1204um esse voluit posteriorem de duobus illis, priorem vero 1205um: reliqui, qui deinde accesserunt, sequentibus ex ordine numeris notati fuerunt, ita ut, dum haec ego scribo, jam 1507 Orientales Codices (praeter Hebraeos) possideamus, quibus spes paene certa me tenet, intra paucos dies 60, et in his nonnullos sat magni momenti, adjunctum iri. Quo praescrtim tempore his splendidis accessionibus Bibliotheca nostra ornata fuerit, ex iis quae supra p 311 in annot. dixi, jam magnâ ex parte manifestum est: certe ex illis Lectori apparuit, inde ab anno quo Supplementum Catalogi fuit editum (1741) ad 1780 usque, numerum Codicum non nisi ad 1221 crevisse; tum autem, fere e solâ Joh. Jac. Schultensii privatâ bibliothecâ, tot coëmtos fuisse, ut numerus exsisteret 1302, qui tandem nostrâ aetate et quidem recentissimo tempore (fere ab anno inde 1820) diversis opportunitatibus tam insigniter, quam modo dixi, auctus fuit. Cum igitur incrementa illa thesaurorum nostrorum e tribus sint aetatibus, mihi etiam visum est, in hoc *Orientalium* volumine paucos tantum eos Codices breviter indicare, qui primi accesserunt; tum in altero volumine, si fieri poterit, omnes Schultensianos; atque in tertio et quarto reliquos illos, quos aut post Hamakeri mortem in illius domo repertos, aut post illud tempus coëmtos, ipse ad Bibliothecam transferendos curavi, suoque singulos numero insignitos in Indicem meâ manu scriptum redegi. Initium ergo faciam a N. 1204 et 1205, quorum quidem, ut dixi, jam alter in *Supplemento* Catalogi editi, alter in ipsius *Appendice* commemoratus est; at qui et parum perspicue ibi indicati sunt, et a quibus verbo describendis etiam Reiskii autographum illud sui Catalogi supplementum incipit.

N. 1204.

Sic a Reiskio, melius quam in edito Catalogo, descriptus est: *Quatuor Euangelia Syriaca. Donum Senguerdii.* Et reverâ hic Codex Syriacus, charactere Nestoriano exaratus, in chartâ gossypinâ manuque satis perspicuâ, quatuor Euangelia ab initio ad finem offert secundum Versionem, *Peschito* sive *Simplicem* dictam. Folia habet quadruplicata minora 214, quae Occidentalium more, hoc est, a dextrâ parte libri ad sinistram, numeris notata sunt. Chartarum margines multis in locis vetustate triti sunt, et atramentum passim obscuratum. Folii 50i versa pagina, continens Joh. III. 22 (a v. ܒܬܪܗܠܝܢ) usque ad 30 (ad v. ܠܡܪܒܐ), jam exstincto atramenti colore, non potest fere amplius legi, et folium sequens, Joh. III. 30 (a v. ܘܠܝ) usque ad IV. 11 (ad v. ܠܡܡܠܐ), penitus excidit. Recentior manus hanc jacturam supplere conata est, et *unum* hîc inseruit folium, quo partim tota illa pagina lectu difficillima, et partim aliquot cola folii deperditi offeruntur: hoc autem folium (numero 49 signatum), quod continet Joh. III. 22 (a v. ܒܬܪܗܠܝܢ) usque ad 35 (ad v. ܒܐܝܕܗ), jam ipsum quoque lacerum est, ita ut post medium nonnulla verba interierint. In fine libri, qui ligaturâ pergamenâ bene compactus est, annotatio legitur Wolpherdi Senguerdii, scripta Lugduni Batavorum d. 22° Januarii a. 1724, Hollando sermone, quâ docet, hunc Codicem sibi ex insulâ Taprobane (*Ceylon*) missum fuisse, et a se Bibliothecae publicae Leidensi donari. — Quantum equidem scio, hunc Codicem nostrum, non magis quam aut N. 1198 (Cat. editi N. 26), aut, de quo mox dicendum erit, N. 1212, quisquam adhuc contulit, qui in Syriacâ istâ Versione emendatius edendâ operam poneret.

N. 1205.

A Reiskio, brevius quam in edito Catalogo, his verbis descriptus est: *Scheich Wefa geminum Calendarium. Donum Dn. Dibbezii.*—Est autem liber non magni ambitûs, in chartâ gossypinâ scriptus, foliis quadruplicatis minoribus, bene compactus et corio rubro involutus. Continet diversa opuscula *Turcica*, non unâ manu exarata, sed omnia satis perspicue. *Primum* inscriptum est: هذا شرح روز نامه شيخ وفا, et valde convenit cum nostro 1259, 4 (de quo infra dicemus). *Alterum* est كتاب قَالِ قُرْآن, valde conveniens, sed non omni tamen ex parte, cum 1259, 1, et incipiens sicut hic: قران قال اجمك (1259 male كشى) آكَرْ بِرْ كِمْسَه (1259 recte كتاب جعفر صادق, فالِي آجْمَقْ) دِيلَسَهْ الخ.—*Tertium* est: كتاب جعفر صادق, fere omni ex parte conveniens cum 1259, 2, et hunc in modum incipiens: قوله تعالى وجعلت له مالا ممدودا الخ. — *Quartum* denique est poëma Turcicum, inscriptum: كتاب وَسِيلَةِ النَّجَات فى مَوْلُودِ النبىّ عليه الصلات, et sic incipiens:

اَللّه آدِنِ ذكْرَايدَه لُم آوَّلاَ
وَاجِبْ اُولْدُرْ جُمْلَه اِشْدَه هَرْ قُولاَ

Poëtae nomen non inveni.*

N. 1206.

Haec Reiskius: 1° *Lutfi Ibn-Abdilmoïn* زبدة الرسائل, *excerpta de attributis Dei negativis. Persice.* 2° *Liber etiam*

* Quod in edito Catalogo, itemque a Reiskio, de origine hujus libri notatum est, confirmatur his, quae in ipsius fine nunc scripta leguntur:

Librum hunc Bibliothecae Lugduno Batavae dono dedit Ds. Henricus Dibbetzius Ecclesiae Leydensis Verbi Divini praeco meritissimus.

Q. T.
ROYEN.

Qui haec scripsit (David van Royen), ab a. 1725 ad 1753 Curatorum Academiae nostrae Scriba fuit, annoque 1741, per illud tempus quod inter mortem

persicus جناح النجاح فى جنوح الجناح. — Est autem liber *Turcicus*, chartâ gossypinâ, foliis duplicatis minoribus, haud spissus, optime scriptus et compactus. Continet

1°. Excerptum e libro Turcico زبدة المسايل, auctore Lotfi-Paschâ (منقول من المجموعة المسماة بزبدة المسايل من مولفات لطفى بن عبد المعين وزير سلطان سليمان خان), de quo libro Hadji-Khalifa in Lexico suo mentionem injecit. Hoc excerptum triplex est: primum est inscriptum: حقّ تعالى حضرتلرينك صفات سلبيّة سيدر; secundum: فصل فى بيان صفاتى نبوّتيّه بونلردر; et tertium: الذبايح المحرّمة. Totum 5 paginis absolvitur.

2°. Librum Turcicum, inscriptum كتاب جناح النجاح فى جنوح الجناح, auctore محمود قدسى ابن الشيخ فخر الدين. Integer liber hic exhibetur. Incipit a verbis: طرايف ظرايف تحيّات ولطايف وظايف تحميدات طيّبات وطوايف لطايف تحميدات مطيّبات الخ. In fine hujus exempli legitur: تمت الكتاب بعون الله وحسن التوفيق على يد العبد الضعيف رمضان بن على لسنة ستّة وثمانين والف من هجرة من له العزّ والشرف. Conf. inprimis Hadji-Khalifa in جناح النجاح, qui *eundem* quidem librum spectavit, sed aliud initium (Arabicum) citavit; itemque *Catalogi Bibl. Dresd.*, a cl. Fleischero scripti, p. 3, ubi sine dubio hic ipse N° 19 indicatus est.

N. 1207.

Haec Reiskius: *Liber Arabicus de ritibus et legibus precandi.* Et est reverâ illius argumenti liber Arabicus, parvi tantum

---

Petri Burmanni et creationem novi Bibliothecarii (Abr. Gronovii) interjectum fuit, Bibliothecae quoque res diligentissime maximâque cum laude curavit. Is eo tempore omnibus libris dono datis, aut suâ manu donatoris nomen inscripsit, aut chartam hoc exhibentem agglutinari jussit.

ambitûs, in chartâ gossypinâ, foliis quadruplicatis minoribus, charactere نسخى, probabiliter scriptus, et bene compactus. Continet opusculum cui titulus est مُنْيَةُ المُصَلّى وغُنْيَةُ المُبْتَدِى, auctore سَدِيد الدين الكَاشْغَرِىّ. Hadji-Khalifa mentionem ejus fecit, multaque ejus exempla in diversis Bibliothecis Europaeis exstant.* Incipit his verbis: الحمد لله رب العالمين والعاقبة للمتّقين—أَعْلَمْ وفّقكم اللهُ وايّانا الخ. Quo tempore hoc nostrum exemplum scriptum sit, ex nullo indicio apparet. In fronte vero ejus offertur Reiskii annotatio, dicentis *se hunc librum Bibliothecae L. B. donare die 29 Junii a.* 1741.

N. 1208.

Haec Reiskius: *Liber Persicus de rebus gestis Alexandri Magni.* Constat autem Codex ille Persicus foliis octuplicatis majoribus, et in chartâ gossypinâ, charactere suspenso

* Ex. gr. in Bibliothecâ Regiâ Parisiensi (Catal. p. 130—132) N. 283, 293 1°, 306; in Bibl. Dresdensi (ex Fleischeri Catal.) N. 44 et 184, et in Bibl. Guelferbytanâ (ex Ebertii Catal.) N. 66. Celebratus inprimis est in hoc opusculum Commentarius Ibrahimi ibn-Mohammad al-Halabi, inscriptus غُنْيَةُ المُتَمَلِّى, cujus exempla offerunt inter alias Bibliotheca Gothana (ex Moelleri Cat.) N. 99, Bodlejana (ex Urii Cat.) N. 137, Dresdensis N. 185 et 225; et cujus epitomen, ab ipso auctore factam (مختصر شرح مُنْية المصلّى لابراهيم الحلبى), Turcae ediderunt Constantinopoli a. 1239 (Chr. 1824); qui etiam a. 1244 (Chr. 1828) ibidem in lucem miserunt librum حِلْيَة الناجِى وهو حاشِيَة على شرح منية المصلّى لابراهيم الحلبى. Utrumque Hammerus commemoravit in *Gesch. des Osman. Reiches* T. VII. p. 593, 595, N. 72, 90: qui tamen priorem illum librum male dixit esse *ipsum* غنية المتملّى. *Epitomen* ejus esse (cujus Hadji-Khalifa etiam mentionem fecit), certo scio per ipsum librum consideratum, cujus exemplum Bibliotheca nostra possidet. Posterioris operis (حِلْية الناجى) secunda jam editio CPoli prodiit a. 1250 (Chr. 1834): conf. Hammeri *Geschichte der Osmanischen Dichtkunst* T. IV. p. 599 N 110.

(تعليق), satis bene scriptus est, nec male compactus. Postrema ejus pars vermibus laesa est, et statim quoque apparet, finem operis in hoc volumine, quod non magni est ambitûs, desiderari. Nomen neque ipsius libri, neque auctoris, usquam expressum est, at certo tamen mihi constat, esse اسكندر نامه, compositum a Nidhamio (نظامی; conf. Hadji-Khal. ex edit. Flügel. T. I. p. 285 N. ٩٨٤, et Hammeri *Geschichte der schönen Redekünste Persiens* p. 105 seqq., praesertim p. 117—119). Nempe hoc ejus initium est:

خدایا جهان بادشاهی تُراست
زمَا خِدْمت آیَدْ خُدایی تُراست

quod quamvis non conveniat cum illo, quod Hadji-Khalifa libro اسكندر نامه Nidhamii tribuit, plane tamen idem est atque initium Codicis Bodlejani 118 (in Catal. Urii p. 293), qui ipsum hunc librum continere legitur. Accedit, quod noster Codex 1239 (de quo deinde dicendum erit) eodem plane modo incipiat, et huic quidem expressis verbis inscriptum sit (Occidentali manu) *Nadami Eskender Nameh.* Aliud quoque ejusdem exemplum, et eodem initio, possidemus in Cod. 1309, qui tamen etiam nullam inscriptionem offert, ex quâ aut libri aut auctoris nomen appareat. Editum esse hoc Nidhamii poëma Calcuttae a. 1812, partim ex Parburyi Catalogo (*A Catalogue of Books in Oriental Literature, and of miscellaneous Works connected with India, chiefly published or imported by Parbury, Allen & Co.* London, 1835. 8°; in quo p. 11 hic liber offertur: *Secander Nama of Nizami; with a Selection from the Works of the most celebrated Commentators, by Beder Ali and Mir Hosain Ali. royal* 4°. Calcutta, 1812) et partim etiam e titulo alius libri (*Expédition d'Alexandre le Grand contre les Russes; extrait*

de l'Alexandréide ou Iskender-Namé de Nizâmy, traduit en grande partie, d'après l'édition de Calcutta, par Louis Spitznagel ——; traduction entièrement refondue, et précédée de celle des biographies de Nizamy et de onze autres poètes persans, d'après Devlet Chah, Luthf-Aly-Bey, et le recueil des poètes, par F. B. Charmoy ——. Tom. I. S. Petersbourg, 1829. 8°) mihi notum quidem est, at nunquam tamen eam editionem hic vidi.—Ultimus versus, qui in hoc nostro exemplo reperitur, est بَیْکَدْ سِتَم آتِش بَیْکَدْ سِتَم آب, et custos (ut ajunt) paginae indicat, olim hunc excepisse versum incipientem a بنکی رسم. Qui locus cum in Cod. nostro 1309 *nondum medio* offendatur, hinc manifesto apparet, Codicem 1208 librum اسکندر نامه *nondum dimidium* nunc offerre. In fronte ejus exstat Reiskii annotatio, dicentis *se hunc librum donasse Bibliothecae Leidensi.*

N. 1209.

Haec Reiskius: *Carmina moralia Turcica.* — Est vero Codex *Persicus*, parvi ambitûs, foliis octuplicatis minoribus constans, in chartâ gossypinâ probabiliter scriptus, charactere medio inter نسخی et تعلیـق, et bene compactus. Opusculum offert poëticum, quod inscriptione pariter ac subscriptione caret, ita ut ex his quidem locis nec de nomine libri, nec de ejus auctore, nec de aetate hujus exempli, quidquam constet. Ipsum tamen consideranti, ex praefatione mihi apparuit, auctorem esse شاهِدِی مَوْلَوِی, ibi narrantem, se jam prius libellum conscripsisse, nomine مُفْرَدَاتِ مَثْنَوِی (*versus singulares libri* مثنوی), in quo ex Djalaloddini al-Balkhi (etiam *ar-Rumi* et *al-Kunawi* appellati) celebratissimo poëmate, مَـثْنَوِی dicto, 600 disticha,

ex sex ejus libris peculiari proposito excerpta, in medio posuisset; nunc autem se eadem illa disticha lectori hîc exhibere, singula quinis a se ipso compositis distincta: cui novo opusculo se jam titulum dare كُلْشَنِ تَوْحِيد, *rosarii professionis unius Dei.* Post praefationem illam, hoc disticho incipientem:

حَمْدِ لا يُحْصَى ثَنائى بى قِيَاس
بِى نِهَايَتْ شَتْ وبى حَدّ سِبَاس

et 102 constantem distichis, sequitur ديباجهٔ مُفْرَدَاتِ مَثْنَوى كه درآن تاريخ اختيار كَرْدَمْ كُفْتَه بُودَمْ, h. e. *Praefatio ad libellum* مفردات مثنوى, *quem isto (de quo supra dixi) tempore (e* مثنوى*) excerpsi: dixi tum sequentia.* Quâ igitur praefatione, 100 distichis comprehensâ, hîc etiam in medio positâ, tandem sequuntur deinceps مفردات جلد اول وثانى وثالث ورابع وبنجم وششم, ut videas, plane aequalem esse hujus opusculi atque ipsius مثنوى partitionem. In senis autem libris illis auctor centena disticha, e diversis ipsius poëmatis libris ex ordine excerpta tradidit, quingenis ejusdem metri (الرمل), a se ipso factis, distincta: ita ut 600 illa Djalaloddini disticha hîc 3000 aliis Schahidii stipata sint. In Codice *illa* rubro colore, *haec* atramento scripta sunt. — Hadji-Khalifa, etsi in v. مثنوى plus unum ex illo opere factum excerptum commemorat, de hoc tamen ibi, certe in nostro exemplo, non dixit; at in v. كلشن التوحيد haec offert: كلشن التوحيد منظوم لشاهدى المولوى خَمَّسَ فيه مائة بيت من ابيات المثنوى بآرتباط حسن فى سنة ٩٢٧: quo igitur loco, nisi in nostro Codice ante vocabulum مائة exciderit ست, male pro 600 distichis tantum de 100 dictum est. De مفردات مثنوى Hadji-Khal. nullam injecit mentionem. — Ipsius مثنوى multa exempla in Europaeis Bibli-

othecis exstant, atque in nostrâ quidem duo praeclara, N. 274 et 534 (Catal. N. 357 et 367); hujus vero Schahidii opusculi nullum aliud adhuc mihi innotuit [a]. In ultimâ Codicis paginâ annotatio Reiskii offertur, dicentis *se hunc librum donare Bibliothecae L. B.*, scripta d. 29 Junii anno 1741. — Caeterum in ipso etiam Catalogo Reiskiano ad tres de quibus postremum dixi libros (N. 1207—1209) conjunctim hoc adscripsit Royenus (conf. supra annot. in pag. 315): *Ex dono Jo. Jac. Reische.*

N. 1210.

Haec Gronovius: *Coranus elegantissimis characteribus conscriptus. Oct. Ex dono nobilissimi D. Antonii ab Heemskerk.* — Codex est, foliis octuplicatis minoribus constans, in chartâ gossypinâ, charactere نسخی, eleganter ornateque exaratus, optimeque compactus. Quo anno scriptus fuerit, ex nullo indicio apparet; integrum vero Koranum exhibet. — In fine ipsius libri idem Gronovius annotavit, *hunc Codicem Bibliothecae Leidensi donatum esse ab Ampl. Viro Conrado* (sic recte) *ab Heemskerk, dum apud aulam Ottomannicam nomine Foederati Belgii Ordinum legatione fungeretur.*

N. 1211.

Haec Gronovius: *Tractatus anonymi, complectens ritus et cerimonias religionis Muhammedanae.* — Est autem Codex Arabicus, non magni ambitûs, foliis octuplicatis minoribus 214 constans, in chartâ gossypinâ, charactere نسخی (ad

[a] Posteaquam haec scripseram, ad me perlatum est Annalium Vindobonensium (*Jahrbücher der Literatur*) Vol. 84, ex cujus appendicis (*Anzeige-Blatt*) p. 50 comperi, etiam Hammerum in privatâ suâ perquam magnificâ Codicum Orientalium bibliothecâ hujus opusculi exemplum possidere, ab ipso ibi paucis descriptum N. 345.

Persicam tamen manum vergente), satis bene scriptus, nec male compactus. Exhibet notissimum opusculum, cui titulus est مُلْتَقَى الأَبْحُر, auctore eodem illo, quem pag. 317 in annot. jam commemoravi, Ibrahimo ibn-Mohammad ibn-Ibrahim al-Halabi. Duo alia ejus exempla possidemus, inter Codices nostros N. 871 et 1081 (Catal. N. 668 et 684); et exstat etiam in Bibl. Goth. N. 173, in Bibl. Dresdensi N. 205 et 214, caeteris. Commentarium ad eundem, inscriptum مَجْمَع الأَنْهُر فى شرح مُلْتَقَى الأَبْحُر, cujus auctor est Abdorrahman ibn-Mohammad ibn-Solaiman, ediderunt Turcae Constantinopoli a. 1240 (Chr. 1825). — In primis et in paucis aliis hujus exempli paginis glossae Arabicae margini sunt additae, atque ipsi libro praemissus est Capitum elenchus. Exaratum est, ut ex subscriptione apparet, initio mensis Djomadae prioris anni Ar. 1076, ab Alio ibn-Omar. Ibidem vero ipse *auctor* libri mortuus esse legitur a. 955, die 20° mensis Rabii alterius[a].

N. 1212.

Haec Gronovius: *Novum Testamentum Syriacum, charactere Estrangelo sive Babylonico exaratum.* 2 *Tomi.* — Est vero hic Codex Syriacus, qui tomis duobus, foliis autem quadruplicatis constat, in chartâ gossypinâ, charactere *Nestoriano*, bene et perspicue scriptus, et ligaturâ ligneâ, involucro gossypino tectâ, compactus. Uterque tomus sat magni est ambitûs. Prior incipit his verbis: ܒܫܡ ܡܫܝܚܐ ܕܡܪܢ ܡܥܕܪܢܐ ܡܫܡܠܝܢܢ ܠܟܬܒܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܡܬܝ. ܡܪܢ، ܠܡܬܚܫܒܘ ܡܫܡܠܝܢ ܐܢܫ, et continet quatuor Euangelia in-

[a] Moellerus in Catalogo suo ad N. illum 173 (in pag. 42) annum dixit 977. Hadji-Khalifa, neque in ملتقى الابحر, neque in منية المصلى, annum mortis ejus notavit.

tegra ex Versione *Simplici* sive *Peschito*. Posterior incipit verbis: ܢܩܘܦ ܡܢ ܡܫܪܝܬܐ ܕܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܐܚܐ ܘܡܢܐ ܗܘܦܟܐ ܕܦܫܝܛܬܐ ܦܪܟܣܝܣ ܕܫܠܝܚܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܡܟܬܒܢܘܬܐ ܕܫܠܝܚܐ, et continet primum Acta Apostolorum; tum Epistolam Jacobi; tum priorem Petri; tum primam Johannis; tum Pauli ad Romanos, utramque ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippios, ad Colossios, utramque ad Thessalonicenses, utramque ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, denique ad Hebraeos. Integer est etiam hic tomus (quamquam non unâ ubique manu scriptus), offertque, ut prior, Versionem *Simplicem*. — Quis hunc librum donaverit, aut undenam huc venerit, nullo indicio constat. Nondum, quantum sciam, cum edito textu eum collatum esse, supra (ad N. 1204) jam dixi.

N. 1213—1215.

Sic descripsit Gronovius: *N.* 1213. *Duae Epistolae, quarum una lingua Malabarica, altera Syriaca est conscripta. N.* 1214. *Liturgia Ecclesiae Syriacae, charactere Estrangelo scripta. N.* 1215. *Codex Rabbinicus recentior, quo comprehenduntur* ספר ידעת האלהים, *Rudimenta Ebraica, et Theriaca Judaica, scripta a Salomone Levi.*—Ex quibus cum Rabbinicum illum Codicem, contra morem *hîc* collocatum, jam Manuscriptis *Hebraeis* adjunxerim (in quorum pluteo, *Warnerianis* subjunctus, nunc offertur N. 72), secutum est inde, ut ex *uno* N. 1213 *duos*, et ex N. 1214 facerem 1215[um]. Jam ergo N. 1213 unum offert e duobus illis voluminibus, quorum alterum Syriacis, alterum Malabaricis litteris, utrumque vero ab unâ tantum parte, conscriptum est. Syriacum, cui priorem nunc locum dedi, longum est unam ulnam Neerlandam et duas palmas, latum tres fere palmas: characterem offert *Nestorianum*, et manu est ex-

aratum valde perspicuâ. Inscriptum est: ܥܠ ܨܒܘ̈ܬܐ ܕܓܕܫ ܕܗܘ ܠܗܘܢ (pro ܘܡܫܬܥܝܢܘܬܗܘܢ, ut videtur) ܠܣܘܪ̈ܝܝܐ ܘܡܫܬܥܝܢܬܗܘܢ, *de rebus quae acciderunt Syris eorumque historiâ.* In posterum occasio erit accuratius de hoc volumine ejusque argumento exponendi. — Alterum, Malabaricum, jam N. 1214, aeque longum ac Syriacum est, et paullo tantum latius: quid eo contineatur, Lectori impertire nequeo. Video tantum, manum esse perspicuam et sine dubio facilem lectu iis qui ipsam linguam teneant. — Quem nunc feci N. 1215, est Codex Syriacus, mediocris ambitûs, foliis quadruplicatis minoribus constans, in chartâ gossypinâ haud unâ manu scriptus, charactere *Nestoriano*, posteriori in parte satis perspicuo, in priori non item. Spectat ad liturgiam Ecclesiae Syriacae, et accuratius considerari meretur.

N. 1216.

Haec Gronovius: ***Klinkletters**, **Medeklinkers en Lettergrepen van de Malabaarsche taal.** — **Korte en lange Klinkletters etc. van de Singaleese taal.** — **Ex dono praestantissimi Viri**, **Gerardi Rimersmae**, **JCti.*** — Sunt duo fasciculi foliorum quadruplicatorum, in chartâ Europaeâ ab Europaeo homine conscripti. Argumentum eorum (verbis ex ipsorum inscriptione sumtis) bene in Catalogo indicatum est; figuris autem ipsis litterarum et syllabarum Malabaricarum et Singalensium additae sunt primum litterae Italicae, quae singulis respondent, et deinde etiam nomina earum apud indigenas, Italicis tantum litteris expressa. Utriusque initio donatoris nomen Gronovius adscripsit, addito insuper: ***Kalendis Febr. MDCCXLVIII.***

N. 1217.

Haec Gronovius: *Coranus cum versione Persica interli-*

neari. 2 *Tomi.* *Ex dono Nobilissimi Viri........* — Sunt duo volumina, ex foliis duplicatis maximae formae composita, quae integrum Koranum exhibent. Scripta sunt splendidissimum in modum, magno charactere نسخى eoque perfectissimo, cujus singuli ductus pulcherrimâ arte picti sunt, omnibus vocalibus reliquisque signis additis. Uno ut verbo dicam, opus est quo nullum potest calligraphiae laude dignius esse. Interpretatio Persica inter versus ita adjecta est, ut Arabicus textus superiorem locum teneat. Etiam interpretatio illa eleganter scripta est, minusculis litteris Persico more suspensis. Charta est gossypina. Tomus prior desinit circa finem سورة الكهف (sive Capitis 18ⁱ), in verbis انما الهكم الة (col. 110); et posterior igitur incipit a v. واحلّ ثمن. Utrumque volumen ligaturâ rubrâ ex corio factâ, bene conservatâ et ornatâ, compactum est. De aetate scripti Codicis nihil relatum exstat. — A *quo* donatum sit hoc magnificentissimum Korani exemplum, nescimus: nec enim in Catalogo (ut Lector jam vidit) nomen viri est additum, nec etiam in chartâ, quae in ipso libro reperitur, manu ejusdem Gronovii scriptâ et haec offerente: *Hunc Codicem — dono dedit Vir Amplissimus, D.........* In calce istius chartae haec temporis nota exstat: *A. MDCCLXIV.*

N. 1218—1221.

Haec Gronovius: *Coranus manu Calligraphi exaratus. Ex dono Amplissimi Generosissimique Viri D. Cornelii de Witt, Domini in Saarsveld, Urbis Dordracenae Senatoris et Consulis, atque Academiae Lugduno-Bat. Curatoris, qui etiam Codicem* 1219, *et pannum sericeum n.* 1220, *atque num.* 1221 *saccum coriaceum cum syngraphis, Bibliothecae publicae dono dedit.* — Ex his qui solus adhuc servatur,

N. 1218, est reverâ Codex Arabicus, qui integrum Koranum exhibet. In chartâ gossypinâ, foliis octuplicatis minoribus, *Mauritanâ* [a] manu probabiliter (non tamen elegantissime) scriptus est, et bene compactus. Absolutus esse legitur die 16° mensis Scha'bani anni Ar. 1130. In *ipso* libro non annotatum est, unde in Bibliothecam nostram venerit.

Reliqua tria, quae extremo omnium loco, paucissimis illis quae attuli verbis, in Catalogi Reiskiani supplemento a Gronovio notata sunt, quaeque ibi leguntur ab eodem Wittio Bibliothecae nostrae donata esse, nunc quidem in pluteis non amplius exstant. Et vero jam prius alia manus conjunctim ad hos tres N^os in Catalogo adscripsit: *Desunt:* unde appareat, jam ante nostram aetatem eos pro amissis esse habitos. Ac de *Codice* quidem illo et *panno sericeo*, 1219 et 1220 signatis, quales tandem fuerint et quid continuerint, nihil unquam rescivi; *sacculum* vero istum *coriaceum cum syngraphis*, etiam dudum, ut videbatur, amissum, nuper e latebrâ productum recognovi, vidique lacerum ipsum situque obductum omnino nihil continere praeter chartulas per ludum factas aut magicas, Turcice scriptas, et plane indignas quae amplius servarentur. Quapropter jam pro tribus illis N^is 1219—1221, sequentes substitui Codices, quorum duo priores nuperrime, a privato quodam homine emti, thesauris nostris accesserunt, et tertius jam a Golii quidem inde aetate in his adfuit, at tamen nec in Catalogo anni

[a] Observavit olim Ol. Celsius in pag. 1 *Catalogi Centuriae librorum rarissimorum* (Upsaliae 1706), haud ita frequenter in Europaeis Bibliothecis offendi exempla Korani hac manu exarata, *quod inter omnes Muhammedanos diligentissime caveant Maroccani, ne ab exteris coëmantur eorum libri, et in alias terras exportentur.*

1716, nec in manuscriptis aut Heymanni aut Reiskii Indicibus, commemoratus est.

N. 1219.

Est Codex Arabicus, in chartâ gossypinâ scriptus, foliis octuplicatis minoribus, charactere نسخى, satis quidem distincto at non pulcbro, et bene compactus. Integrum exhibet Koranum. Ex subscriptione apparet, cum absolutum fuisse die 3° mensis Djomadae alterius anni Ar. 1067.

N. 1220.

Est Codex Arabicus parvi ambitûs, in chartâ gossypinâ scriptus, foliis duodecuplatis, charactere Mauritano grandiore et incomto, ac bene compactus. Continet libellum illum notissimum, cujus in omnibus fere Bibliothecis complura exempla servantur et in nostrâ etiam unum aliud (N. 1335) exstat, inscriptum كتاب دلائل الخَيْرات وشَوَارِق الأَنْوار فى الصلاة على النبىّ المُخْتار, et cujus auctor est الشيخ ابو عبد الله محمد بن سليمان بن ابى بكر الجَزُولىّ[a],

[a] Sic manifesto in hoc Codice nostro (in ipsius libri initio) scriptum est, eodemque etiam modo pronuntiarunt Nicollius, *Catal. B. Bodl.* p. 75 N. 46; p. 83 N. 58, 2; p. 86 N. 70; Fleischerus, *Catal. B. Dresd.* p. 43 N. 285, et Hammerus in *Jahrb. d. Liter.* B. 80 Anz. Bl. S. 43 (quo loco, sub N. 262, duo quae ipse possidet istius opusculi exempla descripsit, et argumentum ejus paucis exposuit). Herbelotus *Giozouli* pronuntiavit, itemque Urius, *Catal. B. Bodl.* p. 61 N. 119; p. 65 N. 141; p. 67 N. 153. Pro quâ scriptione hoc saltem afferri potest, quod, cum Grammaticus ille (ابو موسى عيسى بن عبد العزيز الجزولى), qui ab Herbeloto (in v. *Giozouli*) priore loco commemoratus, et cujus vita ab Ibn-Khallicane scripta est N. 524 (edit. Wüstenf. Fasc. V. p. ١٣٣), vulgo quidem simpliciter الجزولىّ appellaretur, quod hujus igitur nomen ibi ab Ibn-Khallicane disertis verbis dicatur الجُزُولىّ efferendum esse. Sic ille: والجزولىّ بضم الجيم والزاى وسكون الواو وبعدها

mortuus (secundum Hadji-Khalifam) anno 870. Initium ejus hoc est: الحمد لله الذى هدانا للإيمان والإسلام الخ. — Quo tempore hoc exemplum scriptum sit, nullo indicio est proditum.

N. 1221.

Hic Codex noster jam in Catalogo tertio (anni 1640), in quo Codices nondum numeris distincti fuerunt, in p. 183, inter *Libros MSS. Arabicos Golianos in Octavo*, his verbis commemoratus est: *Pars septima bibliothecae Arabicae, conscriptae ab Ibn Nadir, continens catalogum librorum Philosophicorum, Mathematicorum et Medicorum, qui primis CCCC annis Higrae ab Arabibus compositi fuerunt vel versi. Ejusque tractatus de solennibus Chaldaeorum ritibus, et variis Indorum religionibus.* In appendice, eidem Catalogo adjunctâ, in quâ propria librorum nomina Arabicis litteris addita ipsique numeris signati sunt, idem Codex offenditur in p. 16, N. 29 *librorum in Octavo*, ibique sic descriptus est: الجزء الثالث من كتاب الفهرست لابى الفرج. *Pars tertia Indicis seu bibliothecae Arabicae, conscriptae ab Abu Fergio; continens — religionibus.* In Catalogo quarto (anni 1674) itidem notatus est, in p. 309, N. 29 *librorum Golianorum in Octavo*, fere iisdem his verbis: الجزء الثالث من كتاب الفهرست. *Pars 3. Indicis —, conscriptae à Muh. F. Ishac Nedim, qui inclaruit nomine Abu Fergji F. Abi Jaacoub; continens — Chaldaeorum sive Sabaeorum ritibus, et variis Indorum religionibus; etiam regibus et urbibus praecipuis Sinensium.* In recentioribus nostrorum Codicum Catalogis hic liber plane desi-

---

لام هذه النسبة الى جُزُولة ويقال لها كُزُولة ايضا بالكاف وهى بطن من البربر*

deratur, et videtur ergo jam quo tempore Heymannus huc venit latuisse (pone reliquos, ut suspicor, Codices), nec a Reiskio quoque, horum ordinem restituente, conspectus esse: cui primo rursus in manum inciderit, et quo casu, mihi non notum est: ego certe jam inveni eum, in pluteis juxta N. 29 (Catal. N. 995 et 1693) collocatum, quo quidem loco eum posuerint, quoniam ipse etiam numerum 29, ex antiquiore illâ serie servatum, prae se ferret. — Est profecto liber insignis pretii, non externâ pulchritudine, sed ipsius argumenti utilitate, inter primos se commendans. Scriptus est in chartâ gossypinâ flavâ et vetustâ, foliis *quadruplicatis* minoribus, charactere نسخى, non eleganti, at plerumque satis perspicuo, quamquam haud paucis etiam in locis aut per vetustatem aut per punctulorum defectum obscuriori. Paginas complectitur (jam a Golio, ut videtur, numeratas) 425, et probabilem in modum compactus est. Exhibet de *tribus* voluminibus, quibus hoc exemplum praestantissimi operis constitit, *ultimum*, et integra ejus inscriptio sic se habet: الجزء الثالث من كتاب الفِهْرِسْت فى اخبار المصنِّفين من القُدَماء والمُحْدَثِين وأسماء ما صنَّفوا من الكتب فى سائر العلوم تاليف محمد بن اسحق النَّدِيم المعروف بابى الفرج ابن ابى يعقوب. Recentior autem manus Arabica in ipsâ illâ primâ Codicis paginâ nonnulla de libri auctore adjecit, e quibus apparet, eum hoc opus conscripsisse anno Ar. 377, mortuumque esse a. 385. Annotavit quoque Golius in oppositâ paginâ, duos in hoc volumine locos exstare, ex quibus aetas auctoris manifesta sit, nempe p. 390 vs. ult., ubi de a. 377, et p. 393 vs. 6, ubi de a. 356 loquatur. Hadji-Khalifa paucissimis tantum verbis de hoc praeclaro opere mentionem fecit in v. فهرس العلوم, et nomen auctoris ibi scripsit

ابو الفرج محمد بن اسحق النديم, annum vero mortis ejus (certe in nostro exemplo) omisit. — De argumento hujus *tertii* voluminis non fuse hic dicam, quoniam deinde aut totum (quod quidem longe praestaret) a nobis edetur, aut certe amplam de eo relationem tertio horum *Commentariorum* Libro inserturus sum. Nunc tantum diversorum, quae complectitur, operis Capitum (7^i, 8^i, 9^i et 10^i) horumque sectionum inscriptiones Lectori impertire visum est, ut sic et aliquam de magnâ ejus utilitate notionem accipiat, et simul intelligat, unde ista sumta sint, quae in tertio et quarto Catalogo de hoc Codice traduntur. Caput igitur *septimum* (p. 1—231) sic inscriptum est: المقالة السابعة من كتاب الفهرست وتحتوى على اخبار الفَلاسِفة والعلوم القَديمة والكتب المصنَّفة فى ذلك وهى ثلثةُ فنون الفنّ الاول (p. 1—98) فى اخبار الفلاسفةِ الطَّبِيعيّين والمَنْطِقيّين وأسْماء كتبهم ونُقُولها وشُروحها والموجودِ منها وما ذُكر ولم يُوجد وما وُجد ثم عُدم الفنّ الثانى (p. 98—167) يحتوى على اخبارِ اصحاب التَّعاليم المُهَنْدِسين والأَرِتْماطِيقيّين واصحاب الحِيَل والحَرَكات الفنّ الثالث (p. 167—231) يحتوى على اخبار المتطبّبين القُدَماء والمُحْدَثين واسماء ما صنّفوه من الكتب. Caput *octavum* (p. 231—276) his verbis: المقالة الثامنة من كتاب الفهرست فى اخبار العلماء واسماء ما صنّفوه من الكتب وهى ثلثةُ فنونٍ الفنّ الاول (p. 231—249) فى اخبار المُسامِرين والمُخَرِّفين واسماء الكتب المصنَّفة فى الأَسْمار والخُرافات الفنّ الثانى (p. 249—261) يحتوى على اخبار المُعَزِّمين والمُشَعْبِذين والسَّحَرة واصحاب السَّرْنَجات والحِيَل والطِّلَسْمات الفنّ الثالث (p. 261—276)ª.

ª Haec sectio generali inscriptione caret; varia autem complectitur, ut ex. gr. *nomina fabularum* (خُرافات), *quarum tituli tantum noti sunt; nomina*

Caput *nonum* (p. 276—397) sic: المقالة التاسعة من كتاب — من الكتب وهى فَنَّانِ الفنُّ الاول (p. 276—378) يحتوى على وصف مَذاهب الحَرْنَانِيّة الكَلْدَانِيّين المعروفين بالصّابَة ومَذاهب الثَّنَوِيَّة الفَنُّ الثانى (p. 378—397) يحتوى على مَذاهب الهِنْد والصِّين وشىء من اخبارهم. Denique Caput *decimum* (p. 397—425) his verbis: المقالة العاشرة من كتاب الفهرست وتحتوى على اخبار الكِيمِيَائِيّين والصَّنْعَوِيِّين من الفَلاسِفة القُدَماء والمُحْدَثين. Quo absoluto Capite, haec pauca subscriptionis loco in nostro Codice leguntur: تمّت المقالة العاشرة من كتاب الفهرست — وبتمامها تمّ الكتاب بأسْره والحمد لله الخ. Tempus igitur, quo hoc exemplum exaratum sit, non indicatum est; at externus ejus habitus manifesto aetatem satis remotam arguit: a perito etiam librario illud descriptum esse, nemo qui accuratius consideraverit, addubitabit. — In Bibliothecâ Regiâ Parisiensi *primum* volumen ejusdem operis servatur (vid. Catal. N. 874 in pag. 192), ex quo Codice locum de Ibno-l-Mokaffao edidit Sacyus in *Notices et Extraits* T. X. p. 265 seqq.[a] Hottingerus olim integri operis exemplum possedit, et complures ex eo locos descripsit tum in *Promtuario* suo, tum in *Historiâ*

---

narrationum ludicrarum, *quarum scriptores ignorantur*; ac nonnullis interjectis, *nomina librorum de re equestri et instrumentis bellicis*; tum *de animalibus avibusque ad venationem adhibitis*; tum *de moribus et admonitione ad virtutem*; tum *de somniorum interpretatione*; tum de aliis.

[a] Sacyus ibi nomen auctoris sic scripsit: *Abou'lfaradj Mohammed ben Ishak Alwarrak*, *plus connu sous le nom d' Abou-Yakoub Alnédim.* Lege vero pro *Abou-Yakoub* Ebn-Abi-Yakoub, ut non dubito in Parisiensi quoque Codice scriptum esse (conf. Catal. l. l.). Certe hoc unice verum esse, apparet etiam ex gr. ex initio decimi Capitis, quod in nostro exemplo (p. 397) sic offertur: قال محمد ابن اسحق النديم المعروف بابن ابى يعقوب الورّاق الخ*

Orientali (conf. hujus libri p. 249 seqq., p. 262, p. 263 seqq., caet.).

LIBER SECUNDUS,

Quo emendantur quae in edito Catalogo aut perperam aut minus accurate dicta fuerunt.

In hujus Libri initio etsi pro certo affirmare possum, nihil tale, quale mihi hic propositum sit, jam antea deditâ operâ ab aliis praestitum esse, nemini tamen e Lectoribus ignotum erit, tam Reiskium[a] superiore saeculo, quam nostrâ aetate Hamakerum[b] et alios, nonnullos Catalogi nostri errores jam passim in scriptis suis, oblatâ opportunitate, indicasse et correxisse. Locos igitur, quos hi attigerunt, ego aut silentio hic transibo, aut bene ab illis dicta ubinam legenda exstent Lectori monstrabo. Caeterum non omnia, quae in Catalogo aliquâ ex parte reprehendenda videantur,

---

[a] Reiskius huc pertinentia quaedam inprimis in *Prodidagmatibus* suis *ad Hagji Chalifae Tabulas*, p. 235—237, in medio posuit. Nonnihil etiam ad corrigendum Catalogum nostrum peti potest ex J. B. Köhleri *Nachrichten von einigen arabischen Schriftstellern*, insertis operis inscripti: *Repertorium für Biblische und Morgenl. Litteratur*, tomis 1° (p. 60-82), 2° (p. 25-66) et 3° (p. 261-284).

[b] Qui Hamakeri *Specimen Catalogi* legerunt, sciunt, in hoc praeter 21 illos libros, quorum argumentum de industriâ et fuse explicatum est, complures alios e Codicibus nostris passim in annotatione citatos esse, et in his etiam tales, quorum tituli et auctores melius quam in Catalogo edito factum esset, indicentur. Idem fecit Hamakerus in paucis locis annotationis suae ad *Librum de expugnatione Memphidis et Alexandriae*, atque etiam in meo *Specimine* p 16 seqq. et p. 101. Ipse ego ibidem, a p. 13 ad 19, de duobus Codicibus dixi, quorum descriptio haud ita bene se in Catalogo haberet.

mihi notare in animo est (qui labor sane longus esset taediique plenus), verum ea tantum, quae aut graviora menda sint, aut saltem ita se habeant, ut non a quoque, in litterariâ Arabum historiâ haud plane rudi, statim per se agnoscantur, solumque inspectis ipsis Codicibus certo modo corrigi queant; ac praeterea de iis quoque libris tacebo, qui non male quidem, verum *vagâ* tantum descriptione indicati, mihi quoque nondum constat, cujusnam aut tituli aut auctoris sint. Et primo quidem loco hic de eâ Catalogi parte dicere visum est, in quâ *grammatici et lexicographi argumenti libri* notati fuerunt: quae pars a p. 462 ad 471 pertinet, numerosque 1291–1525 complectitur.

Catalogi N. 1291—1293.

Quae tribus his numeris descriptae sunt diversae partes Codicis 235, earum *prima* (1291) continet illum *de syntaxi Arabicâ* libellum, quem Hadji-Khalifa commemoravit in v. مقدّمة ابن بابشاذ. Nimirum auctor ejus est Abu-l-Hasan Tahir ibn-Ahmad, vulgo dictus *Ibn-Babaschadh an-nahwi*, cujus vitam paucis explicuit Ibn-Khallican n. 307 (in edit. Wüstenf. Fasc. III. p. ١٣٥ seq.). Vixit quinto Arabum saeculo, mortuus a. 469. Hoc ejus de syntaxi compendium, in primis celebratum (unde etiam Ibn-Khallic. l. l., وله, inquit, المصنّفات المُفيدة منها كتاب المقدّمة المشهورة), sic incipit: النحوُ عِلْمٌ مستنبِطٌ بالقياس والاستقراء مَن كتاب الله الخ. — *Altera* pars (1293) notissimum illud de eâdem re opusculum offert, quod ab auctoris (*Ibn-Adjrumi*) appellatione vulgo *al-Adjrumija* dicitur. Proprium illius nomen, plene scriptum, sic sonat: ابو عبد الله محمد بن داود الصِّنْهاجيّ; cur autem ابن أَجْرُوم, sive ابن أَجَرام, appellaretur, inde, Hadji-Khalifâ teste, explicandum est, quod filius fuerit *mo-*

nachi, ac scilicet in Berberorum linguâ vocabulum اجروم idem quod فَقِير et صُوفِى significet [a]. Vixit, eodem referente (in v. المقدّمة الاجرومية), ab anno Ar. 682 ad 723. Hoc autem opusculum, cujus creberrima exstant exempla, jam a. 1592 Romae fuit editum, tum etiam a. 1610 Breslae a P. Kirstenio, tum a. 1617 hic Leidae ab Erpenio, tum rursus Romae a. 1631 a Thomâ Obicino, tum Amstelodami a. 1755 et 1756 a Chr. Schnabelo, tum a. 1824 Kahirae in Aegypto, ibidemque iterum a. 1826 cum copioso Commentario, ac denique a. 1833 Parisiis a L. Vaucellio. Initium ejus hoc est: الكلام هو اللفظ المركّب المُفيد بالوضع الخ. — *Tertia* pars (1292) nihil aliud offert, nisi duas tantum primas paginas ejusdem illius Ibn-Babaschadhi libelli, qui totus in initio hujus Codicis exstat.

N. 1294.

Liber hic descriptus, qui in Cod. 238 primum locum occupat, est Commentarius Khalidi ibn-Abdillah al-Azhari al-Misri ad opusculum, ligatâ oratione confectum et 107 (in paucis exemplis 108) distichis constans, *de arte singula Korani vocabula inter legendum bene distincteque pronuntiandi* (فى التّجْويد), cui igitur minus bene hic inter *grammatici argumenti* libros locus tributus est. Ipsius opusculi auctor est Schamsoddin Abu-l-khair Mohammad ibn-Mohammad al-Djazari as-Schafii, mortuus a. 833. Hunc certe annum notavit Hadji-Khalifa [b], qui in v. المقدمة فى التجويد de hoc poëmate

[a] Conf. hac de re inprimis Poseyi annotatio in *Cat. Bibl. Bodl.* P. II. p. 183 *i.*

[b] Non tantum in loco statim laud., sed etiam in v. الالفيّة فى النحو لابن مالك (edit. Flügel. T. I. p. 410), et in v. تاريخ الجزرى, quo posteriori loco praeterea retulit, eum chronicon illud perduxisse ad annum 798. Herbelotum

dixit, plurimosque ad illud scriptos Commentarios enumeravit: in his etiam ultimo loco الحواشى الازهرية لخالد بن عبد الله الازهرى. Qui titulus plane convenit cum nomine, quod hic, in praefatione, suo se libro dedisse Commentarii auctor narrat, nempe الحَوَاشِى الأَزْهَرِيَّة فى حَلِّ أَلْفاظ المقدّمة الجَزَرِيَّة. Ipsum poëma hoc incipit versu:

(الرجز) يقول راجى عَفْوِ رَبٍّ سامع
محمّدُ بنُ الجَزَرِىِّ الشافعىّ

Commentarius autem Azharii his verbis: الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب ووعد مَنْ تلاه وعمل به جزيل الثواب الخ[b]. — Alium libellum, ad ejusdem poëmatis explicationem compositum, possidemus in Codice 119, 3, qui etiam in Catalogo (N. 101 in p. 412) non omni ex parte bene descriptus, continet الدّقائق المُحْكَمة فى شرح المقدّمة: hujus auctor ab Hadji-Khalifâ (l. l.) esse dicitur القاضى زكرياء, hoc est, محبّ الدين ابو يحيى زكرياء بن محمد الانصارى السّنيكىّ

ergo, in v. *Gezeri* de hoc viro dicentem, eumque mortuum esse narrantem a. 733, jam recte Reiskius in *Additions à la Bibl. Orient.* reprebendit, pro hoc anno substituendum esse 833 monens. Eundem errorem, Herbelotum credo, sequentes, commiserunt Casirius in *Bibl. Escur.* T. I. p. 152 N. 518, 3°, Urius in *Cat. B. Bodl.* p. 251 N. 1214, et Puseyus in ejusdem Catalogi Partis 2ae p. 190 N. 232, 2°.

[a] Hinc ergo in edito Catalogo ridiculum illud *Ghalid Ben Abdalla Ezheraei Comment. in Grammat. Arab.* Ragit sumtum est. — Caeterum de ordine, quo auctor in hoc poëmate argumentum suum pertractaverit, conf. Puseyus l. l. p. 190.

[b] Hic Azharii Commentarius etiam exstat in Cod. Oxon., qui apud Puseyum (l. l. p. 191) est N. 232, 4°; et in hujus quidem subscriptione legitur ab auctore absolutus esse die 28° mensis رجب a. 867, quod tempus haud male convenit cum aetate, quâ ille vixisse et reliqua a se scripta opera edidisse aliis in locis traditur: vide Hadji-Khal. in v. الالفيّة لابن مالك (edit. Flügel. l. l. p. 412 vs. 9 et p. 413 vs. 10), itemque in v. المقدمة الاجرومية.

الشافعى, natus a. 826, mortuus a. 910[a]. In ipso autem illo Codice nostro auctoris nomen non additum legitur, nec etiam in exemplis, quae descripserunt Urius et Puseyus in *Cat. Bibl. Bodl.*, alter T. I. p. 251 N. 1214, alter T. II. p. 190 N. 232, 3° [b]; uterque tamen retulit, libellum illum absolutum esse die 17° mensis شوّال anni 883. Incipit his verbis: الحمد لله الذى افتتح بالحمد كتابَه وأجْزل لمن جوّده الخ*

N. 1295—1297.

E tribus his libellis, qui uno Codice 240 continentur, *primus* (1295) est opusculum *de inflexione verborum diversarumque ab his ductarum formarum* (فى التصريف), ab Ahmade ibn-Ali ibn-Mas'ud conscriptum, et, ut in praefatione dicitur, مِرَاحُ الأَرْوَاحِ appellatum. Commemoravit illud Hadji-Khal. in hoc titulo, multaque ejus exempla etiam alibi in Europâ exstant: nos unum praeter hoc possidemus in Cod. 950, 1 (Cat. N. 1330). Editum est Constantinopoli a. 1233 (Chr. 1818; conf. Hammeri *Gesch. des Osman. Reiches* T. VII. p. 591 N. 59, 1), et etiam Kahirae a. 1828 (conf. *Nouveau Journ. Asiat.* T. VIII. p. 334). Incipit his verbis: اعلم ان الصرف ام العلوم والنحو ابوها الخ. — *Alter* consimilis argumenti est opusculum, et quidem illud, quod vulgo aut تَصْرِيفُ الزَّنْجانىّ, aut العِزّىّ, appellatur: uti statim mihi apparuit, conferenti Codicem 246 (Cat. N. 1298),

---

[a] Vitam hujus viri descripsit Schihaboddin Ahmad ibn-Abdissalam in opere البدر الطالع من الضوء اللامع, Codicis nostri 518 p. 78—84, et Sojutius in libro أعيانُ الأعْيان وأبْناء الزمان, Cod. 416, 2 p. 76 seq. Conf. etiam Hadji-Khal. in v. انوار التنزيل et ادب القاضى (in Flüg. edit. T. I. p. 222 vs. 2 et p. 474 vs. 5), et Herbelot. in v. *Zakaria*.

[b] Conf. autem quae Puseyus in *Addendis et emendandis*, p. 527 seq. et p. 612, in medio posuit.

in quo ad eundem, qui hic est, libellum Commentarius offertur Alii ibn-Mohammad ibn-Abdillah al-Afzari [a]. Ipsum العزّىّ etiam exstat in Cod. 950, 2 (Cat. N. 1331). Commemoravit hoc opusculum Hadji-Khal. in v. العزى فى التصريف, auctoris nomen esse scribens الشيخ عزّ الدين ابو الفضائل عبد الوهّاب الزَّنْجانىّ المتوفى سنة ٦٥٥. Hujus quoque multa exempla in diversis Catalogis enotata sunt (vide unum a Puseyo descriptum l. l. p. 192 N. 233, 1°), estque editum Romae a. 1610 (latens sub titulo: كتاب التصريـف تاليف الشيخ الامام. *Liber Tasriphi. Compositio est Senis Alemami*), et Constantinopoli a. 1818 (conf. Hammeri l. l. N 59, 2)[b]. Prima ejus verba haec sunt: اعلم انّ التصريف فى اللغة التغيير وفى الصناعة الخ. — *Tertius* ejusdem rursus argumenti est, at in hoc quoque nec auctoris nec ipsius libelli nomen usquam est proditum. Aliunde tamen mihi constat, illud esse opusculum, quod Hadji-Khal. commemoravit in

[a] Codex ille 246 egregie scriptus est, et in initio ipsius Commentarii nomen auctoris, على بن محمد بن عبد الله الأَفْزَرى, perspicue, ut reliqua omnia, exaratum offertur. In fronte autem libri hoc legitur, ab ipso Codicis scribâ profectum: شرح تصريف الزنجانى اى العزّىّ للافزرىّ وهو متأَخِّرٌ عن الشيخ سعد الدين وهو احسنُ شروحه. Quae inscriptio eo magis animadvertenda est, quoniam de Afzarii in eum libellum Commentario Hadji-Khalifa nullam mentionem injecit: at primo omnium loco hic de Sa'doddini (h. e. سعد الـديـن مسعود بـن عـمـر القاضى التّـفْـتازانىّ, nati a. 712, mortui a. 792) Commentario dixit, absoluto a. 738: quo ergo hunc Afzarii recentiorem esse, ex librarii annotatione discimus. Incipit his verbis: الحمد لله الذى صرَّف الرياحَ وجعَل السَّحابَ مُسَخَّرًا لها الخ*

[b] Ibidem quoque, anno Ar. 1253 (Chr. 1838), Turcae ediderunt Commentarium ad hunc libellum, a Sa'doddino at-Taftazani compositum, de quo supra in antecedenti annotatione jam mentionem injeci. Conf. Hammeri *Gesch. der Osman. Dichtkunst*, T. IV. p. 603 N. 138.

v. المَقْصُود في التصريف, addens, de auctore ejus inter ipsos Arabes opinionis diversitatem esse. Offertur etiam (nomine tamen non magis quam hic adjecto) in Codice nostro 950, 3 (Cat. N. 1332), et una cum duobus illis, quae eodem hoc volumine contineri dixi, a Turcis est editum Constantinopoli a. 1818 (conf. Hammeri l. l. N. 59, 3)*. Argumentum ejus paucis delineavit Puseyus l. l. N. 233, 2°, ubi quod ejus initium esse legitur (vid. ibid. p. 433 N. 416, 3°), etiam in utroque nostro exemplo offertur: الحمد لله الوهّاب للمومنين سبيلَ الصواب — امّا بعدُ فانّ العربيّة وسيلة الى العلوم الشرعية الخ. — Caeterum his tribus libellis multa in margine hujus Codicis scholia sunt addita.

N. 1299—1301.

Etiam de his tribus conjunctim dicendum est, quoniam diversae partes sunt unius Codicis 248. *Primus* libellus sine dubio quidem male in Catalogo descriptus est, at, cum initio destitutus sit, nondum omnia quae vellem de eo comperi. Argumentum tamen ejus mihi facile innotuit, nec difficile quoque erit Lectori persuadere, certe *Grammaticam Arabicam* hic non offerri. Nempe in paginae, quae nunc prima est, versu 2° incipit المقالة الثانية, sic se habens: أَعْلَمْ أنّه قيل اصلُها مَهْمَا المركّبة مِن مَهْ وما الشَّرطيّة او ما الزائد (الزائدة l.) فقُلبت الهاء همزةً — ثم قُلبت الهمزة أَلِفًا — ثم قُلبت المكانَ فصار الالف في مكان الميم بالعَكْس ثم حُرِكَتْ لأَمْتناع الابتداء بالساكن الخ. Ex quibus jam liquet, hic de أمَّا agi, de cujus voculae usu et constructione itidem in sequentibus *Observationibus* (مقالات) ab auctore

* Iidem quoque anno 1837 duos ad hoc opusculum Commentarios Arabicos, روح الشروح et امعان الانظار inscriptos, uno volumine junctos ediderunt: vid. Hammeri *Gesch. d. Osman. Dichtk.*, T. IV. p. 602 N. 132.

actum est, quarum ultima (et quidem *undecima*, sic incipiens: المقالـة الحـادى عشر (sic) اَعْلَمْ اَنَّ ما بعدَ أَمَّا اذا كـا (l. كان) ظَرْفًا يجوز عَمَلُها فيه على ما قال سِيبَوَيْهِ الخ) exstat in pag. 14[a]: hujus autem, quae brevissima est, finem haec in pag. 15[a] excipiunt: هـذا الـكـلامُ كلامٌ فى أَمَّـا وفى الاسم الواقع بعدَها بَعْدُ فيـه مقالاتٌ ايضا. Quae igitur jam sequuntur Observationes, in his de voculâ بَعْدُ sermo est: sunt autem duae tantum numero, et a p. 15 ad 17 pertinent. Tum haec leguntur: هـذا البحثُ متعلّقٌ بِبَعْدُ لَمْ يُبْحَثْ* عن الحمد ففيه مقالات المقالـة الاولـى فى بيان معنى الحمد اَعْـلَـمْ الخ. Et exspectasses ergo, etiam hic post *primam* illam مقالة certe unam adhuc aliam secuturam fuisse; at post absolutum بيان مـعـنى الحمد, in pag. 18[a] ipse libellus desinit, nec quidquam nisi hoc ei subscriptum est: تـمـت بـعـون الله الملك الوهّاب تاريخ فى يـوم الجـمـعـة العاشر فى شهر الشعبان (sic) المعظم سنة خمس وثلثين وتسع مائة. — Ex his igitur, quae in medio posui, jam facile quisque effecerit, auctorem libelli hoc simpliciter sibi propositum habuisse, ut explicaret suetam illam formulam أَمَّا بَعْدُ, quâ notum est Arabes in initio librorum suorum uti, si ad ipsum argumentum transeunt: quod vero in fine minus quam promisisset praestitisse videatur, fortasse librario tantum imputandum est, qui, quum auctor ipse scripsisset: ففيه مـقالة المقـالـة فى بـيـان الخ,

---

* Haec verba, ut ipsae a me additae vocales (in Codice nullae offeruntur) jam indicant, in hunc sensum intelligo, ut voluerit: *Quae praecessit disquisitio spectat ad* بَعْدُ; *nondum autem de eo inquisitum est, quid illud* (Deum) laudare *significet*. Nimirum in superiore paginâ dixerat, formulam أَمَّـا بَـعْـدُ idem valere quod أَمَّا بَعْدَ زمانِ الفراغِ من حمد الله.

primum per errorem ex مقالة fecerit مقالات, et tum etiam post المقالة imprudenter الأولى addiderit. Temporis autem nota, in exitu opusculi adjecta, sine dubio eidem tribuenda est, cum duabus quoque reliquis hujus Codicis partibus, ab eodem exaratis, similis nota subjecta sit, alteri haec: تمت الكتاب بعون الملك الوهّاب تاريخ فى التاسع عشرين من شهر الشعبان المعظم سنة خمس ,ثلثين وتسع مائة; ac tertiae paullo longior haec: كتبه محمد بن عبد الرحمن — — يوم التاسع عشرين فى وقت الضُّحا فى شهر ذى القعدة سنة خمس وثلثين وتسعمائة. — Si vero quae de libelli argumento dixi, bene se habent, hinc etiam sequitur, ut ab initio ejus non multa in nostro Codice desint, sed fortasse unum tantum aut summum duo folia: quae tamen nunc desiderari doleo, quod in his fortasse aut ipsius opusculi aut auctoris nomen expressum fuerit. Certe, quod in Catalogo dicatur ab *Eliâ ibn-Omar* scriptum esse, id plane falsum videtur et temere ex primo Codicis folio sumtum esse, in quo alius quam ipse scriba litteris jam obscuratis haec posuit: كتاب النحو للفقير أَلِيَاس بـن عمر الصرّاف الاستاذ الحكيم. Quae ad *primum* libellum spectare non possunt, cum in hoc certe integra *syntaxis* non offeratur, sed pertinere videntur ad *totum* Codicem, et maxime quidem ad *tertiam* ejus partem, quae reliquarum longe est maxima; nomine autem illo, mihi saltem plane ignoto, non alium quam libri *possessorem* indicari credo. — *Altera* hujus Codicis pars (N. 1300) quatuor absolvitur paginis, et longe etiam abest, ut *Grammaticam Arabicam* contineat. Sic simpliciter incipit: قوله الكلمة لفظ وضع لمعنى مفرد وفيه اشكال الاول الخ; atque ex iis quae sequuntur apparet, anonymo ejus auctori propositum fuisse, ut dubia (الأَشْكَال),

quae moveri possent adversus definitionem: الكَلِمَةُ لَفْظٌ وُضِعَ لِمَعْنًى مُفْرَدٍ, h. e. الكلمة *est omne vocabulum quo simplex aliqua notio exprimitur*, in medio poneret ac refutaret. Sunt autem dubia ista numero decem. Ipsam vero definitionem illam apparet sumtam esse ex celebratissimâ Ibno-l-Hadjibi *de syntaxi* libro, الكَافِيَة inscripto, de quo infra ad N. 1325 dicemus: hic enim incipit ab ipsis illis: الكلمة لفظ الخ. Similis argumenti *una* pagina praemissa est Codici nostro 1230 (exhibenti Commentarium in الكافية, inscriptum الوافية فى شرح الكافية); et in Codice etiam Bodlejano, ab Urio p. 246 N. 1180 descripto, post anonymi Commentarium in eandem syntaxin, sequi legitur »*Libellus sex foliorum, complectens quaestiones et responsiones, ad* dictionis *definitionem pertinentes*." Unde tamen efficiendum videtur, in Bodlejano Codice scriptionem illam majoris etiam ambitûs esse quam in hoc nostro 248. — *Tertius* hic oblatus libellus cujus auctoris sit, non magis quam ii de quibus jam dixi, liquet. Commentarium tamen esse in notissimum *de syntaxi* opusculum, ab Abdolkahiro al-Djordjani confectum et vulgo العَوَامِلُ المِأَئَة appellatum, facile e primis quae hic explicantur verbis apparet. De illo ipso dicemus infra ad N. 1327; Commentarius autem, quem in hoc Codice possidemus, his incipit verbis: الحمد لله القوىّ الذى عجزتْ عن إدْراك كُنْهِه عقولُ العُقلاء الخ, et sine dubio igitur idem ille est, quem Hadji-Khalifa in fine capituli de العوامل المائة فى النحو للشيخ — الجرجانىّ significavit, haec seribens: وفى إعْرابه كتابٌ اولُه الحمد لله القوى — كنهه الخ. Auctoris igitur nomen etiam nescivisse videtur; recte vero dixit, hunc Commentarium unice in *analysi verborum* (non item in sensu eorum ex-

plicando) versari. Similem librum, at non eundem (ut initii diversitas ostendit), vide apud Puseyum l. l. p. 435 N. 418, 1°.

N. 1303.

Hic liber (Cod. 400) recte quidem dicitur Commentarius esse ad opusculum *de syntaxi Arabicâ*, inscriptum اللُّبَاب فى النحو et compositum ab الشيخ العلامة تاج الدين محمد بن محمد بن احمد بن السيف الاسفراينى المعروف بالفاضل; at nomen auctoris ejus obscurius in Catalogo indicatum est. Sciat vero Lector, esse eum Commentarium, de quo Hadji-Khal. (in v. اللباب فى النحو) tertio loco mentionem fecit, dicens: و(شرحُ) قطب الدين محمد بن مسعود الفالى توفى سنة .... وهو مجلد اوله الحمد لله الذى هدانا الى معرفة اعجاز القران الخ اتمّه فى ربيع الاول سنة ٧١٢ ذكر فيه الخ. Non tantum igitur hoc initium plane convenit cum initio hujus nostri Codicis, verum etiam in fine ejus haec subscriptio offertur, quae rem omni dubio eximit: ويقول العبدُ الضعيف محمد بنِ مسعود بن محمود بن ابى الفتح السيرافى الفالى – وقد اتّفق الفراغ من إمْلاء هذا الشرح – فى يوم الخميس الرابع عشر من ربيع الاول سنة اثنتى عشرة وسبعمائة فى مدينة سيراف الخ. Vides igitur, cum Hadji-Khalifa unum tantum nomen relativum الفَالِىّ (ductum a Persidis urbe فَال) auctori tribuerit, eum ipsum se praeterea السِّيرَافِىّ dixisse (سِيرَاف autem est etiam Persidis urbs[a]), et hoc solo nomine eum in Catalogo indicatum esse. — Caeterum ipsius اللباب فى النحو hoc est initium: احمدُ اللهَ على ما تَنَاسَقَتْ كُعُوبُ أَيَادِيهِ وتَلَاحَقَتْ بِهَوَادِى إِحْسانِهِ رَوَادِفُه وتَوَالِيهِ الخ*

---

[a] A quâ complures denominati fuerunt: vid. Ibn-Khall. n. 101 et 848, et Herbelot. in v. *Siref*.

N. 1308.

Libellus hic descriptus (Cod. 493, 2) auctoris est adhuc mihi ignoti, qui ipse in primâ paginâ dicit, se ei titulum dedisse كتاب الفَتَاوَى على مذهب الشافعى, *libri decisionum juridicarum secundum placita Schafiiji.* Et totum quoque opusculum huic inscriptioni congruit: unde evidens est, illud male in Catalogo hic inter libros argumenti *grammatici* collocatum esse, dicique continere *tractatulum de abbreviaturis.* Quae erronea descriptio inde orta videtur, quod auctor in initio ejus declarat, quibus litteris usurus sit ad alios libros, in eodem argumento versantes et identidem a se citandos, brevius indicandos. Initium illius hoc est: الحمد لله ربّ العالَمين — — امّا بعدُ فَسَيُجْمَعُ فى هذا الكتاب من مَسَائِلَ الملقطة (legendum videtur المُلْتَقِطَةُ) من الكتب الخ*

N. 1309, 1310.

Hi duo libri rursus in uno Codice 553 offeruntur: et *prior* quidem in Catalogo satis bene descriptus est: exhibet enim Commentarium Ibno-s-Saijidi al-Bataljusi (vid. Ibn-Khall. n. 354) in librum, ab Abu-l-Kasimo az-Zaddjadji (conf. item Ibn-Khall. n. 375) *de syntaxi* scriptum et الجُمَل فى النحو nuncupatum. Utrumque commemoravit Hadji-Khal. in v. الجمل الكبير فى النحو; nos autem alium quoque ad eundem hunc librum Commentarium possidemus in Cod. 406 (Cat. N. 1304), nempe compositum ab ابو الحسن على ابن محمد بن مومن بن عُصْفور الاشبيلىّ الحضرمىّ, cujus quidem Hadji-Khal. l. l. mentionem non fecit, at quem tamen virum et aliis in locis et etiam in proxime antecedenti capitulo (الجُمَل فى النحو للشيخ عبد القاهر الجرجانىّ) nominavit, addens eum mortuum esse anno 669. Ipsum

Zaddjadjii opusculum sic incipit: أَقْسَامُ الكلام ثلثةٌ اسمٌ وفعلٌ وحَرْفٌ جَاء لِمَعْنًى الخ; Commentarius autem Ibno-s-Saijidi al-Bataljusi his verbis: الحمد لله الذى لم يتّخذ وَلِيًّا ولا ظَهِيرًا وخلق كلّ شىء الخ; et denique alter ille his (sine ullâ praefatione): قوله اقسام الكلام مُضافٌ ومضافٌ اليه ولا يُعْلَم المُضاف من حيثُ هو مضافٌ حتى يُعْلم ما أُضيف اليه السخ. — In *posteriori* Codicis parte offeruntur *scholia* sive *notae marginales* (الحواشى), quas ipse Zamakhscharius (conf. Ibn-Khall. n. 721) scripserat ad explicationem nonnullorum locorum operis sui de *syntaxi*, nomine المُفَصَّل celebrati. Conf. Hadji-Khal. in hac voce, qui sine dubio hunc ipsum librum significat, ubi in initio istius capituli scribit: وله (الـزمخشـرى) فى بعض مـشـكـلات المُفَصَّل كتابٌ تَعْلِيقَة اخرُ. Ipsum المفصّل sic incipit: اللّهَ احمدُ على ان جعلنى من عُلمآء العربيّة الخ; haec autem *scholia* hunc in modum: قوله الله احمد بدأ بالاسم ولم يذكر الفعل ولو قال احمدُ اللهَ الخ*

N 1316.

Particula Codicis 644, quae hic descripta est, *initium* offert Commentarii ad librum notissimum *de syntaxi*, qui المصباح فى النحو nuncupatus, auctorem habet برهان الدين ناصر ابن ابى المكارم المُطَرِّزِىّ الخوارزمىّ, natum a. 538, mortuum a. 610. De hoc ipso infra videbimus ad N. 1326; Commentarius autem, cujus hic fragmentum offertur, ab auctore (adhuc mihi ignoto) inscriptus est الإفْصَاح عن المصباح فى النحو. أَنْوار المصباح. Hadji-Khalifa, in v. hoc quidem titulo insignitum Commentarium commemorat, cujus praeterea initium, ut ab ipso traditur (الحمد لله الذى جعل لكل مَساء صباحًا الخ), plane convenit cum

initio hujus nostri libelli; at auctoris nomen etiam ille (certe in nostro exemplo) non addidit.

N. 1322.

Parvns est libellus Persicus, in exitu Codicis 786 oblatus, quem anonymus auctor statim se inscripsisse dicit كُنُوز الرُّمُوز (*thesauros nutuum*). Titulus, qui in Catalogo reperitur, inde ortus est, quod in ipso initio, ubi nomen libelli proditur, haec praecedunt: الحمد لله على إفضاله — — وبَعْدُ اين رساله مُشْتَمِلَه اَسْت بر دَهْ فَصْل وخاتِمَه مُسَمّى شُدَه بكُنُوز الرُّمُوز الخ; quae igitur Heymannum male intellexisse apparet. Etiam pejus vero dixit, eum agere *de arte cryptice loquendi*, ex ipso tantum nomine, ut videtur, hoc efficiens, quoniam رُمُوز *aenigmata* quoque, sive *tectos dicendi scribendique modos*, significat. At inspicienti libellum primo jam obtutu apparet, plane aliud quid eum continere, nempe brevia praecepta (quae ergo auctor *nutus* dixit) *de vitâ bene et ad sanitatem felicitatemque accommodate instituendâ.* Et haec ita quidem ordinata sunt, ut in denis capitulis, quibus opusculum constat, ex Philosophorum effatis denae res indicentur, quae homini aut faciendae aut vitandae sint. Primum illorum hoc modo incipit: فصل اوّل حُكَمَا كُفْتَه اَنْد دَهْ چيز حفْظ را نِكَه دارَدْ; alterum sic: فصل ثانى حكما كفته اند ده چيز مُوجِبِ بَهْجَت وفَرَح اَسْت; tertium his verbis: فصـل ثالث حكما كفته اند ده چيز زُود پيرِى آوَرَدْ; caetera similiter. Quinque paginis absolvitur; quae autem in Catalogo commemorantur *poëmata et additae glossae*, nullo modo ad hunc libellum pertinent, sed ad finem hujus Codicis seorsum accesserunt. Apud Hadji-Khalifam mentio illius non facta est.

N. 1323.

Libellus, de quo hic dicitur, in Cod. 814 prope finem reperitur, et in fronte hanc inscriptionem gerit: شرح رباعيّة مشهورة بهزم الجيوش (*Commentarius ad libellum quatuor foliorum* *, *vulgo dictum* Profligationem exercituum). Ex primâ autem ipsius paginâ (in quâ legitur: كتبنا شرحا مسمّى بحزم الجيوش للكتاب المسمّى بهزم الجيوش) apparet, hunc Commentarium ab auctore nuncupatum esse حَزْمُ الجُيُوش, quod quidem proprie significare videtur *Constrictionem commotionis animi*, at cujus sensus, ut puto, hic est: *Quies et tranquillitas reddita animo commoto* (*difficultate illius libri*). Vides, de industriâ formas حَزْم et هَزْم, et infinitivum جُيُوش ac pluralem vocis جَيْش, inter se opposita esse. Ibidem porro, et in 2ª pag., legimus, hunc Commentarium scriptum esse a يوسف بن عبد الملك بن بخشيش, et ab hoc absolutum exeunte mense ذو الحجّة anni 852; nomen vero illius, qui ipsum libellum هزم الجيوش confecerit, hic nusquam proditur, quamquam ex verbis, quibus Commentarii auctor ad ipsam explicationem transiit: وقال المؤلّف سلّمه اللّه فى اول كتابه, itemque ex eo, quod in sequentibus, ubi verba textûs in medio ponuntur, his compluries قال aut قوله (in 3ª personâ) praemissum est, plane constare existimo, non eidem viro utramque scriptionem tribuendam esse. Quod tamen Hadji-Khalifa (in v. هزم الجيوش) commisisse videtur, quantum eâ de re judicare possum ex

* Non dubito, quin رُبَاعِيَّة hic ita ut feci vertendum sit: adjectiva enim forma رُبَاعِي de omni re *quatuor partibus constante* usurpatur, ut de vocabulo *quatuor litteris composito* et de carmine *quatuor hemistichiorum*. Hic ergo, subintellecto nomine رسالة, foeminina illa forma substantivo sensu est posita et *scriptionem* brevem, *quatuor* tantum *folia* aut *paginas complentem*, significat.

collatis inter se exemplis D'Ohssoniano nostroque Leidensi, quorum neutrum in eo loco integrum et illud quidem magis etiam quam hoc depravatum est. Ad argumentum vero libelli quod attinet, recte Hadji-Khal. dixit, eum agere فى معرفة الغالب والمغلوب, *de cognitione illius qui victurus est et qui vincetur:* docet enim auctor, quaenam sint indicia, ex quibus, si duo homines, exercituum duces, adversus se invicem pugnaturi sint, effici queat, ab utrius parte victoria statura sit. Ac primarium quidem indicium ille positum esse putat in *nominibus* virorum, hoc est, in litteris quibus eorum nomina constent et in harum potestate numerali. Unde, cum frequens hic de *litteris* fiat mentio, Heymannus in Catalogo perperam scripsit, agere libellum *de literis alphabeti Arabici*, et male etiam titulum ejus illum esse opinatus est, quem auctor titulum esse dicit opusculi a se explicati (هزم الجيوش). Hujus initium hoc est: الحمد لله القاهر القوىّ المقوّى لإحدى الفئتين الخ; Commentarius autem sic incipit: الحمد لله الذى امر بالقتال وأنزل الحديد الخ. — Caeterum consimilis argumenti scriptiones possidemus in Codicibus 710 (Cat. N. 1267), 749 (N. 1269) et 958 (N. 1279).

N. 1324.

In fronte hujus libri (Cod. 890) duplex annotatio exstat, utraque ab ipso scribâ profecta. Altera brevior, quae in summo folio offertur, haec est: ارشاد قاضى شهاب الدين رحمة الله عليه. Altera, in medio folio scripta, sic sonat: هذا متنٌ فى النحو متداوَلٌ فى أقطار بلاد الهِنْد تاليف العلّامة مولانا القاضى شهاب الدين الهندىّ شارح الكافيةِ الشَّرْحَ المشهورَ بالهِنْدِىّ شرحه العلّامة مولانا الخطيبُ ابو الفضل الكازرونىُّ صاحبُ الحاشيةِ المشهورةِ على البَيْضاوىّ

وشَرَحه ايضا عالِمُ هذا العَصْرِ[a] فى بلاد كُجَرَاتَ من بلاد المذكورة[b] مولانا وَجِيهُ الدين اطال الله بَقَاءه ويسّر لِقَاءه*
In harum igitur priori recte nomen libri indicatum est: continet enim: الإِرْشاد فى النحو, de quo vide Hadji-Khalifam (in edit. Flügel. T. I. p. 255 vs. 6). Incipit, ut ibi quoque dictum est, hoc modo: الحمد لله كما يُحِبُّ[c] ويَرْضَى والصلوة على رسوله محمد وآله كما يَجْرَى وبَعْدُ فيقول الولىّ الهادى شهاب بن الخ: sequitur hic nomen auctoris (شمس بن عمر الزَّاوُلِىّ[d] الدَّوْلَتْ ابادىّ), qui mox etiam ipse titulum, a se libro datum, in medio posuit. E posteriori annotatione duo praesertim discimus: alterum, hunc eundem Schihaboddinum al-Hindi etiam in Cafijam Ibno-l-Hadjibi Commentarium scripsisse (ab Hadji-Khal. commemoratum in v. الكافية); alterum, hoc ejus de syntaxi opusculum a duobus eruditis Commentario illustratum esse, ex quibus qui priore loco hic nominatur, solus apud Hadji-Khalifam (in v. الارشاد) occurrit[e]. — Jam si Catalogum contuleris,

[a] Ut appareat, quam dicat librarius *suam* aetatem, teneat Lector, Codicis subscriptionem hanc esse: قد تمّتْ هذه النسخة الشريفة المَيْمُونة المسمّاة بالارشاد فى يوم الجمعة من شهر شعبان المعظم سنة ثمان وثمانين وتسعمائة *

[b] المذكورة hic sine dubio ad nomen antecedens الهِنْد referendum est: كُجَرَات enim illam Indiae regionem, quae a nobis etiam *Guzarata* dicitur, significat.

[c] In Flügelii edit. l. l. male legitur يجب. Tam nostrum Hadji-Khalifae exemplum, quam initium ipsius libri, recte offerunt يحب, et in hoc supra litteram ب geminationis quoque signum scriptum est.

[d] زَاوُل sive زَاوِل nomen est regionis Persicae.

[e] Quae in eâdem illâ annotatione commemorata sunt istius Abu-l-Fadhli al-Cazruni *scholia in Baidhawium*, de his etiam Hadji-Khal. mentionem fecit in v. انوار التنزيل واسرار التاويل (edit. T. I. p. 474 vs. 9), ibi addens, Cazrunium illum mortuum esse a 940.

videbis, descriptionem hujus libri, ibi oblatam, totam e primo Codicis folio sumtam esse; simul vero teneas, mentionem ibi factam de Cazrunii Commentario veritati plane repugnare. Nullus enim Commentarius hîc isti syntaxi adjectus est: tantum adscripta sunt textui (nunc inter versus, nunc in margine) haud pauca scholia, jam ab eodem librario minusculis litteris exarata: quae igitur Heymannus imprudenter pro illo Commentario habuit, quem priori loco in Codicis fronte commemoratum vidit.

N. 1325—1327.

Hi tres *de syntaxi* libelli, conjunctim in Cod. 924 oblati, nullam hîc inscriptionem habent, ex quâ de ipsorum aut de auctorum nominibus constaret. *Primus* continet الكافية لابن الحاجب, uti ex initio ejus, supra jam a me descripto (p. 341 vs. 5, coll. p. 340 vs. 25 seqq.), apparet. Quanta inter Arabes hujus syntaxeos fama quantusque usus fuerit, ingens ad eum scriptorum Commentariorum, qui ab Hadji-Khalifâ (in v. الكافية) commemorati sunt, numerus probat. Multa ejus exempla in omnibus fere Europaeis Bibliothecis exstant: e nostris Codicibus eam offerunt quoque N. 948, 1 (Cat. N. 1328) et N. 1304; itemque, cum adjuncto Commentario, N. 1022 (Cat. N. 1341) et N. 1230. Edita est Romae anno 1592, Calcuttae a. 1803 ab J. Baillieo (in tertio Vol. operis inscripti: *An entire and correct edition of the five Books upon Arabic Grammar*), et Constantinopoli anno Ar. 1234 (Chr. 1819: conf. Hammeri *Gesch. des Osm. R.* T. VII. p. 591 N. 60, 1). In eâdem hac urbe a. Ar. 1200 (Chr. 1785) etiam prodiit إِعْرَابُ الكافِيَة, hoc est, *analysis Cafijae*, qui liber Arabice scriptus est a زَيْنِى زاده, Turcâ, ipsoque teste absolutus a. 1168 (Chr. 1754: conf. Hammeri l. l. p. 586 N. 21).

Porro ibidem a. 1235 (Chr. 1820) ediderunt Turcae الفَوَائِد الضِّيَائِيَّة, sive Commentarium in Cafijam, ab Abdorrahmane al-Djami (الجامى), mortuo a. 898 (Chr. 1492), in gratiam filii sui, Dhijaoddini Jusofi, scriptum *. Ac denique iidem jam a. 1226 (Chr. 1811) in lucem miserunt كتاب المحرم فى حاشية الجامى, nuperque etiam (anno 1253, Chr. 1837) حاشية عبد الغفور, quorum uterque copiosas offert glossas, alter anonymi auctoris, alter Abdolgafuri al-Lari, ad illustrationem illius a Djamio scripti Commentarii (vid. Hammeri l. l. p. 590 N. 53, et *Geschichte d. Osman. Dichtk.* T. IV. p. 602 N. 134). Ipsi Kafijae auctori, vulgo ابن الحاجب dicto, propriùm nomen est ***Djamaloddin Abu-Amr Othman ibn-Omar al-Malici***, et mortuus est a. 646 (conf. Ibn-Khallic. n. 424). — ***Alter*** hic oblatus libellus est المِصْبَاح للمُطَرِّزِى, de quo Hadji-Khal. in v. المصباح فى النحو mentionem fecit: incipit his verbis: أمّا بَعْدَ حَمْدِ الله ذى الانعام جاعلِ النحوِ فى الكلام كالملح فى الطعام الخ; atque in fine praefationis ipse auctor nomen libri sui indicat, dicens:

* Hujus libri editionem reverâ locum habuisse, Hammerus quidem l. l. (p. 590 in ann. a) negare videtur, ea revocans, quae ipse scripserat in *Catalogo Bibl. Vindobon.* p. 67 N. 607; at exemplum ejus possidet Bibliotheca Academiae nostrae, et recte igitur idem Hammerus id quod prius dixerat nuper rursus confirmavit, in calce 4^{i} Voluminis operis sui *Gesch. der Osmanischen Dichtkunst*, p. 598. Nunquam tamen exemplum istius editionis ipse inspexisse videtur, cum non retulerit, ipsum Djamii Commentarium anno demum 1820 prodiisse, cum liber, de quo mox priore loco dicturus sum, jam a. 1811 vulgatus esset. Djamii Commentarium Calcuttae quoque in lucem missum esse, apparuit mihi ex *Catalogue de la Librairie Orientale de Mme Ve Dondey-Dupré*, 1e *Partie. Arabe* (Paris, 1834), in quo, p. 9 N. 105, hic liber offertur: El Fèvaïd eddiaïe (*les avantages brillans*). *Ouvrage de grammaire arabe* (*en arabe*). Calcutta, *sans date*, *gr. in-8°*.

وتَرْجَمْتُهُ بكتاب المصباح الخ *. Hujus quoque syntaxeos non rara sunt in Europaeis Bibliothecis exempla, nostraque unum praeter hoc possidet in Cod. 948, 2 (Cat. N. 1328). Edita est Calcuttae a. 1802 a Baillieo in 1° Vol. operis modo laudati; et partem inde excerptam tradidit Sacyus in *Anthol. Gramm. Ar.* p. ٩٣ seqq. Idem de auctoris quoque nomine et aetate (vid. supra p. 344 vs. 11 a f., et Ibn-Khall. n. 768) dixit in alterâ illius operis parte, p. 233. — *Tertius* libellus est reverâ celebrata illa Abu-Bacri Abdolkahiri al-Djordjani syntaxis, quae vulgo العوامل المائة, sive etiam كتاب مائة عامل, dicitur. Auctor mortuus est a. 471, et hoc opusculum ejus in plerisque exemplis sic incipit: الحمد لله رب العالمين — وبَعْدُ فان العوامل في النحو على ما ألّفه الشيخ الامام عبد القاهر بن عبد الرحمن الجرجاني مائةُ عاملٍ الخ. Crebro in Bibliothecis offenditur, et apud nos, praeterquam in hoc Codice, exstat in Cod. 948, 3 (Cat. N. 1328), et cum anonymi Commentario in Cod. 248, 3 (vid. supra ad N. 1301 in p. 341); olim vero etiam in Cod. 642, 2 (Cat. N. 1314), qui cum paucis aliis in miserrimâ illâ clade, quae urbi nostrae anno 1807 accidit, interiit. Editum est hic Leidae ab

* Haec igitur non bene intelligens, Heymannus illud scripsit, quod in edito Catalogo offertur. Quod in eodem vero nomen auctoris esse dicitur *Abu-Bacr Abdolkahir ibn-Abdirrahman al-Djordjani* (sic enim certe legendum est pro *Abu-Bacr Abdolkasim al-Djordjani*), is error inde est ortus, quoniam al-Motarrizi in initio hujus libelli de illo viro, tanquam de auctore diversorum opusculorum, in consimili argumento versantium (in his notissimi illius العوامل المائة), mentionem fecit (locum ex parte descriptum vide apud Puseyum, *Cat. Bibl. Bodl.* p. 185 N. 221, 2°). Nec mirum igitur est, eundem errorem etiam ab aliis, certe Heymanno non indoctioribus, commissum esse, ut e Casirio, *Bibl. Ar. Hisp.* T. I. p. 40 N. 175, et ab Urio, *Cat. B. Bodl.* p. 240 N. 1176, 2° et N. 1179, 2°. Hic tamen in p. 241 N. 1143, 2 auctoris nomen bene scripserat.

Erpenio a. 1617, Calcuttae a. 1802 a Baillieo, in ipso initio operis supra laudati, una cum Commentario qui quem auctorem habeat non additum est; ac denique iterum Calcuttae a. 1814 ab A. Locketto, in libro inscripto: ***Miut Amil, and schurhoo Miut Amil: Two Elementary Treatises on Arabic Syntax, with a Translation and Annotations.***

N. 1328.

Tres libelli, qui Codice 948 continentur, recte quidem hic dicuntur iidem plane esse, atque ii qui proxime antecesserant (N. 1325—1327); male autem uni Djordjanio tribuuntur. Sunt, ut supra jam dixi, 1us الكافية لابن الحاجب; 2us العوامل المائة للجرجانى; 3us المصباح للمطرّزى. Singulis vero in hoc exemplo paucae glossae inter versus et passim in margine sunt additae.

N. 1330—1332.

E diversis libellis, in Codice 950 oblatis, qui omnes *de inflexione verborum et formarum ab his ductarum* (فى التصريف) agunt, *primus* (ut ipsius initium docet et in Catalogo N. 1330 recte dictum est) auctorem habet Ahmadem ibn-Ali ibn-Mas'ud. Nimirum idem plane est atque is, de quo supra ad N. 1295 dixi; et ipsum quoque nomen ejus, مِرَاحُ الأَرْوَاح, hic non minus quam ibi in praefatione indicatum est. — *Alter* (N. 1331) idem est libellus, qui etiam in Cod. 240 (Cat. N. 1296) secundo loco exstat, nempe تصريف الزَّنْجَانِيّ sive العِزّى. Apparuit hoc (ut supra in p. 336 extr. dixi) aliunde, cum hic quoque nec ipsius opusculi nec auctoris nomen sit proditum. — De *tertio* (N. 1332) plane idem dicendum: quem tamen, vel solo collato initio, evidens est haud alium esse, quam qui in Cod. 240, 3 (Cat. N. 1297) offeratur, nempe المقصود فى التصريف. — Praeter

hos tres libellos hic etiam *quartus* reperitur, in eodem argumento versans, et, ut duo qui proxime antecedunt, nullum tituli sui auctorisve indicium prodens. Cum tamen sic incipiat: أَعْلَمْ ان ابواب التصريف خمسة وثلاثون بابا ستّة منها للثلاثيّ المجرّد الخ, et prorsus idem initium sit illius libelli, qui a. 1233 (Chr. 1818) a Turcis Constantinopoli est editus, *quarto* loco positus in volumine, quod primum offert مراح الارواح, tum العزى, tum المقصود (vid. Hammeri *Gesch. des Osm. R.* T. VII. p. 591 N. 59): hinc jam certum est, et constat porro per ipsos inter se collatos, utrumque eundem esse, et quidem eum, qui dici soleat بِنَاء الأَفْعَال atque ab Hadji-Khalifâ hoc nomine commemoratus sit. Cui auctori sit tribuendus, ignotum videtur [a]. — Post quartum hunc libellum in fine Codicis sequuntur tabulae illae conjugationis verbi Arabici, de quibus etiam in Catalogo (N. 1332) mentio facta est: pro exemplo in iis verbum نصر positum est, incipiuntque hunc in modum: نَصَرَ يَنْصُرُ نَصْرًا فهو نَاصِرٌ الخ. Hae conjugationis tabulae (vulgo الأَمْثِلَة المُخْتَلِفَة dictae) itidem *quinto* loco in volumine isto, a Turcis a. 1233 edito, offeruntur; omniaque, quae noster hic Codex continet, opuscula (solo *primo* excepto) eodem ordine etiam exstant in Bodlejano illo, quem Nicollius descripsit l. l. p. 192 N. 233 [b]. — Caeterum ad *primum* et *secundum* libellum multa scholia Arabica in margine hujus exempli (nonnulla quoque inter versus) adjecta sunt: et verbi quidem formae, in tabulis conjugationis oblatae, singulae accuratâ analysi praeter-

---

[a] Commentarium, ad hunc libellum scriptum, ediderunt Turcae CPoli a. 1250 (Chr. 1835). Conf. Hammeri *Gesch. der Osman. Dichtk.* T. IV. p. 600 N. 116.

[b] De iisdem quoque conferri potest Hammerus in *Catal. Codicum Bibl. Vindobon* p. 5.

eaque interpretatione Turcicâ explicatae sunt, ita plane, quemadmodum in editione CPolitanâ, de quâ dixi, hoc factum est[a].

N. 1341.

Codicis hic descripti (N. 1022) primum folium (jam ex parte per vetustatem tritum et obscuratum, ac propterea recentiori tempore reparatum et suppletum) haec offert ad libri argumentum ejusque auctorem spectantia: كتاب شرح الكافية المنسوب الى الامام المحقق افضل المتأخرين جمال الدين المعروف بابن الحاجب الدمشقي تغمّده الله بالرحمة والرضوان [b]للبها الغجدواني; sub quibus longe recentior manus haec etiam adjecit: لسراج الدين البهآء. At priora quoque illa, ut nunc se offerunt, non omnia ab ipso Codicis scribâ profecta sunt: nam verba quidem شرح الكافية المنسوب الى الامام et vocabulum والرضوان postea restituta esse, consideranti facile apparet; nec minus est evidens, ultima ista, للبها الغجدواني, plane nova esse, et nihil eorum loco olim stetisse. Jam Catalogi auctor, haec attendens, vocabulum المنسوب (pro quo ipse librarius sine dubio المنسوبة scripserat) ad antecedens nomen شرح, non ad proximum الكافية, retulit, et porro, cum pleraque lectu difficiliora sint, per errorem ex الحاجب fecit الجاهد, sequentia plane non curans. Scripsit igitur, hoc Codice contineri *Comment. ad Grammaticam Arab. Cafiam dictam, authoris Ibn Giahid Damasceni.* — Ipsius libri initium nihil lucis affert, cum solenni praefatione carens, statim in mediam rem lectorem adducat:

---

[a] Ad easdem tabulas amplum quoque Commentarium Arabicum ediderunt Turcae CPoli a. 1251 (Chr. 1836), cui hanc dederunt Turcicam inscriptionem: امثله شرحى. Conf. Hammeri *Gesch. d. Osman. Dichtk.* I. I. N. 123.

[b] Hoc nomen relativum ducitur a غُجْدُوَان, quod nomen oppidi est in agro Bokharensi.

sic incipit: الحمد لله رب العالمين وصلى الله على محمد وآله اجمعين الكلمة لفظ وضع لمعنى مفرد قوله لَفْظٌ يَشْمل الكلمة وغيرَها الخ. Hinc ergo (adhibitis quae supra dixi, p. 340 vs. 28 seqq.) hoc solum constat, hic reverâ Commentarium offendi in Cafijam Ibno-l-Hadjibi. Verum insignis momenti est conferre Codicis subscriptionem, sic se habentem: اتّفق الفراغ من تحرير هذا الكتاب بتَيْسير ربّ الارباب للعبد الفقير الى الله الغنيّ محمد بن ابى الحسن المدعوّ ببها فى العَشْر الاول من ذى الحجة سنة سبع وثمانين وستمائة فى قصبة مُجْدُوَانَ حماها الله عن الآذات. Cujus subscriptionis praesertim posteriora verba animadvertenda sunt, in quibus hoc exemplum (id enim هذا الكتاب h. l. significat) jam anno 687 absolutum esse legitur: nam collato Hadji-Khalifâ in v. الكافية, videbis, eum qui *primus* post ipsum auctorem syntaxin illam commentario illustraverit, hoc suum opus anno 686 ad finem perduxisse. Sic ille: أَعْظَمُها (شروحِ الكافِيَةِ h. e.) شرحُ الشيخ رضى الدين محمد بن الحسن الإسْتِراباذىّ النحوىّ قال السُّيوطىّ لم يؤلَّف عليها بل ولا غالِبِ كُتُب النحو مثلُه جَمْعًا وتَحْقيقا فتداوَله الناسُ وآعتمدوا عليه وله فيه أَبْحَاثٌ كثيرة ومَذاهبُ يَنْفرد بها فرغ من تاليفه فى سنه ٩٨٦. Quod hic de amplitudine hujus Commentarii refertur, sanequam congruit ei, qui nostro hoc Codice continetur; et porro inprimis observa, Hadji-Khalifam non more suo ejus initium in medio posuisse, videlicet quod prooemio, elatiore stilo condito, careret. Pro certo igitur et confesso jam sumere liceret, nos in hoc libro possidere praestantissimum illum et copiosissimum Radhijoddini Mohammadis al-Istirabadhi in Cafijam Commentarium*, quem Herbelotus quoque in vv. *Asta-*

* A quo bene distinguendi sunt Commentarii Rocnoddini Hasanis ibn-Mohamm-

rabad*, *Cafiah et ***Radhieddin***, commemoravit, et qui exstat Parisiis in Bibliothecâ Regiâ (Catal. N. 1227, 2° in p. 231), et Florentiae in Bibl. Palat. Medic. (vid. Assemani Catal. N. 383 in p. 426); verum hanc unam difficultatem adhuc removendam esse sentio, quomodo in fronte Codicis plane aliud auctoris nomen se offerat. Ab ipso quidem librario id non additum esse supra jam dixi, at nihilo tamen minus aliquod inde dubium restaret, nisi apertum esset, nomen illud simpliciter ex male intellectâ subscriptione ortum esse. In quâ cum nescio quis de ***auctore Commentarii***, non de ***hujus exempli scribâ*** dici opinatus esset, confidenter etiam in titulo operis للبها الغجدوانيّ adjecit, videns ibi legi, virum illum vulgo ***Bahaum*** (h. e. ***Bahaoddinum***) appellatum fuisse et in oppido ***Godjdowano*** habitasse. Unde vero recentius istud لسراج الدين البهاء sumtum sit, nunc quidem nondum perspicio. — Hoc igitur exemplum jam ***uno*** anno postquam ipse liber fuit editus, scriptum est: quam rem eo minus miraberis, si cogitas, haud ita magnum esse intervallum inter ***Bokharam*** urbem, prope quam librarius se habitasse refert, et urbem ***Istirabadham***, ubi Radhijoddini sedes fuit. Et ipse quidem Codicis habitus tam remotam aetatem manifesto indicat: ne de chartae et atramenti colore dicam, innumera hic puncta diacritica desunt, et universus litterarum ductus talis est, qualis in vetustioribus Codicibus offerri solet. Passim

---

mad al-Istirabadhi (mortui a. 717), qui tres numero, pro majori suo minorive ambitu, *magnus*, *mediocris* et *parvus* (الكبير والمتوسّط والصغير) sunt dicti. Haud raro hi a Viris Doctis ob nominum similitudinem cum Radhijoddini Commentario confusi sunt, ut a Casirio l. l. I. p. 22 N. 91, et a Nicollio l. l. p. 192 in ann. *i*. Conf. inprimis Puseyi annotatio, ibidem in p. 528.

in margine recentiori manu glossae sunt additae, quae praesertim in libri initio frequentes sunt [a].

N. 1345.

Hamakerus in *Spec. Cat.*, p. 124 ann. 486, jam docuit, librum in hoc Codice (N. 3) oblatum, male in Catalogo *Zamakhschario* tribui, esse vero مُجْمَل اللغة لابى الحسين احمد بن فارس الرازى. Cujus quidem erroris haec simpliciter causa est, quod Catalogi auctor imprudens fidem habuit inscriptioni, quae in primo Codicis folio offertur: كتاب الجمل فى اللغة كامل للعلامة الزمخشرى صاحب الكَشّاف: quorum verborum quinque prima, etsi non ab ipso Codicis scribâ exarata, longe tamen aliam manum produnt quam reliqua quatuor, quae multo recentiora et ab imperito aliquo homine adjecta esse apparet. — De hoc Ibn-Farisi Lexico linguae Arabicae Hadji-Khalifa in v. مجمل اللغة dixit [b]; de auctore autem (mortuo a. 390) vide Ibn-Khallicanem n. 48, in edit. Slanii T. I. 1 p. ٥٠ seq., in Wüstenf. ed. Fasc. I. p. ٩٢ seq. Exempla hujus libri, quanquam multo rariora quam Djauharii et Firuzabadii Lexicorum (quae et ampliora et plane diverso ordine digesta sunt), in Europaeis tamen Bibliothecis non prorsus desunt, et in nostrâ unum aliud *prioris* ejus partis offertur in Cod. 485 (Catal. N. 1375), qui valde

---

[a] Inter varia, quae primo folio a diversis libri possessoribus recentiori aetate adscripta fuerunt, haec etiam nota est (io summâ paginâ, et quidem in chsrtâ dein agglutinatâ, exstans): بخط المص (h. e. المصنّف) محمّد ....: quam igitur qui addidit, putavit hoc exemplum ipsius auctoris msnu exarstum esse. Et jore hoc putasset, si hojus nomen reverâ illud esset, qood nuoc in Codicis fronte offertur.

[b] Quem locum longissime abest ut bene descripserit Poseyus in *Cat. B. Bodl.* P. II. p. 607.

vetustus et perspicue scriptus, ab ipso quidem inde initio hoc opus exhibet, at abrupte desinit in capitulo de stirpe صوع, verbis وآنْصاع القومُ سِراعًا مَـرُّو. In Cod. 3 totum Lexicon exstat, exceptis paucis foliis, quae ab initio et a fine exciderunt[a]. Incipit nunc in medio capitulo de stirpe ال (quod in Cod. 485 offenditur in pag. 6), verbis ولا إلّا فى مومن ذِمَّةً الخ, et desinit in medio capitulo de stirpe يلق, verbis وفى حضنيه. E Cod. 485 apparet, prima operis verba haec esse: أمّا بَعْدُ وَلِيَك اللهُ بِصُنْعِه وجعَلك مِمَّنْ عَلَتْ فى الخير هِمَّتُه وحَصَّتْ فيه طَوِيَّتُه فانّك الخ*

N. 1353.

Etiam hujus libri (Cod. 39) bene in Catalogo *titulus* descriptus est, perperam vero nomen *auctoris*. Est enim (ut in ipso operis initio dicitur) المُزْهِر فى علوم اللغة (*Planta flores emittens*[b], *de diversis partibus illius disciplinae quae*

---

[a] Quae nondum abfuisse apparet, quo tempore inscriptio illa, de quâ supra dixi (كتاب الجمل فى اللغة كامِلً), in primo Codicis folio fuit addita. In eodem vero folio haec quoque exstant, aliâ rursus manu exarata: عددُ اوراقِهِ مائتانِ وثمانون ورقةً رحم اللهُ مَنْ نظر فيه ولم ينقصه شيـًا. Quae igitur etiam scripta videntur, cum huic exemplo nihil adhuc deesset, simulque ostendunt quot ejus folia jam interierint, cum eorum numerus nunc sit 275.

[b] Non dubito, quin vocabulum المزهر sic ut feci pronuntiandum vertendumque sit. Solent Viri Docti illud pronuntiare المَزْهَر (ut Herbelot. in v. *Mazhar;* ac Pocockios, *Spec. Hist. Ar.* ed. 2ae p. 40 et 349, Nicollius, l. l. p. 536, 546, et Puseyus, ibid. p. 554, qui *Mezhar* scripserunt), et hanc formam habere pro *nomine loci* quod *locum ubi flores nitent* significet: sic Casirius *Bibl. A. H.* T. I. p. 10 N. 37 et p. 56 N. 241, itemque Köhlerus in *Repertor. für Bibl. und Morgenl. Litter.* I. p. 80, titulum hujus operis vertunt *Pratum floridum in scientiâ linguae;* Flügelius in *Jahrb. der Literat.* Vol. LX. *Anz. Bl.* p. 22 N. 464, *der Blumengarten der Sprache*, et Urius *Cat. B. Bodl.* I. p. 108 N. 406 liberius *Flores de Scientiis Linguae*. Equidem, cum forma illa مَـزْهَـر nec in Arabum Lexicis

in verborum significatione explicandâ versatur), et aliunde certum est, auctorem ejus esse notissimum illum Djalaloddinum Abdorrahmanem as-Sojuti, mortuum a. 911, de cujus vitâ nuperrime accurate exposuit Meursingius meus in *Specimine* suo *exhibente Sojutii librum de Interpretibus Korani*, p. 2—45. Hadji-Khalifa de hoc opere, in 50 Capita distributo, dixit in v. مزهر اللغة: incipit, ipso etiam teste, his verbis: الحمد لله خالق الألسن واللغات واضع الألفاظ الخ. Exempla ejus etiam alibi in Europâ exstant, et nos *duo* praeter hoc possidemus in Cod. 347 (Cat. N. 1365), quem Catalogo adhibito putares *unum* tantum illius libri exemplum continere, at qui duobus voluminibus constat, diversâ manu scriptis, quorum utrumque eum ab initio ad finem integrum exhibet. — Causa cur Heymannus[a] hic in auctoris nomine notando tam mire erraverit, inde repetenda est, quod cum in Codicis subscriptione librarius *suum* nomen prodiderit, ille hoc imprudens auctoris esse nomen putaverit. Subscriptio ea sic sonat: تم بحمد الله وعونه وحسن توفيقه والحمد لله وحده على يد افقر عباد الله واحوجهم الى مغفرته ابراهيم

notata, ner a me certe apud nllum scriptorem reperta sit, temere eam a Viris Doctis hic fictam esse censeo, cum contra, si المُزْهِر pronuntiaveris, plane ex linguae usu sic ut feci vertere possis: 4am enim formam أَزْهَرَ ipsi Arabum Lexicographi testantur significare *floruit*, *flores emisit* planta, et participium igitur مُزْهِر, subintellecto nomine, *plantam florentem* exprimit. Confirmat hanc explicationem quod in Cod. 39, quo loco in operis initio ejus nomen ab auctore indicatur, sub litterâ ه vocabuli المزهر vocalis *Cosra* est addita: in reliquis duobus, quae possidemus, exemplis nullae ei vocales a librariis adjectae sunt.

[a] Et pariter ii, qui ante illum Codicum nostrorum MSS. Catalogos confecerunt: vide Catalogi *tertii* (a. 1640 editi) p. 175 vs. 4 a f., ejusque appendicis p. 5 N. 45; et *quarti* (a. 1674 editi) p. 296 N. 46.

ابن نجم الدين بن يحيى المعروف بابن المبلط الح. Vides igitur, nomen illud ابــن الـمُبَلِّط (*filius stratoris*) etiam mendose ab Heymanno (pariterque in prioribus Catalogis) ابن الملبط scriptum esse.

N. 1354.

Hic liber (Cod. 149) continet poëma, metro الرجز conditum, cujus argumentum ad veram complurium vocabulorum Arabicorum, in diversas sectiones distributorum, potestatem definiendam propriumque eorum usum indicandum spectat. Incipit hoc disticho:

الحـمـدُ لـلـه عـلى ما أَوْلَى فـيـاتُه بالحـمـد أَوْلَى مَـوْلَى

Paucis autem interjectis, quibus solennis Mohammadis laudatio comprehensa est, haec sequuntur, quibus ad ipsius argumenti expositionem fit transitus:

وَبَـعْدُ فالعِلْمُ عَلَى الرَّأْسِ عَلَمْ مَنْشُورُهُ يَطْوِى جَهَالَاتِ الأُمَمْ
لا سِيَّما العِلْمُ الذى يُعْرَفُ بِهْ سِرُّ كلامِ الـلـهِ مَهْمَا يَشْتَبِهْ
هـذا وقَـد أَلَحَّ بـالطِّلَابِ عَـلَـىَّ بعضُ عِلْيَةِ الطُّلَّابِ
فـى نَـظْمِ فِقْهِ اللُّغَةِ التى نَزَلْ بهـا كلامُ رَبِّنا عَـزَّ وجَلّ
مُـتَّبِـعًـا فى نَقْلها الثَّعَالِبِى فـانَّـه قـد جـاء بالغَرَائِبِ

quorum e *quarto*, male a se intellecto, nescio quis Arabs efficiendum putavit, nomen libelli esse نَـظْـمُ فِقْـهِ لُغَةِ القُرْآن, et haec verba tituli instar primo Codicis folio inscripsit, unde temere in Heymanni quoque Catalogum[b] recepta sunt. Si ex illo disticho proprium libello nomen constituendum est, aliud hoc esse non potest quam نـظـمُ فقهِ اللغةِ العَرَبِيَّةِ,

[a] Sic correxi: in Cod. male scriptum est معما.

[b] Haud minus quam in priores: vide *tertii* append. p. 15 N. 13, et *quarti* p. 307 N. 13.

quale tamen ab Hadji-Khalifâ commemoratum non est. At in v. فقه اللغة is mentionem fecit de duobus *hoc* titulo insignitis operibus, altero Ibn-Farisi (vid. supra p. 357 vs. 16), altero Thaalibii (notissimi scriptoris, mortui a. 429), quorum posteriorem ab hujus poëmatis auctore in ultimo qnod descripsi disticho ita laudatum esse vides, ut dicat se eum tanquam ducem secutum esse suaque ex illius libro derivasse. Certum ergo videtur, hoc poëma nihil aliud esse nisi metricam imitationem istius prosâ oratione compositi operis Thaalibii[a]. Si jam de nomine auctoris quaeritur, plane mihi hoc ignotum esse fateor, cum nec in ipso poëmate proditum, nec usquam in hoc nostro Codice adjectum sit. Miror igitur, Heymannum pariter ac priorum Catalogorum auctores nomen *Abu-Obaidae* adscripsisse, quod unde sumserint ne conjecturâ quidem assequi possum[b]. Contra de *tempore* scripti opusculi nullum est dubium, quippe quod in exitu poëmatis accurate his versibus indicatum est:

هذا ٱنْتِهاءُ جَمْعِ ما قد سَوَّغَهْ   لِىَ ٱخْتِيارى مِنْ طَرَائِفِ اللُّغَهْ
سَنَةَ ثِنْتَيْنِ وأَرْبَعِينَا   نَجَزَ بَعْدَ السَّبْعِ مِنْ مِئِينَا

---

[a] Cujus exemplum exstat in Bibl. Palat. Mediceâ N. 415 (vid. Assemani Catal. p. 434), et in Hammeri MS. 42 (conf. *Jahrb. der Liter.* Vol. LXII. *Anz. Bl.* p. 14, ubi ipse Hammerus argumentum illius libri explicuit, quocum hujus poëmatis argumentum satis accurate convenit; apparet tamen e paginarum numero, illum multo quam hoc amplioris esse ambitûs).

[b] Köhlerus (l. l. II. p. 29), cum nomen illud in Catalogo nostro repcrisset, de Abu-Obaidâ Ma'maro ibno-l-Mothanna (ابو عُبَيْدة مَعْمَر بن الْمُثَنَّى التَّيْمىّ), celebrato scriptore, qui vixit ab anno Ar. 110 ad 210, et cujus vitam delineavit Ibn-Khallican n. 741) hic cogitandum putavit: cujus viri aetas quanto intervallo a tempore hujus poëmatis confecti (a. 742) distet, Lector ex iis quae statim sequuntur videbit.

N. 1363.

Hoc satis amplo 797 paginarum volumine (Cod. 237 [a]) continetur liber, quo ingens numerus vocabulorum Arabicorum, ex Djauharii et Firuzabadii operibus desumtorum, partim quidem eodem ordine qui in his Lexicis observatus est (nempe ut non *primae* sed *ultimae* vocis litterae principalis ratio sit habita), partim vero etiam plane diverso (nempe ut, Turcarum in usum, vocabula non secundum stirpes, sed secundum ultimam *ipsorum* litteram, digesta sint: feminina igitur in ةً cadentia, sub litterâ ة, et relativa nomina sub litterâ ى notata sunt), in medio positus est, additâ singulis inter versus interpretatione Turcicâ. Auctor ipse in Turcicâ praefatione (sic incipienti [b]: حَمْدِ نا مَحّدود وثناء نا مَعْدود واجبُ الوُجود أوزرنه ألْسُون كه الخ) nomen libri sui esse dicit مِرْقَاتُ اللّغه, *Scalam linguae;* et in hoc nostro exemplo supra praefationem haec a librario inscriptio est addita: كتاب مرقات اللغه من النسخ المطوّله. Quorum verborum postrema evidens quidem est significare, in hoc exemplo non breviorem aliquam hujus operis recensionem expressam, sed

[a] In Catalogo scriptum est 237, 1, ibidemque in p. 431 tanquam 237, 2 notatus est (N. 557) libellus فى السبع طبقات الفقهاء, *De septem classibus Theologorum Muhammedicorum.* Sciat vero Lector, hanc simpliciter esse *annotationem*, ab aliquo, ut videtur, Codicis possessore in primo vacuorum, quae supererant, foliorum adjectam. Et dimidiam tantum paginam illa annotatio occupat, argumentum vero ejus recte in Catalogo indicatum est. Incipit his verbis: اَعْلم انّ الفقهاء على سبع طبقاتٍ الاولى طبقةُ المجتهدين فى الشرع الخ, et post finem ejus hoc additum legitur, quo qui haec scripsit declarat unde ea motuatus sit: هكذا ذكره كمال باشا زاده سلّمه اللهُ.

[b] Haec praefatio in nonnullis exemplis deest, ut in Cod. Bibl. Bodl. 1142, descripto ab Urio l. l. p. 241. Ipsius Lexici exordium ab his vocabulis ductum est: آباء اَباء اِباء اِبْتِداء اِبْتِغاء الخ.

secundum majora atque integra exempla illud descriptum esse; at eadem tamen, male ab Heymanno lecta (مسن الشيخ المطولة), originem dederunt ridiculo isti auctoris nomini, quod in Catalogo additum reperitur. Plane nesciri videtur, a quo hic liber profectus sit: saltem in nullo exemplorum, adhuc nobis notorum, quidquam de auctore annotatum est*, nec dubium videtur, quin etiam Hadji-Khalifa in Lexico suo (in v. مرقات اللغة) eâ de re prorsus tacuerit: quod certe non in nostro tantum Leidensi exemplo fieri videmus, verum in eo etiam quo Hammerus utitur (conf. locus in ***Cat. Bibl. Vind.***, quem modo in ann. *a* citavi), itemque in Parisiensi illo, ex quo Herbelotum ea descripsisse apparet, quae in v. ***Mercat*** tradidit: secus fit in exemplo D'Ohssoniano, in quo auctor libri esse legitur ***Zainoddin Mohammad ibn-Hasan at-Tibrizi***, ***mortuus a.*** 781, idemque plane offerri in exemplo Oxoniensi, liquet ex Puseyi annotatione, quae l. l. p. 609 exstat: cum igitur ex horum duorum Codicum conspiratione hoc quidem efficiendum videatur, jam diu esse, ex quo Hadji-Khalifae Lexicon, ut plurimis aliis additionibus, ita etiam hac auctum fuerit, tum sola tamen temporis ratio abunde probat, eum qui nomen istud hic adjecerit, vehementer errasse: quo enim tempore Zainoddin ille at-Tibrizi defunctus esse legitur, ipsum Firuzabadii opus, quod una cum Djauharii Lexico fons est libri مرقات اللغة,

---

* Vide praeter Urii Catal. l. l. p. 238 et 241 N. 1130 et 1142, etiam Hammeri *Catal. Bibl. Vindobon.* p. 2 N. 5, et *Catal. Bibliothecae Scheidianae* (L. B. 1806. 8°) p. 88 N. 11. Comperi quoque ex manuscripto Catalogo Codicum Orient. Bibl. Upsalensis, confecto a Doct. C. J. Tornbergio et perhumaniter mecum communicato, in eâ etiam Bibliothecâ illius operis exemplum servari, a Tornbergio n. 59 notatum, quod non magis quam nostrum et reliqua, nomen auctoris indicet,

nondum in publicam lucem prodierat: nam Kamusus, ut praefatio ejus indicat (et Hamakerus retulit in *Spec. Cat.* p. 179), ab auctore dedicatus est Principi Rasulidae, al-Malico-l-aschrafo Ismailo ibn-Abbas, qui ab anno 778 ad 803 in regione Jamanensi dominatus est, et ad quem Firuzabadius (qui, a. 729 natus, a. 817 mortuus est) anno demum 796 accessit: vide Hamakerum l. l. p. 186 seq. ann. 627 et 629. Quod vero ad annum attinet, quo in Catalogo nostro liber مرقات اللغة scriptus esse traditur (a. 955), hic per errorem ab Heymanno ex subscriptione Codicis sumtus est, in quâ non ipsius operis, sed hujus nostri exempli, scripti tempus indicatur (تحريرا فى اواخر شهر رمضان تاريخ سنة ٩٥٥). Ipsum sine dubio antiquioris aetatis esse, inde apparet, quod exemplum, olim a Scheidio possessum (vid. ann. in pag. superiore), jam a. 939 exaratum fuisse legitur.

N. 1366.

Hic liber (Cod. 363, 1), cujus primo folio id inscriptum est quod in Catalogo offertur (لغت افعال عربى, *Lexicon verborum Arabicorum*), prorsus idem continet quod Cod. 841 (Cat. N. 1346); nempe (ut in hujus et primo folio et subscriptione legitur) *كتاب افعال اللغة لجار الله العلامة. In utroque, sine ullâ praefatione, statim in mediam rem lector adducitur, his verbis: باب فَعَلَ يَفْعِلُ ا هَنَأَهُ الطعامُ يَهْنِئُه الخ; at in Cod. 363, in quo nusquam auctoris nomen indicatum est, supra ipsum initium hoc a librario scriptum offenditur: القسم الثانى فى الافعال: e quibus verbis jam facile apparet, non separatum aliquod Zamakhscharii opus

* Notum est, hac appellatione indicari celebratissimum scriptorem Mahmudum ibn-Omar az-Zamakhschari, mortuum a. 538, cujus vitam ex Ibn-Khallic. edidit Hamakerus in *Spec. Cat.* p. 114 seqq.

hoc esse, sed partem secundam operis majoris. Et verâ hoc certum fit, tum collato Hadji-Khalifae Lexico in v. مقدّمة الادب فى اللغة, ex quo discimus, Zamakhscharii librum, qui hoc titulo insignitus est, quinque constare partibus, quarum *secunda* de *verbis* agat; tum inprimis collato Catalogo Bibl. Bodlejanae, in quo duo descripti sunt Codices (P. I. p. 243 N. 1161 et P. II. p. 189 N. 231, 1) qui, plane ut nostri illi, *secundam* sectionem operis مقدّمة الادب seorsum offerunt, addito tamen indicio, cujusnam majoris operis haec pars sit[a]. — Caeterum ordo, quo verba Arabica hic in medio sunt posita, is est, ut in diversis capitulis secundum *ultimam* stirpium litteram ordinata sint; singulis autem inter versus ab ipso Zamakhschario interpretatio Persica adjecta est.

N. 1374.

Continetur quidem hoc Codice (N. 469) liber, cui ex praefatione apparet titulum التّرْجمان datum esse, sed in auctoris nomine tradendo Catalogi scriptor erravit. Error pro parte ortus est ex ipso Codice nostro, in quo, cum libri initium nomen auctoris offerat, hoc nunc quidem sic scriptum invenitur: قد قال الضعيف ـ الشيخ على بن نصر الله ابن داود: Heymannus ergo quod hic invenerat nomen, in Catalogum recepit, perperam tamen pro نصر edens نظر. At paullo accuratius istius nominis scriptionem in Codice con-

[a] Integrum opus nos hic non possidemus, verum exstat Parisiis in Bibl. Regiâ (vid. Catal. p. 234 N. 1256, 1), et Oxoniae in quinque exemplis (Catal. I. p. 233, 234, 238, 290 N. 1083, 1094, 1127, 1°, 99, 3°; II. p. 186 N. 225). Turcica ejus versio, titulum ferens أقْصَى الأَرَب فى ترجمة مقدّمة الادب, continetur MS. Hammeri n. 16, qui ab hoc ipso descriptus est in *Jahrb. der Literat.* Vol. LXII. *Anz. Bl.* p. 2 seq.

sideranti facillime ex atramenti diversitate apparet, vocabulum الله hic non ab ipso qui reliqua scripsit librario, sed recentiori manu exaratum esse; nec dubitabis ergo, collatis inter se Hadji-Khalifae Lexico (in v. ترجمان اللغة) et Catalogo Bibl. Bodl. I. p. 227 (ubi N. 1050 exemplum ejusdem libri descriptum est), in quorum utroque nomen auctoris esse legitur على بن نصرة بن داود, etiam in nostro Codice olim pro نصر الله simpliciter نصرة scriptum fuisse. Quo tempore ille Ali ibn-Nosra ibn-Dawud vixerit, nec ab Hadji-Khalifâ indicatum est, nec mihi aliunde constat; hoc vero opus ejus, ut in Catalogo bene dictum, Lexicon linguae Arabicae, Persarum in usum confectum ac satis amplum, continet. Arabica igitur vocabula non tantum Persice explicata, verum etiam (ut in Lexicis Persicis fieri solet) non stirpium ratione habitâ sed litterarum quibus quodque constat, in medio sunt posita. Hunc autem ordinem in iis collocandis auctor observavit, ut litterarum seriem persequens et vocabula secundum *primam* ipsorum litteram disponens, singularum tamen litterarum vocabula in tres sectiones distribuerit, quarum in primâ ea tradidit quorum prima littera cum vocali *Fathâ*, in alterâ quorum haec cum *Casrâ*, in ultimâ quorum haec cum *Dhammâ* pronuntiatur. Initium operis hoc est: الحمد لله الذى فضّل لسان العرب بالفصاحة الخ. — Caeterum, quod Heymannus refert, *praemitti tractationem de literis*, id unice (cum *nihil* praeter Lexicon illud hoc Codice contineatur) inde explicari potest, quod auctor in primâ *ipsius operis* paginâ lectori exposuit, quem ordinem in vocabulis collocandis secutus sit.

N. 1389.

In Cod. 592 non unum, sed duo diversa exstant opera,

quorum neutrum tamen illud est, quod hoc loco in Catalogo indicatur. *Prius*, cui neque titulus neque auctoris nomen a librario praefixa sunt, Lexicon exhibet verborum Arabicorum, Persice explicatorum, sic statim incipiens: بابُ الإفْعال ب الإتْرَاب تُوَانْگَر شدن وخاك بر چيزِى كردن الإتْعَاب بَرَنْجَانِيدن الخ: et omnia, quae in hoc primo Capite sequuntur vocabula, sunt similiter infinitivi 4^ae^ formae, secundum *ultimarum* litterarum seriem ordinata, et porro ita, ut *primum* verba quae *perfecta* dicuntur, et *tum* diversa *imperfectorum* genera (المعتل, الاجوف, الناقص, caetera) separatis sectionibus in medio sint posita. Eodem ordine in secundo Capite (sic incipienti: باب التَّفعيل ب التتريب خاك آلود كردن الخ) infinitivi 2^ae^ formae, in tertio 3^ae^, in quarto 8^ae^, in reliquis reliquarum, cum trilitteri tum quadrilitteri verbi, formarum recensiti sunt, ita ut in ultimo Capite (باب الإفْعِلّال ب الإجْلِعْبَاب سَيَّار شدن الخ) infinitivi veniant illius formae, quae quadrilitteri verbi 4^a^ dicitur*. Si igitur hoc Lexicon integrum hic offertur (nec a fine certe quidquam deest), auctori propositum fuisse apparet, ut Persis in conspectum daret explicaretque omnes formas *derivatas* verborum Arabicorum, quae linguae usu

* Miro errore in Grammaticis Arabicis haec infinitivi forma non إِفْعِنْلَالٌ (a perfecto اِفْعَنْلَلَ), sive اِمْقِنْدَامٌ (a perf. اِمْقَنْدَمَ), sed اِفْعِلَالٌ sive اِمْقِدَامٌ, scripta est (conf. Sacyi *Gr. Ar.* I. p. 290 § 646, Ewaldi I. p. 165 § 279, Roordae p. 48 vs. 4 a f.): quod non tantum linguae usui (vide in Meninskii etiam Lexico formas اِزْلِعْبَاب, اِذْلِعْبَاب, اِجْلِعْبَاب, alias), sed formarum quoque analogiae contrarium est: ut enim in 9^a^ trilitteri verbi formâ a perfecto اِفْعَلَّ fit infinitivus اِفْعِلَالٌ, et in 11^a^ a perf. اِفْعَالَّ infinitivus اِفْعِيلَالٌ, ita evidens est, a consimili formâ اِفْعَلَلَّ non alium quam اِفْعِلَّالٌ duci posse.

receptae essent: fieri tamen potest, ut hoc volumen tantum pars *posterior* sit majoris Lexici, in cujus tomo priore eodem modo omnes infinitivi *primae* formae explicati fuerint. In subscriptione libri anno 725 scriptus esse dicitur, quo tamen haud plane certum est, utrum ipsius ab auctore compositi, an hujus (sine dubio vetusti) exempli exarati, tempus indicatum sit. Mihi posterius verisimilius videtur. — *Alterâ* Codicis parte quid contineatur, operae pretium est accuratius exponere, inprimis quod Hamakerus etiam, in *Spec. Catal.* p. 55 ann. 195, confuse et minus bene eâ de re, et de universo ad quem pertinet historiae litterariae loco, locutus est. Ex Hadji-Khalifae Lexico, in v. السَّامِى فى الأَسَامِى (*liber celsus de nominibus*), apparet, celebrati nominis scriptorem Ahmadem ibn-Mohammad al-Maidani, mortuum anno 518[a], librum composuisse hoc titulo insignitum: de cujus argumento quod ab Herbeloto in v. *Sami* dictum est, non confirmatur tantum adhibitis Catalogis Bibl. Reg. Paris. et Bibl. Escur. (in quibus, p. 241 N. 1334, et I. p. 175 N. 598, exempla ejus operis descripta sunt), sed nobis plane certum est per ipsum librum inspectum, quem in Cod. 938 (Cat. N. 1411) possidemus. Hic Codex nusquam auctoris nomen offert, quod propterea quoque in Catalogo non est additum; at in ipsâ praefatione haec exstant, unde libri titulum discimus et simul distributio ejus manifesta fit: وسمّيتُه بالسَّامِى فى الأَسَامِى وجعلتُه اربعةَ أَقسام القسمُ الاول فى الشَّرْعِيَّات وما يُناسبها والثانى فى الحَيْوانات

[a] Vitam ejus ab Ibn-Khallicane delineatam (n. 60) Hamakerus edidit l. l. p. 53 seqq. Eadem nunc exstat quoque in edit. Wüstenf. Fasc. I. p. ٨١, et in ed. Slanii I. 1 p. ٩٧.

وما يَنْضاف اليها والثالث فى العَلَوِيّات والرابع فى السُّفْلِيّات يَشْتمل كلُّ قسم على ابواب وفصول الخ. Ad quatuor igitur illa Capita, quorum singula rursus in plurimas sectiones divisa sunt, Maidanius hic *nomina cujusvis generis rerum* retulit, Arabice ab ipso adducta cum interpretatione Persicâ. Initium operis hoc est: الحمد لله الذى لم يَتِمَّ امرٌ دون حَمْدِه الخ; in ejus fine vero ipse auctor narrat, se illud absolvisse die 14° mensis رمضان, anni 497 [a]. Jam porro ex alio Hadji-Khalifae loco (in v. الأَسْمَى فى الأَسْمَاء, *liber celsissimus de nominibus*[b]) apertum est, etiam hoc consimili titulo de eodem argumento librum, ab illo diversum, scriptum fuisse, quem quidem ipsius Ahmadis Maidanii filius, Abu-Sa'd Sa'id al-Maidani (ابو سعد سعيد), mortuus a. 539, confecerit, *sua e patris opere sumens* (اخذه من كتاب السامى فى الاسامى لابيه). Ibn-Khallican quoque, l. l., de hoc Ahmadis filio mentionem injiciens, hunc ejus

---

a Quem annum Casirius quoque (vid. l. l.) in Escur. Codice invenit: qui tamen male, ut puto, retulit, eum ab auctore *in erudito suo et eleganti Prologo indicatum esse*. Certe in nostro exemplo praefatio libri nihil tale continet.

b Utriusque libri titulo inter se collato nemo sane non mecum consentiet, hunc ita ut feci pronuntiandum et vertendum esse. Male igitur Flügelius, locum illum edens in p. 293 N. ٧١٤, scripsit اسماء فى الاسماء et primum vocabulum in Latinâ versione *Isma* (إِسْمَاءٌ) pronuntiavit. In nostro etiam Hadji-Khalifae Codice perperam eodem plane modo atque in editione scriptum est, nec tamen dubito, quin ipse auctor eum errorem non commiserit. In alio illius Lexici loco (in v. كتاب) idem Sa'idi liber breviore titulo sic citatus est: كتاب الاسما لابى سعد سعيد بن احمد الميدانى المتوفى سنة ٥٣٩: ubi ergo dubium censeri posset, utrum الأَسْنَا (nempe pro الأَسْمَى) an الأَسْمَاء legendum sit. Herbelotum, qui hunc locum in v. *Ketab alesma* expressit, الاسماء pronuntiasse apparet, et mihi quoque hoc verisimilius videtur.

librum commemoravit*; at cum is de patris opere السامى فى الاسامى plane tacuerit, nihil inde ad necessitudinis rationem, quae inter utrumque intercesserit, melius intelligendam peti potest. Herbelotus in v. *Meidani* refert, patris opus a filio *auctum* fuisse: quod quamvis ab illo ex conjecturâ tantum dictum existimem, mihi tamen etiam ex ipso illo levissimo, quod inter utrumque librum institutum est, nominis discrimine probabiliter effici posse videtur. Quantum adhuc scio, nullum exemplum a filio editi operis in Bibliothecarum Europaearum Catalogis notatum est: nos certe, quod doleo, nullum possidemus; exstant vero apud nos duo alii libelli, ad explicationem operis السامى فى الاسامى compositi, quorum uterque in Cod. 802 continetur, et in Catalogo (N. 1642 et 1643) male descriptus est. Alter, qui in illo Codice *secundum* locum tenet alteroque longe est amplior, neque auctoris nomen additum habet, nec suum ipse titulum prodit. Sine ullâ inscriptione sic simpliciter incipit: الحمد لله حَقَّ حَمْدِهِ والصلوة على محمد وآله من بعده قوله فى صدر الكتاب فأَنْشَصَه اى رَفَعَه والنَّشَاصُ السَّحَابُ المرتفِعُ; et in sequentibus eodem modo aut breviter explicantur aut fusiori disputatione illustrantur vocabula Arabica, obvia in opere cujus nomen nusquam exprimitur, sed quod quatuor Capitibus plurimisque sectionibus constare apparet: hoc igitur opus nullum aliud est quam Maidanii السامى فى الاسامى, in cujus praefatione reverâ illud فأنشصه offenditur, et e cujus diversis Capitibus ad ipsum usque finem vocabula de quibus hic agitur desumta

* Etiam illo in loco titulus ejus non melius ab editoribus, quam a Flügelio in Hadji-Khalifae Lexico, descriptus est: Slanius edidit كتاب الاسمآء فى الاسمآء, Wüstenfeldius (et pariter Hamakerus, l. l. p. 54) كتاب الاسما فى الاسمى.

sunt. Alter libellus, 15 tantum paginarum, qui in eodem Codice *tertio* eoque ultimo loco offertur, non magis quam alter ille auctoris nomen additum habet[a], at ex initio ejus manifestum est, quo consilio scriptus et qualis ei titulus datus sit. Praefatio sic sonat: ‘الحمد لله كاشِفِ كلّ كَرْب ودافع كل خَطْبٌ الذى بعَث محمّدا بالدين القَوِيم والذِّكْر الحَكِيم والبَرَاهين الواضحه والدَّلائل اللائحه صلّى اللهُ عليه وعلى آله واصحابه صلوةً تَدوم على مُرُور الايام وكُرُور الأعْوام وبَعْدُ فإنّى لمّا توسّمتُ فى كتاب السَّامِى فى الأَسَامِى لقيتُ

[a] Quod in ejus subscriptione exstat nomen (محمود بن الحسين بن محمد الخطيب), sine dubio non hujus libelli auctorem, sed *totius Codicis* (unâ manu scripti) librarium indicat; similiterque e temporis notâ, ibidem adjectâ, efficiendum credo, *hoc exemplum* anno 692 exaratum esse: unde ergo sequitur, tres qui eo comprehensi sunt libellos aetatis esse certe hac antiquioris. — Ad *primum* de tribus quod attinet (Cat. N. 1641), e praefatione ejus apparet, contineri illo explicationem *versuum*, qui in libro الهادى للشادى occurrerent: quam quidem explicationem anonymus auctor se composuisse dicit rogante et incitante viro sibi caro et honorato. Librum autem illum ex Hadji-Khal. (in v. هادى الشادى) discimus esse itidem Ahmadis Maidanii, qui *de syntaxi* in eo egerit: unde non mirum, multos in eo versus singulares, intellectu difficiles, citatos fuisse, qui deinde separatim scripto Commentario illustrati sint: Hadji-Khalifa tamen nullum talem commemoravit. At in Codice Bibl. Bodl., quem Urius I. p. 230 descripsit (N. 1067, 3°), Puseyus in *Add. et Emend.*, II. p. 607, ejusdem plane argumenti opusculum offerri docet, quod quidem addit *ipsum Maidanium* auctorem habere. Hoc si verum est, nostrum Codicem diversum ab Oxoniensi illo libellum continere non dubito, nam in nostro certe nullum exstat vestigium, ipsum illum, qui antea الهادى للشادى scripsisset, jam hic ad eam, quam dixi, *sui* operis partem explicandam se convertere. Prima verba haec sunt: أَمّا بَعْدَ حَمْدِ الله تعالى على الآية والصلوة على سيّد انبيائه فقد طَلَبَ الخ, quae cum Oxoniensi Codice collata quaestionem facile diriment.

بعض تَرْجمانِ أَلْفاظه يَسْنَعُ سَنَاعَةً[a] يَعْسَرُ على المتعلّمين فَهْمُها وحِفْظُها فدَعَتْنى نفسى الى شرح ما أَسْتَغْلق منها فاجبتُها إجابةَ المُطِيع وجَهَدتُّ[b] فيه جَهْدَ المُسْتَطِيع سمّيتُه بكتاب الإبَانَه والله تعالى وَلِيُّ الاعَانَه. E quibus ergo patet, voluisse auctorem nonnulla vocabula, a Maidanio ipso non satis perspicue explicata, tironum in gratiam lucidius interpretari: quod propositum exsequens, diversa libri Capita et sectiones deinceps percurrit, et e singulis pauca desumta nomina illustravit. — Ut jam ad Cod. 592, 2 redeamus, hunc e Catalogo putares librum الاسمى فى الاسماء continere, verum titulus iste perperam e praefatione descriptus est, in quâ non tanquam hujus ipsius operis, sed tanquam alius, ex quo hoc fluxerit, nomen commemoratur. Nempe praefatio illa sic se habet: الحمد لله الذى كرّم بنى آدم على الورا واختار منهم المؤمنين وما وراءهم من الورا — — والفضلاء وذوو الفنون صنّفوا أفنانا واخذوا من أشجار اللّغات أفنانا ومنهم الشيخُ المرحوم فاضِلُ اهلِ وقتِه فى العلوم احمدُ بن محمدِ المَيْدانِيُّ طيّب الله ثَرَاهُ وجعَل الجنّةَ مَثْوَيهُ اذ صنّف كتابَ الاسمى فى الاسمآء[c] ووُسِمَ بوَسْمَةِ المُسْتَوْشِمين وسَمَا

---

[a] Sic emendandum putavi, cum in Codice scriptum sit سَنَعَةً: verbum سَنَعَ enim habet quidem formas infinitivi سَنَاعَة et سُنُوع, non vero سَنْعَة. Sensus paullo intricatior his exprimi videtur: *ego, postquam librum* السامى فى الاسامى *attente consideravi, nonnunquam offendi, explicationem Persicam, vocabulis Arabicis in illo adjunctam, etsi per se egregiam et probandam, ita tamen se habere, ut discentibus intellectu memoriaeque mandatu difficilis sit* caet.

[b] Hic in Codice est وجدت; facile vero vides, ita ut feci corrigendum esse.

[c] Ex antecedentibus jam Lectori evidens erit, hic aut in nostro exemplo mendum latere, aut ipsum auctorem haec scribentem errasse. Nempe liber inscriptus الاسمى فى الاسماء non est *Ahmadis* al-Maidani (cujus tamen nomen hic commemorari vides), sed *Sa'idi filii Ahmadis:* cum igitur ob articulorum reso-

nantlam dubitari quidem nequeat, quin auctor ipse hic الاسمى فى الاسماء, non السامى فى الاسامى, posuerit, hoc solum conjici posset, in praecedenti nomine mendum latere, et pro احمد ab illo ipso سعيد بن احمد scriptum fuisse: quod qui probet, ei luculentum argumentum hinc suppetat pro eo quod supra (p. 370 vs. 4 seqq.) satis verisimile videri dixi, *filii* opus, adhuc nobis ignotum, nihil aliud fuisse nisi *auctiorem editionem operis paterni:* nam si reverâ hujus Lexici auctor *filii* libro ad hoc concinnandum usus fuerit, noster Codex 938 cum hoc collatus docet, nullum inter utrumque discrimen esse potuisse nisi solius fortasse *perfectionis* (ad quam rem accuratissime dijudicandam necesse esset, totum hoc Lexicon ab initio ad finem perlustrare, et videre an in illo vocabula notata sint, quae in diversis Capitibus Codicis 938 (السامى فى الاسامى) desiderentur, itaque a filio in suâ editione suppleta sint). At equidem multo probabilius duco, non in nostro exemplo ibi mendum esse, sed ipsum auctorem errasse, imprudenter unum de duobus committentem, *aut* ut, si *patris* opus significaverit, huic pro السامى فى الاسامى, titulum illum valde vicinum الاسمى فى الاسماء tribuerit; *aut* ut, si *filii* libro usus sit, hunc per errorem patri adscripserit: utrumque fieri *potuisse*, nemo negabit; si vero posterius magis placeat, idem inde, quod modo dicebam, sequi vides ad similitudinem inter utrumque opus probandam. — Caeterum in toto libro nullum alium locum offendi, in quo opus, ex quo confectus sit, rursus ab auctore citetur, praeterquam in solâ ultimâ paginâ, quae mihi valde dubium videtur an ad ipsum librum pertineat. Nimirum Lexici finis est in paginâ nostri exempli paenultimâ, quae quidem adeo plena est, ut de extremis vocabulis (فصلُ الياء يحيى اسمُ نبيّ ابو) (يحيى مَلَكُ الموتِ اليفَى نُهْنُبَانٍ تَنُّور) duo ultima obliquo ductu infra versum ultimum scripta sint, et his tanquam finis indicium haec quoque subjuncta: والله اعلم بالصواب. Absoluto igitur operi nihil amplius additum iri exspectares; at in sequenti tamen paginâ, ejusdem librarii manu, plane ut ipsius operis continuatio, nova sectio incohatur, sic inscripta: فصل فى الجُمُوع القِيَاسِيَّة التى ذكرها الميدانىّ فى اوّل كتاب السامى فى الاسامى, quae tamen ad dimidiam tantum paginam illam procedit, et ibi abrupte desinit, nullâ porro librarii subscriptione subjunctâ. Sciat vero Lector, istam sectionem *de pluralibus (fractis) Arabicis, certâ normâ a singularibus ductis*, reverâ in *Ahmadis* Maidanii opere inveniri, et quidem in ipso ejus initio inter praefationem et Capitum elenchum; ac collato Codice nostro 938, in quo

فاخذ هذا العَبْدُ نُسْخَتَه بِيَدِه مُرَتِّبًا[a] وجعَلها ثمانيةً وعشرين بَابًا وفى كل بابٍ ثمانيةٌ وعشرون فَصْلًا لَعَلَّه يَشَّابَهُ[b] اصْلًا فالاول بابُ الالفِ وكُلُّ اسمٍ اخرُه الفٌ فى هذا الباب واوّلُ البابِ فصلُ لالفِ وكُلُّ اسمٍ أَولُه الفٌ فى هذا الفصل الخ.

Ex quo initio satis apparet, quid auctori, cujus nomen in hoc exemplo non additum est, hunc librum inchoanti propositum fuerit: nempe, ut ex laudato Maidanii opere, maximam utilissimamque vocabulorum copiam exhibente, ipse, ordine plane mutato, *Lexicon* conficeret, in quo singula illa ex litterarum serie disposita essent. Et hac quidem in

---

quinque integras paginas (3—8) ea complet, apparere, in ultimâ illâ paginâ Codicis 592 tantum particulam ejus exstare, quae in Cod. 938 nondum *unam* paginam efficit. Jam per se quidem fieri non nequit, ut ipse illius Lexici auctor hoc maximi momenti capitulum suo operi annectere voluerit, verum tamen nec per peculiare illius propositum hoc necessarium fuit, nec, si voluisset, causam perspicio, cur non ipse etiam post praefationem illud collocaverit. Verisimilius ergo esse existimo, auctorem Lexici post hujus ipsius finem nihil addidisse; librarium vero aliquem aut possessorem exemplo, e quo noster Codex 592 descriptus sit, subjunxisse (aut certe subjungendi initium fecisse) illam *de pluralibus sectionem*, quae ipsi in libro السامى فى الاسامى maximopere placuisset. Quo probato, nihil ex isto loco confici posse vides ad quaestionem profligandam, utrum Lexici auctor libro السامى فى الاسامى, an الاسمى فى الاسمآء, usus sit.

[a] Sic necessario legendum est pro مرتابا, quod in Codice offertur, sed hoc loco nullum sensum habet: contrà verbum رتّب, quod saepissime significat *ordine litterarum disposuit*, unice per argumentum libri hic requiritur. Caeterum vides, eum dicere, se *exemplo illius operis* usum esse *ipsâ Maidanii manu* (tum *mortui*, ut ex antecedentibus apparet) *exarato*.

[b] Sic (in 6a formâ) pronuntiandum esse pro يُشابه, ut in Cod. scriptum est, nulli dubio obnoxium videtur: significant enim haec verba: *ut quodque libri Caput (quantum ad sectionum numerum attinet) inter se invicem aequale et conforme esset*. Nempe pronomen ه in لعلّه ad antecedens كلّ باب referendum est.

re prorsus eandem normam, ac Djauharius et Firuzabadius in suis Lexicis, secutus est, unicuique vero vocabulo eam interpretationem Persicam, quam in Maidanii opere invenerat, adjunxit. Novo huic libro proprium nomen non datum est; nec ex exemplo quoque nostro quidquam de tempore quo confectus sit, apparet. Lexicon quidem ipsum in eo integrum offertur, at quae in fine addita est *sectio de pluralibus certâ normâ a singularibus ductis*, ea (ut p. 373 in annot. jam dixi) ex parte tantum hic exstat et prorsus abrupte desinit. Nulla subscriptio librarii in hac Codicis parte offenditur, at evidens est, *totum* eâdem manu exaratum esse: unde, si prior ejus pars anno 725 absoluta est (vide supra p. 368 vs. 4 seqq.), haec quoque fere eodem tempore scripta fuerit: quo posito scimus certe, non post initium octavi Arabum saeculi illud Lexicon confectum esse[a].

N. 1390.

Hoc Codice (N. 597) quid contineatur, melius intelliget

---

[a] Alia ejus exempla in Catalogis notata non vidi, at mihi persuasum est, hunc ipsum esse librum, quo Golius in componendo suo Lexico usus est, et quem in Praefationis exitu, illic ubi de *primariis* suis fontibus dixit, *quinto* loco commemoravit. Titulus quidem istius operis, quod ab Adriano Junio sibi commodatum esse narrat, ita se habet, ut ab *ipso* Maidanio scriptum esse diceres; at nec Hadji-Khalifa de libro, tali nomine insignito, mentionem fecit, nec ego vestigium ejus alibi usquam deprehendi. Descriptio ejus, a Golio facta, est ejusmodi, ut plane conveniat libro, in nostro Codice 592 oblato: cui igitur cum ab ipso auctore nullum nomen tributum sit, fieri facile potuit, ut in illo exemplo quo Golius utebatur, iste a librario titulus praefixus esset, quem ibi commemoratum videmus (أَدِلَّةُ الأَسْمَاء, *indicia significationis nominum*). Operae pretium est, ad hanc quaestionem *plane* conficiendam accuratius quam ego adhuc potui, omnes locos, in quibus Golius Maidanium (*Meid.*) citat, cum nostro illo Codice conferre: quos ego contuli (et hi bene multi sunt), mihi rem jam dubio exemerunt.

Lector, si inscriptionem, ab ipso librario ei praefixam, et a Catalogi auctore *ex parte* hic traditam, integram in medio posuero: كتاب تَهْذِيب الأَلْفَاظ لابى يوسف يعقوب بن اسحاق السِّكِّيتِ رحمه اللهُ هـذّبه الشيخُ الامام الاوحد ابو زكرياء يحيى بن على الخطيبُ التِّبْرِيزِىُّ أَدَامَ اللهُ إِمْتَاعَ اهلِ الادبِ بِبَقائه. Vides ergo, hic Ibno-s-Sicciti opus, a Tibrizio recognitum mendisque purgatum, offerri. Ibno-s-Siccit 3° Arabum saeculo vixit, mortuus a. 244 (secuudum alios a. 243 aut a. 246: conf. Ibn-Khallic. n. 837): multos reliquit libros, quorum plerique ad linguae Arabicae studium et ad litteras elegantiores pertinent, quorumque longe celebratissimus is est, quem إِصْلَاحُ المَنْطِق inscripsit, ab Hadji-Khalifâ (in Flügel. edit. I. p. 328 N. ٨٢٨) cum laude commemoratus. Inter reliqua viri opera apud Ibn-Khallicanem mentio quoque fit (et quidem duobus in locis) de كتاب الأَلْفَاظ, atque hic igitur liber, Hadji-Khalifae ignotus, in nostro de quo agimus Codice exstat. Offertur autem in illo *ex recensione Tibrizii*[*], qui tum, cum hoc *excellentissimum* exemplum exaratum est, adhuc in vitâ supererat: id enim ut jam ex inscriptione Lectori apparuit,

[*] Eundem quoque illud Ibno-s-Sicciti opus, de quo modo dixi (اصلاح المنطق), recensuisse et castigatius edidisse, tum ex Hadji-Khalifâ, tum ex Ibn-Khallic. (*et* in Ibno-s-Sicciti vitâ *et* in ipsius Tibrizii hoc narrante) notum est; de كتاب الالفاظ vero neuter idem retulit. In Bibliothecâ nostrâ unum istius libri exstat exemplum (Cod. 446, Cat. N. 845), quod ex inscriptione et initio apparet, textum *Tibrizianae recensionis* offerre, in subscriptione autem jam anno 495 exaratum esse legitur. E reliquis mihi notis exemplis (conf. *Cat. Bibl. Bodl.* II. p. 181 N. 213, 1; Casirii *Bibl A. H.* I. p. 8 et 27 N. 29 et 112) illud certe, de quo Casirius posteriori loco dixit, ejusdem recensionis esse nequit, si, ut ejus subscriptio docet, e Codice, anno 240 absoluto, profectum est.

ita ex subscriptione manifesto quoque sequitur, sic se habente: الحمد لله — وكَتَبَ هبةُ الله بن محمد بن ابراهيم ابن كوهيار الفارسىُّ بمدينة السلام سنة تسع وثمانين واربع مائة: cum ergo Tibrizium anno 502 obiisse constet (vid. Ibn-Khall. n. 810), hunc Codicem 13° ante ipsius mortem anno scriptum esse liquet. Initium libri, nullâ praefatione praemissâ*, statim in mediam rem lectorem adducit, sic incipiens: بابُ الغِنَى والخِصْبِ قال ابو يوسف يعقوب بن اسحاق السِّكِّيتِ قال الأَصْمَعِىُّ يقال إِنَّهُ لَمُكْثِرٌ وإِنّه لَمُثْرٍ يا هذا وقد أَثْرَى فلانٌ اذا كثر مالُه الخ. Secundum Caput, quod in nostri Cod. p. 14 incipit, بابُ الفَقْرِ والجَدْب est inscriptum; et sic complura sequuntur, in quorum singulis verba et vocabula Arabica, ad diversissima argumenta pertinentia, allata, poëtarumque versus, in quibus ea occurrunt, citati et explicati sunt. Post absolutum ultimum ipsius operis Caput (quod, paullo altius quam reliqua argumenti, sic inscriptum est: بابُ مـا تكلّمتْ به العربُ من الكلام المَهْمُوزِ مع غَيْره ممّا ليس بمهموز فتركـو هَمْزَه فاذا أَفْرَدُوه همزوه وربّما همزو مـا لـيـس بمَهْموزٍ) hoc legitur: آخِرُ تَهْذِيبِ كتابِ الأَلْفَاظ لابن السِّكِّيتِ وهذه زِيَاداتٌ فى الكتاب وحَـواشٍ: et sequuntur jam in 22 postremis paginis

* Quâ ex re temere conjiceres, hic non ipsius libri, sed fortasse alterius ejus voluminis, initium offerri: praeterquam enim quod antiquiorum scriptorum opera haud raro praefatione destituta sunt, inprimis animadvertendum est, consimili simplicissimo modo etiam اصلاح المنطق ejusdem auctoris incipere (بابُ فَعْلٍ وفِعْلٍ باختلاف المعنى الحَمْلُ ما كان فى بَطْنٍ الخ): unde viri litterati inter Arabes facete dicere solebant: إِصْلَاحُ المَـنْطِقِ كِتَابٌ بِلَا خُطْبَةٍ وأَدَبُ الكاتِبِ (لابن قُتَيْبة) خُطْبَةٌ بِلَا كِتَابٍ. Vide Nicollium in *Cat. Bibl. Bodl.* II. p. 181 ann. c, et Hamakerum in *Spec. Cat.* p. 3 vs. 4 et 5.

supplementa illa et ***scholia***, quae Tibrizius (nam hujus sine dubio, non scribae Codicis, snnt verba ea quae descripsi) in nonnullis libri exemplis invenerat, operaeque pretium ducebat suae recensionis fini adjungere. Alia operis exempla e Bibliothecarum Catalogis mihi nota non sunt.

N. 1391.

Titulus, hlc in Catalogo oblatus, ex ipsius Codicis (N. 613) inscriptione sumtus est, quae integra sic se habet: كتاب تهذيب المغرب فى اللغة لمصنّفه بعد تنميقه وترتيبه على حروف المجم مع اختصاره. Melius antem haec verba intelliges, et simul videbis, perperam ibi litteram ع vocis المعرب puncto notatam esse, si, ipsâ libri praefatione perlectâ, haec in ejus exitu ab auctore dicta repereris: وتَـرْجَمْتُه بكتاب المُغْرِب فى ترتيب المُعْرِب, et prius jam (statim post finitam solennem doxologiam) haec in eâdem offenderis: فهذا ما سبَق به الوَعْدُ من تَهْذيب مصنَّفى المُتَرْجَمِ بالمُعْرِب وتَنْميقه، وتَرْتيبه على حروف المجم وتَلْفيقه، اَخْتصرتُه لاهل المعرفة مـن ذوى الحَمِيَّة والأَنَفَه، من آرْتكاب الكَلِم المحرَّفة، بعدما شرحتُ الطُّرَفَ فى كُـتُب لم يَتعهّدها فى تلك النَّوْبة نَظَرِى، فتَقَصَّيْتُها[a] حتى تقضّيتُ منها وَطَرِى، كالجامع بشرح ابى بكر الرازى الخ. Hinc ergo evidens est, auctorem antea scripsisse librum, a se titulo المُعْرِب insignitum, hic vero, promissam rem praestantem, eundem librum denuo edere, summâ curâ et diligentiâ a se recognitum et retractatum, novoque nunc ordine secundum litterarum seriem dispositum: cui igitur jam paullo diversum quoque nomen tribuerit, ex

[a] Sic recte scriptum est in Cod. nostro 643, de quo mox dicam: Cod. 613 male offert فَتَقَضَّيْتُها. Verbum قَصَّى in 5a formâ cum *accusativo* rei, quam *summâ cum diligentiâ tractas et perscrutaris*, construi, locus confirmat a Grangereto de Lagrange editus in *Anthol. Ar.* p. ١٣٣ vs. 1 a f.

quo illa a se instituta ordinis mutatio appareret. Ab Hadji-Khalifâ prius istud opus الْمُغْرِب non commemoratum est, neque ullum etiam exemplum ejus superesse mihi innotuit, unde de ratione, quam in eo auctor secutus fuerit, certiores reddi possemus; at de secundâ hac editione (تَهْذِيب المعرب) Bibliographus ille in v. المغرب فى اللغة dixit, auctorem esse addens celebratae laudis virum illum, Abu-l-Fathum Nasirum al-Motarrizi, de quo jam supra in p. 344 vs. 9 a f. et p. 351 mentio facta est. Ibn-Khallican in vitâ ejus (n. 768) sequentia de hoc opere retulit, quibus argumentum ejus breviter et perspicue descriptum est: وله كتاب الْمُغْرِب تكلّم فيه على الأَلْفاظ التى تَسْتعملها الفُقَهاء من الغَرِيب وهو للحَنَفِيَّة مَثَابَةٌ [a] كتابِ الأَزْهَرِيّ للشافِعيّة وما ٱقْتصر فيه فانّه اتى به جامِعًا للمَقْصُود: unde vides, Motarrizio, hunc librum facienti, non propositum fuisse absolutum Arabicae linguae Lexicon condere, sed tale, cujus ope *Jureconsultorum* scripta intelligi possent[b]: ordo in eo observatus, idem plane est, quem Golius et reliqui nostri homines secuti sunt. In Bibl. Bodl. duo hujus libri exempla servantur (vid. Urii Catal. p. 230 et 237 N. 1067, 1° et 1117), et nostra praeter hoc etiam alterum continet, in Cod. 643 (Cat. N. 1394) oblatum. Huic a librario in primo folio inscriptum est: كتاب المغرب فى ترتيب المعرب من تصانيف

[a] Sic legitur hoc loco in Cod. P., nec dubitavi hoc praeferre lectioni in Cod. L. oblatae, نِهاية. Significat enim مَثَابَةٌ *locum quo iterum iterumque rediri solet*, et Ibn-Khallic. igitur figurate hic dixit, *librum illum Motarrizii ita ab Hanifitis identidem consuli, ut similem Azharii librum* (ab Ibn-Khall. in hujus vitâ, n. 650, etiam cum laude commemoratum, et ab Hadji-Khal. citatum in v. غريب الفقه) *a Schafiitis*.

[b] Sacyus id quoque retulit in *Anthol. Gramm. Ar.* p. 233.

الصدر الامام — ابى المظفر ناصر بن ابى المكارم المطرّزى,
e quibus ad auctoris nomen indicandum solum illud لابى المظفر in Catalogum vides receptum esse: quod ideo praesertim infelicius factum est, quia nescio an illud praenomen nusquam alibi Motarrizio datum sit: apud Ibn-Khallicanem et Hadji-Khalifam *Abu-l-Fath* vocatur, et Sacyus quoque, l. l., de hoc praenomine solo, non item de illo, mentionem fecit. Caeterum in Codice isto 643 Lexicon ipsum integrum quoque exstat, at desiderantur in eo omnia quae huic absoluto ab auctore subjuncta sunt. Quae qualia sint optime intelliget Lector, si ex Cod. 613 descripsero verba, quibus ad hanc appendicem transitus factus est:
ذَيْلُ الكتاب رسالةٌ فى النحو ذَيَّلْتُ بها كتابى هذا مضمِّنًا
ايّاها ما تشتَّتَ فى أَصْلِ المُعْرِبِ من الأَدَوَاتِ• وشىء من
مَسَائل الإِعْراب وجعلتُها اربعَةَ ابوابٍ مفصَّلةً الاول فى
المُقَدَّمات الثانى فى شىء من تَصْريف الاسماء الثالث
فيما لا يتصرَّف من الأَفْعال وما يجرى مجرى الأَدَوَات الرابع
فى الحروف وربّما ذكرتُ فى أَثْناء ذلك ما لم يَقَعْ فى الأَصْل الخ.
Complet haec appendix 40 ultimas illius Codicis paginas, et in altero eam desiderari eo magis mirum est, quod auctor in ipsâ praefatione se eam operi suo subjuncturum pollicetur (ثم ذيّلتُ الكتابَ بذِكْرِ ما وقع فى أَصْل المُعْرِب)

---

a Nomine أَدَاةٌ hic idem exprimitur, quod alias vocabulo حَرْفٌ (sive plenius حَرْفٌ جَاءَ لِمَعْنًى), nempe *particula nulli inflexioni obnoxia.* Sic in proxime sequentibus, الانعال وما يجرى مجرى الادوات evidenter significat *verba et istiusmodi formas verbales quae vim interjectionum nactae sunt;* et in loco quem mox e praefatione citabo, videbis, حُرُوف المَعَانِى respondere τῷ الادوات quod hic legitur. Ex Sacyi *Gr. Ar.* I. p. 435 jam notum est, articulum ال a Grammaticis dici أَدَاةُ التَّعْرِيف, *instrumentum definitionis.*

(من حروف المَعَانِى ٬وتَصْرِيفِ كَلِمَاتٍ متفاوِتَـةِ المَبَانى٬ الخ), quae verba ibi in Cod. 643 non minus quam in Cod. 613 exstant. — Initium libri in utroque nostro exemplo cum illo convenit, quod ab Hadji-Khal. (l. l.) est traditum, hisce quum verbis constet: بسم الـله الـرحمن الـرحيم وبه نَسْتعين٠ وأَحْمَدُه على أَنْ خَوَّلَ جَزِيلَ الطَّوْلِ٬ وسَدَّدَ للإِصَابَة فى الفِعْل والقَوْل٬ الخ*

Plura nunc secundo huic Libro non addam, cum jam nimis angustum sit spatium, quod tertio in hoc Volumine relictum est.

LIBER TERTIUS,

Quo fusius describuntur ii Codices, qui prae reliquis animadversione digni sunt [b].

In hoc igitur Libro tale quid praestare mihi propositum est, quale Hamakerus in *Specimine Catalogi*, et Galli in

---

* In Cod. 643 pro hoc verbo est ثِقَتِى.

[b] Supra jam dixi (p. 298 vs. 10 a f. et seq.), *unam* apud nos exstare longiorem annotationem Hamakeri, quâ argumentum *primi* Bibliothecae nostrae Codicis (Catal. N. 1526) fuse explicuit. Praeter hanc vero, quam mihi curae erit deinde in usum adhibere, nihil hic servatur quod ad hunc Librum componendum auxilio sit. Amplum illum Heymanni Catalogum nequaquam adjuvare posse ad hujusmodi propositum exsequendum, ex iis quae in p. 301—303, et praesertim p. 302 vs. 9 a f. et seqq., de eo retuli, abunde Lectori apparuerit: praeter reliqua enim, quae faciunt ut sex illa adversariorum volumina fere omni pretio careant, tam ineptam quoque rationem Heymannus secutus est, *et* in libris de quibus copiosius quam de caeteris exponeret, eligendis, *et* in locis describendis, ut universum illius institutum a nostro sensu et judicio mirum quantum discrepet.

celebrato illo opere: *Notices et Extraits des Manuscrits de la Bibliothèque du Roi*, praestiterunt: nempe, ut e Codicibus nostris eos, qui prae caeteris argumenti utilitate se commendare videantur, copiosiori descriptione in publicam notitiam perferam, et quae maximi momenti sint inde excerpta Lectori impertiam. Mihi vero cum persuasum sit, nullam fere partem Litterarum Arabicarum magis adhuc lucem desiderare, quam eum locum qui in Scriptorum aetate definiendâ vitâque explicandâ versetur, consequens est, ut inter Codices nostros et ipse maximi eos faciam, qui ad *historiam litterariam* illustrandam spectent, et eorundem cognitionem maxime etiam omnium interesse, quotquot in iisdem studiis operam ponant, existimem. Cujusmodi libri cum in thesauris Leidensibus tot tamque praeclari offerantur, ut praecipuum quoddam et plane singulare eorum ornamentum sint, hos ita sensim Lectori notos reddere constitui, ut in singulis *Orientalium* nostrorum voluminibus unum pluresve eorum fusius describam, et nomina Eruditorum, de quibus seorsim in iis mentio fiat, deinceps hic in medio ponam. Quod ut jam prius ab aliis in describendis istiusmodi libris institutum est*, ita plurimi tamen sunt,

* Ut a Casirio, *Bibl. Arab. Hisp. Escur.* T. I. p. 93 seq.; 95—102; 103—105; 128; 323—325; 402—444; T. II. p. 30—65; 73—118; 118—121; 121—133; 133—140; 140—150; 163 seq.; a Sacyo, operis *Notices et Extraits* Vol. IV. p. 270—272, p. 296—308; Vol. XII. p. 403—422; a Nicollio, *Catal. Bibl. Bodl. P. II.* p. 110 seq.; 131—136; 314—320; 335 seq.; a Moellero, *Cat. Bibl. Goth.* P. I. p. 98—101 (coll. *Append.* p. 21—25); P. II. p. 179—215; p. 224—226; et ab Hammero in Annalium Vindobonensium (*Jahrbücher der Literat.*) Vol. 72 *Anz. Bl.* p. 9—30; Vol. 73 *Anz. Bl.* p. 1—6, 6—16, 16—21; V. 74 *A. Bl.* p. 2—4, 5—7, 8—10, 11—14; V. 84 *A. Bl.* p. 41—49; V. 86 *A. Bl.* p. 48—50, 51 seq. et 53.

de quibus nihil adhuc publice relatum, aut qui nondum certe ita ut par est in communem utilitatem sint conversi *. Esse vero jam hoc ipsum insignis momenti, ut nuda *nomina* Eruditorum, de quibus in talibus operibus expositum sit, *accurate* descripta tradantur, quis est qui in dubium vocet? Partim enim in Arabum Litteris haec ipsa *nomina* saepe maximam difficultatem afferunt et plusquam reliqua omnia ab incautis imperitisve librariis corrupta sunt, ita ut de verâ eorum scriptione haud raro tum demum certus sis, cum in istis quae dixi operibus ea offenderis; ac partim quoque, omnibus utilissimum est scire, ubinam vita et merita alicujus poëtae aut scriptoris deditâ operâ explicata sint, et quo ergo se vertere debeant, si de tali viro ampliore notitiâ quam adhuc comparare potuerint, se instruere cupiant. Praeter istos tamen libros de aliis etiam, qui prae reliquis animadversione digni sunt, in singulis voluminibus agam, eumque semper ordinem hic observabo, quem nuperrime de Codice nostro 546 (كتاب المُعْجِب فى تَلْخيص أَخْبار السمَغْرِب لعبد الواحد بن على المَرّاكِشى) in Hoogvlieti *Specimine*, p. 6—18, exponens, secutus sum: nempe, ut initium ducam ab ipsis librorum argumeutis accuratissime et fuse describendis, tum quae necessaria videantur de auctorum aetate et vitâ adjiciam, ac denique de Codicum nostrorum externo habitu et bonitate referam. In primâ igitur descriptionis parte opportunitas erit e singulis operibus eos locos excerpendi, qui pro specimine Lectori impertiendi videantur, dum hoc quidem mihi in universum est propo-

* Quae istius generis exstant opera, in quibus de solis *poëtis* agitur (فى طبقات الشعراء), accurate nuper ab Hammero commemorata sunt in Annal. Vindobon. Vol. 86 *Anz. Bl.* p. 50 et 53—56.

situm, ut omnium de quibus hic dicturus sum librorum *exordia* integra in medio ponam ad eum usque locum ubi ad argumentum singillatim pertractandum transitus factus sit: quod ideo praesertim constitui, tum quia sic ipsi auctores de consilio et ratione operum suorum loquentes audientur, tum quia exordia illa singulari curâ atque artificio ab Arabibus perfici solebant, ut plerumque ex iis colligi possit, qnantâ doctrinae copiâ quisque instructus esset et qualem pulcritudinis atque elegantiae notionem animo informatam haberet. Quoscunque autem locos sic apponam, his, cum Latinam quidem interpretationem addere operosius quam utilius mihi visum sit, ubique tamen in Lectoris gratiam vocalium notas largissime et cum maximâ curâ adscribam, praetereaque in annotatione subjectâ ea omnia illustrabo, quae aut impeditioris sensûs sint, aut solo adhibito Freytagii Lexico non satis intelligi queant.

Ad ipsam ergo rem progredior, et in hoc quidem volumine de *duobus* libris relaturus sum, quorum alter proxime ad historiam litterariam spectat, alter paullo diversi argumenti est.

كتاب قَلائِد العِقْيان ومَحَاسِن الأَعْيان لابى نَصْر الفَتْح بن خاقان
Cod. 35 et 306 (Catal. N. 1450 et 1002).

Miraris fortasse, me hoc Ibn-Khakanis opus hic describendum sumsisse: utpote de quo non tantum ipse jam paucis in *Specimine Critico* egerim, p. 9 seq., sed cujus argumentum etiam fuse tam a Casirio, *Bibl. A. H.* T. I. p. 103—105, quam a Moellero, *Cat. B. Goth.* p. 224—226, sit expositum. At ne dicam, a Casirio quidem, more suo, plurimorum vi-

rorum nomina aut negligenter descripta aut male pronuntiata esse, Moellerum vero de quatuor Libris, quibus opus constet, duos posteriores fere prorsus omisisse; haec praesertim causa me impulit ut denuo in eâdem re operam locarem, quod brevi postquam *Specimen* meum edidi, alterum in thesauris nostris Codicem offendi, quem accuratius considerans *et* Gothano *et* altero illo Leidensi, quibus usus eram, aliquanto meliorem ac locupletiorem esse comperi. Cum igitur in novo hoc Codice non tantum locos a me editos multifariam emendatiores et passim etiam copiosiores offerri, verum in eodem integra quoque Capita exstare vidissem, quae utrique illi plane abessent; cumque praeterea Codex Escurialensis, quantum ex Casirii descriptione appareret, nec cum hoc nec cum illis omni ex parte conveniret, haec quidem res mihi digna visa est, quae pluribus etiam Codicibus conferendis illustraretur. Quare cum duos Parisiis in Bibliothecâ Regiâ servari, ex edito Catalogo mihi notum esset, rogavi Virum Doctissimum Josephum Müllerum *, exeunte anno 1833 hic commorantem et hinc Parisios cogitantem, ut si eo venisset, meam in gratiam de duobus illis Codicibus inquireret, et si copia esset, tum locos a me editos cum utroque conferret, tum singula Capita in iis oblata notaret. Quod ut ille statim animo libenti in se recepit, ita rem promissam haud ita multo post egregie praestitit, omniaque quae petieram humanissime suâ manu scripta mihi largitus est. Quo ergo beneficio factum, ut ipsos quidem locos illos dein ex *quinque* Codicibus, studiose inter se collatis, emendatius editurus sim,

* Qui nuper de Litteris Orientalibus praeclare meritus est conscribendâ doctâ dissertatione *de linguâ Pehlvicâ*, quae edita est in *Journal Asiat.*, 3e *Série*, T. VII. p. 289—346 (*Essai sur la langue pehlvie*, par M. le Dr Müller).

ut vero jam hic de universi operis argumento, ut in diversis exemplis offeratur, multo certins uberiusque exponere possim. Quam rem aggrediens, id unum adhuc praedicendum habeo, quibus signis diversos illos Codices Lectori indicaturus sim: Leidensem 306 litterâ A., et 35 litterâ B. significabo; e Parisiensibus alterum, qui antiquior est et in Catalogi pag. 177 N. 734 commemoratur, litterâ C., alterum recentiorem, in Catal. p. 249 N. 1415 notatum, litterâ D.; Escurialensem litt. E., et Gothanum denique litterâ G. designabo: praefationem vero operis, quam e Codice G., anteaquam hunc Gotham remitterem[a], una cum Capite de Ibn-Abduno[b] describere curaveram, tantum ex hoc et ex utroque nostro exemplo edere potero, cum nec Casirius eandem ex Escurialensi in medio posuerit, nec ego Müllerum rogare ausus sim, ut hunc quoque longiorem locum e Parisiensibus Codicibus mibi descriptum suppeditaret.

Celebratum igitur Ibn-Khakanis opus, cui nomen est: قَلائِد العِقْيان ومَحاسِن[c] الأَعْيان (*Monilia auri, et loci pulchri virorum (in Litteris) excellentium*), sic incipit:

---

[a] Qood jam initio mensis Julii anni 1831 factum est, pancissimis diebus antequam novum illum Codicem in nostris thesauris reperi.

[b] Quo illius Capitis apographo etiam usus est Hoogvlietus ad illud emendatius quam e solis nostris Codicibus potuisset, edendum: conf. ejus *Speciminis* p. 99 seqq.

[c] Sic, credo, auctor scripsit, non فى محاسن. In praefatione quidem nomen operis non indicatum est, at omnes tamen Codices illud *et* in ipsorum inscriptione et subscriptione, *et* repetitis quoque vicibus in initio et fine diversorum Librorum exhibent. Quibus in locis quanquam non constanter in omnibus ومحاسن scriptum est, mihi tamen hoc ab ipso auctore, alterum, utpote in librorum titulis *usitatius*, a Codicum scribis profectum videtur. Quod judicium ut magis Lectori probem, hic in conspectum ei dabo, quanto major auctoritas illam quam hanc lectionem tueatur. ومحاسن offertur in inscriptione Codicum B.

بسم الله الرحمن الرحيم

[a]الحمد لله الذى راضَ لنا[b] البَيانَ حتّى انْقاد[c] فى أَعِنَّتِنا[d]
وشاد[e] مَثْواه[f] فى أَجِنَّتِنا[g] وذلّل لنا من الفَصاحة ما

(sed manu Golii) E. (teste Casirio) et G.; porro in subscriptione *primi* Libri in Codd. A. et B.; in inscriptione *secundi* Libri in A. B. et D.; in subscriptione prioris voluminis Codicis A., et prioris tomi operis in Codd. B. et C.; in subscr. *secundi* Libri in B.; in inscr. *tertii* Libri in A. B. et D.; in subscr. ejusdem Libri in A. et B.; in inscr. *quarti* Libri in A. B. C. et D., ac denique in subscr. Codicum B. et D. et posterioris voluminis Codicis A. Contra فى محاسن, quantum equidem vidi aut rescivi, exstat tantum in inscriptione utriusque voluminis Codicis A., itemque (ut e Catalogo liquet) in inscr. Codicum C. et D. (ac Bodlejani illius quem commemoravit Urius l. l. p. 138 N. 706); porro in inscr. *secundi* Libri in Cod. C., ac postremo in subscr. *quarti* Libri in hoc eodem Codice. Vides ergo, Codicem B. sibi plane constare in lectione ومحاسن, et reliquos etiam omnes multo magis hanc quam alteram confirmare.

[a] In A. hic +: عَوْنك اللهُمَّ; in B. صلى الله على سيدنا ومولانا محمد وعلى اله وصحبه وسلّم; in G. solum ربِّ. E Parisiensibus in C. +: اللهم يسِّر برحمتك يا كريم, in D. nihil. [b] In A. hic praemissum est: قال ابو نصر الفتح بن محمد القيسى; in G. قال الوزير الكاتب ابو النصر الفتح بن عبيد الله ابن خاقان القيسى الاشبيلى رحمه الله; in C. قال ابو نصر الفتح بن محمد بن عبد الله القيسى; in B. et D. nihil. [c] In A. rubro colore adscriptum est: بمعنى مَهَّدَ. [d] — in B.

[e] Sic sine dubio legendum est. In A. perperam offertur ورادِ; in B. وشاذ; in G. وشار. Verbum شاد significat *gypso obduxit* palatium, et hinc ergo latius patet ad notionem exprimendam *magnifice* (et etiam *firmiter alteque*) *exstruendi*. Conf. inprimis Harir. ed. Sac. p. ٥ vs. 2, p. ٩٢ vs. 2, p. ۴۳۴ vs. 1, et Scholia ad hos locos; itemque *Vitae Timuri* ed. Mang. T. II. p. 502 vs. 10.

[f] In A. rubro colore adscriptum est: بمعنى المحلّ.

[g] In A. hic itidem adscriptum: بمعنى القلب. Putavit igitur is cui haec glossa debetur, formam pluralem أَجِنَّة hic non, ex usu vulgari, ad singularem

تَصعَّبَ[a] فمَلَكْناه‘ وأَوْضحَ[b] لنا من[c] مُشْكِلاتها ما تَشعَّب حتّى
سَلَكْناه[d]‘ فصارَ [e]الكلامُ لنا[e] عَبْدا يُجيب [f]مَتَى نادَيْناه[f]‘
وسَهْما يُصيب الغَرَضَ اذا رَمَيْناه‘ وصلّى اللهُ على [g]النبيّ
محمد[g] الذى بعثه بَشِيرًا ونَذِيرًا‘ وداعِيًا الى الله بإذنه

جَنِينْ (*embryon*), sed ad sing. جَنَانْ (*cor*) roferendam esse. Et multis fortasse loci sententia videhitur ei opinioni favere: nam facilius aine dubio ad explicandum est: *Laus Deo sit, qui nostrum in usum condocefecit eloquentiam — — et splendide exstruxit mansionem ejus* IN CORDIBUS NOSTRIS, quam IN EMBRYIS NOSTRIS: quod tamen si auctor voluit, hoc expressisse videtur: *et* NOS CUM EMBRYA ESSEMUS *ita finxit et informavit ad eloquentiam, ut nobiscum nata haec virtus sponte suâ adoleverit magnumque virium robur acceperit.* Cum igitur *necesse* non sit, ut glossae anctori credamus, linguae usus potius contrarium suadere videtur: in infinitis enim locis (nec semel etiam in Korano) أَجِنَّةٌ *embrya*, nusquam, quantum scio, *corda* significat: etsi ab alterâ quoque parte fatendum est, per linguae analogiam haud minus liberum fuisse *ut* a sing. جَنَانْ, quam ut a جَنِينْ, ista pluralis forma duceretur: sic a جَنَاحْ factum est أَجْنِحَةٌ, ut a بَتَاتْ, أَبِتَّةٌ (conf. Sacyi *Gr. Ar.* I. p. 365).

[a] Apparet, 5^{am} formam تصعّب hoc loco secundum propriam vim suam significare *contumacem se praebuit.*

[b] A. وسهّل. [c] — in G.

[d] In G. male est سكلناه. Verbum سلَك significat *inseruit* rem in alteram, ut ex. c. filum in acum, collum in laqueum, aut etiam hominem in catenam (ut in Koran. 69: 32); vis autem formae 2^{ae} شعّب est *in ramos* (شِعَاب) *divisit*, et 5^{a} ergo significat *divisit se in ramos, in diversas partes segregatus est.* Quare verba hic oblata sic proprie vertenda sunt: *et manifestum nobis reddidit e rebus obscuris ejus* (eloquentiae) *id quod in diversas partes segregatum erat, ita ut nos illud (in commune vinculum) inseruerimus;* hoc est: *diversissimi generis difficultates cum eloquentiâ olim conjunctas ita nobis solvit, ut jam omnes eas unius instar rei animo nostro explicatae comprehendamus.*

[e] G. لنا الكلام. [f] B. اذاما نديناه. [g] G. سيدنا محمد النبى.

وسِراجًا مُنِيرًا ' وبَعْدُ فانّ الادب اجملُ ما ᵃٱلْتَحَفَتْه
الهِمّه ' وعرفَتْه هذه الأُمّه ' فانّه مُطْلِقُ اللسانِ من عِقَال '
ومُنْطِقُ الانسانِ بصَواب المَقَال ' وله من النَّظْم والنَّثْر نَجْمانِᵇ
صارت القلوبُ لهما فَلَكًا ' والخواطِرُ مَسْلَكًا ' وما زالت
صدورُ الملوكِ لهما مَحَلًّا ' ᵈولَبّاتُهم بهما تَتَحَلّاᵈ ' ومُجْتَمَعاتُهمᵉ
مَيْدانَ مَجالِهما ' ومَكانَ رِوَايتِهماᶠ وٱرْتِجالِهما '

ᵃ Forma 8ᵃ التحف significat *operuit se veste super reliquas induenda* (لِحَاف): qualis igitur vestis nomen si *additur*, consequens est, ut hoc cum praep. ب construatur (التحف بِلِحاف); at non mirum tamen, *logicâ*, ut dicitur, constructione idem in *accusativo* quoque poni posse, quasi proprius verbi sensus esset: *induit sibi ad corpus operiendum* talem vestem (exemplum hujus constructionis etiam exstat in *Vitae Timuri* T. II. p. 736 vs. 1, in verbis وٱلْتحف ذَيْلَ الليلِ, *et operuit se syrmate noctis*). Verba hic oblata sic ergo vertenda sunt: *litterae elegantiores sunt pulcherrimum quo unquam se involvit animi propositum* (h. e. *cui unquam animus totum se dedidit*), *quodque ad notitiam hujus gentis* (Arabum) *pervenit*.

ᵇ B. male نجما. ᶜ In A. hic +: لهما. ᵈ Haec tria verba — in G. In A. pro بهما تتحلا mirâ corruptelâ exstitit بهما مجسى. In eodem sub voce ولباتهم rubro colore adscriptum est: ما بين الصدر والعنق.

ᵉ Evidens est, formam مُجْتَمَعاتٌ hic pluralem esse ductam a sing. مُجْتَمَعٌ, *locus ubi cum aliis conveniunt* homines, *conciliabulum*. Ut enim *infinitivi* derivatarum formarum in plurali *femininum* exitum accipiunt, ita idem fit in *participiis passivis*, si *nomina loci* significant, quin etiam in *ipsis* nominibus loci, quae a 1ᵃ formâ verborum *concavorum* sunt ducta, ut مَقَامٌ, plur. مَقَامَاتٌ; مَزَارٌ, pl. مَزَارَاتٌ (conf. ex parte Sacyi *Gr. Ar.* I. p. 357 seq. N. 834 et 837, Ewaldi *Gr. Ar.* I. p. 179). Quae mox sequitur forma مَجَالٌ non *nomen loci* hic est, sed *infinitivi* vim habet, plane ut a قال fit مَقَالٌ, at ab عاش, مَعَاشٌ.

ᶠ Sic putavi edendum esse, cum in Codd. exstat روينهما, quae litterae in G. sine ullâ vocali sunt scriptae, in A. autem sic: رَوِيّتهما, et in B. hoc modo:

تُرْتَشَفُ[a] فيها[b] ثُغورُهما، ويَخْطِفُ[c] لديها[d] نُورُهما، وكأَنَّ النَّدَى يَسْقِيهما فيُثْمِرانِ[e] بالإبْداعِ، ويُسْفِرانِ عن مَحاسِنَ كالصُّبْحِ عند الانْصِداعِ، ثُمَّ تقلَّصَ ذلك البُرْدُ الضافِي[f]، وتكدَّرَ وِرْدُ[g] الأَمَلِ الصافِي[h]، وزُهِدَ فى آنْتِشاءِ المَعارِفِ، وعُرِّيَتْ[i] الهِمَمُ مِنْ[k] تلك المَطارِفِ[l]، ورَمَتِ المَحاسِنُ أَغْراضَ المَطالِبِ[m]

رُوِيَتهما. Posterior pronuntiatio nullo modo per loci sensum admitti potest; prior autem bene se haberet, si formae رَوِيَّةٌ eadem vis esset ac formae رِوَايَةٌ, nempe *infinitivi* significantis *allegura* dicta, *recitare* carmina aliorum. Quod tamen cum mihi plane ignotum sit, necesse esse duxi lectionem mutare.

[a] A. يرتشف; B. ترشف. [b] G. male فيه: referendum enim est ad مجتمعاتهم.

[c] G. male ويقطف. De vi autem verbi خطف conf. *Spec.* mei p. 35 vs. 6 et p. 121 ann. 173, itemque libri فاكهة الخلفاء, edit. Freyt., p. ١٥٧ vs. 13 a f.

[d] B. لدينا. [e] Haec in A. (recentiore manu hic refecto) jam male sic leguntur: ومقامَها يُشْعِران. [f] In A. rubro colore adscriptum est: التشمير.

[g] In A. hic itidem adscriptum: السابل. Ex quâ glossâ igitur addendum est Lexicis, سَابِلٌ idem quod سَابِغٌ, nempe *longam* vestem, significare: conf. potestas 4ae formae أَسْبَلَ et formarum سَبَلَةٌ, سَبِلٌ, سَبْلَاءُ caet.

[h] G. male وروود: وِرْدٌ enim hoc loco *aquam* ipsam, sive *aquae portionem*, significat (conf. locus in Grangereti de Lagrange *Anthol. Ar.* p. ٥٣ vs. 10).

[i] In A. (recentiore manu etiam hic refecto) male pro hoc verbo nunc legitur تلك, et pro sequenti وعريت, وعزبت: huic autem وعزبت rubro colore adscriptum est: خرجت. [k] G. male عن.

[l] In A. rubro colore adscriptum est: النواحى. Putavit igitur glossae auctor, in errorem adductus per mendosam lectionem وعزبت (vid. ann. i), voci مِطْرَفٌ (*pallium sericum*) hic eandem potestatem atque formae طَرْفٌ (*tractus*) esse tribuendam.

[m] G. male الطلاب: dicit enim Ibn-Khakan, tempore illo litteris infeliciori *direxisse quidem pulcros ingeniorum foetus tela sua in scopos petitionum*

فما أَصابَتْ، وهَمَتِ البَدائعُ فلم تُونِعْ^a لها الرَّغائبُ حين صابَتْ، فكَلَّتِ الخَواطِرُ، وأَقْشعَتْ^b سَحَائبُها المَواطِرُ، وأَصْبحَ^c الادبُ قد دَجَتْ مَطالِعُه^d، وخَوَى طالِعُه^e، ولمّا رايتُ عِنانَه فى يد الاِمْتِهَان^f، ومَيْدانَه قد^g عُطِّلَ من الرِّهَان، وبَواتِرَه^h

(h. e. *operam quidem dedisse elegantioris doctrinae viros et poëtas, ut pulcris scriptionibus et carminibus suis principum favorem ac beneficia sibi conciliarent), verum quod vellent non assecutos esse.*

[a] Sic sine dubio ex A. legendum: B. male offert ترتع, G. توقع. Verbum ينع tam in 4ª quam in 1ª formâ significat *ad maturitatem pervenit*, et in illâ quidem formâ imperfectum ejus et participium esse debent يُونِعُ et مُونِعٌ, sicut ab أَيْسَرَ fit يُوسِرُ et مُوسِرٌ (conf. Sacyi *Gr. Ar.* I. p. 240). Vertenda igitur sunt hujus articuli verba: *at manaverunt quidem (pluviae instar) novae res* (forma illa pluralis بَدَائِعُ *omnia* exprimit *quae aut cogitationis aut dictionis novitate se commendant:* conf. Tijdemanni *Consp.* p. 78 vs. 2, Grang. de Lagrange l. l. p. ٤٣ vs. 9, et *Spec.* mei p. 20 vs. 3), *verum ad maturitatem non pervenerunt illis, quando (in humum) descenderunt, res expetitae.*

[b] In A. rubro colore adscriptum est: زوال. [c] G. فاصبح. [d] In G. est انوارة ومطالعه, idemque nunc quidem in A. offertur, verum ita, ut recentior manus vocem انوارة in margine, et copulam و in textu addiderit.

[e] Haec verba inde sunt explicanda, quod *constellatio sub quâ quis natus est* (طالِعُه, vulgo *horoscopus ejus*) appellari solet *domus* ejus *coelestis* (conf. Syriacum illud ܒܝܬ ܡܘܠܕܗ, *constellatio sub quâ natus est*, Bar-Hebr. p. 219 vs. 3 a f., p. 535 vs. 8 a f. caet., et ܒܝܬ ܡܘܬܗ, *constellatio sub quâ moriendum ei est*, ibid. p. 268 vs. 3). Hic igitur si talis constellatio *collapsa et ab incolis deserta esse* dicitur, significari vides *interitum illius cujus fata cum hac conjuncta essent.*

[f] Forma 8ª امتهن etiam significat *despectui habere, contemnere:* unde infinitivus امتهان saepe *despectum, contemtum* exprimit. Conf. Harir. ed. Sac. p. ٥٩ vs. 2 et p. ٤٤١ vs. 7, et Scholia ad utrumque locum.

[g] G. male فى. [h] A. male وبوانزة. Forma autem بَوَاتِرُ, sic substantive posita ad *gladios acutos* significandos, etiam offenditur in A. Schultensii *Excerptorum ex Ispahanensi (Vitae Saladini* subjunctorum) p. 11 vs. 9.

قد صَدِئَتْ فى أَغْمادها، وشُعَلَه قد قَذِيَتْ[a] بِرَمادها،
تَداركتُ منه[b] الذَّمَاء[c] الباقِى، وتلافَيْتُ له[d] نَفْسًا
بلغتِ[e] التَّراقِى[f]، وٱنْتحبتُ[g] منه لُمَّعًا[h] كالسُّيوف

[a] B. male قديت. Verbum قَذِىَ, cum proprie de *oculo* usitetur, qui frusto culmi aut pulvisculo illapso *male affectus lassusque est*, hic de *lignis ardentibus* dicitur, quae cinere *obruta et suffocata sunt*.

[b] In A. (quem recentior manus hic refecit) nunc male offertur انه. [c] B. male الرماء, G. الدما. [d] G. منه. [e] B. male لغت.

[f] Vides, formam تَرَاقِى hic pluralem esse ductam a sing. تَرْقُوَةٌ, et vim ergo verborum esse: *et restitui ei animam quae prope jam aberat ut corpus relinqueret.*

[g] B. male وانتحب.

[h] In B. et G. huic voci nullae vocales sunt additae: in A. offertur لُمَعًا. Et *pluralem* quidem formam esse, evidenter apparet e sequenti verbo تُقِفَتْ: unde fieri non potest, ut hic لَمْعًا pronuntietur, quam vocem *speciminis* potestatem habere, in annotatione meâ ad Hoogvlieti *Specim.* p. 10 med. dixi, et confirmat etiam locus in Kosegartenii *Chrest. Ar.* Praef. p. XVI. vs. 3. Nihilominus vero scriptio, in Cod. A. oblata, probetur, duo obstare videntur: primum quod non satis certum sit, formam pluralem لُمَعٌ apud Arabes reverâ usitatam fuisse; quae in Freytagii quidem Lexico, una cum formâ لِمَاعٌ, ad singularem لُمْعَةٌ refertur, at nescio quâ auctoritate id factum sit, nam in nullo certe Arabum Lexico, quod a me hic consuli potuit, mentionem ejus fieri vidi, cum de solâ formâ لِمَاعٌ loquantur; deinde vero hoc etiam obstat, quod si vel de istius formae bonitate plane constaret, nulla tamen singulari لُمْعَةٌ in Lexicis significatio adscripta sit, quae huic loco idonea haberi queat. Putavi igitur, لُمَّعًا pronuntiandum esse, eamque formam esse pluralem, ad singulares لَامِعٌ et لَامِعَةٌ referendam. Nimirum a participiis 1ae formae, tam foemininis quam masculinis, pluralis فُعَّلٌ duci solet, et haud raro quidem, si *substantive* usurpentur: sic ab حَاكِمٌ, *judex*, fit plur. حُكَّمٌ, itidemque a بَاهِلَةٌ, *camelus libere pascens*, pl. بُهَّلٌ (conf. Sacyi *Gr. Ar.* I. p. 362 N. 847). Cum

الْمُرْهَفَة[a]، وَالشُّفوف الْمُفَوَّفَة[b]، قد ثُقِّفَتْ[c] تَثْقيفَ[d] الْقِداح، وأُبْرِزت [f]كالناهِد الرَّداح، وٱنْتقيتُ من تَوْلِيدِه الْمُخْتَرَع، وتَجْوِيدِه الْمُسْتَبْدَع[g]، لُمَحًا[h] يَهِزُّ لها الزمانُ عِطْفَه ٱنْتِشاء،

gitur verbum لَمَعَ significet *rutilavit*, *micuit* fulmen, nemo dubitabit, quin a poëtis atque elegantioris prosae scriptoribus participio لَامِعَةٌ substantiva potestas *fulminis micantis* tribui, atque ab hac singulari formâ pluralis لُمَّع duci potuerit: quâ vi hic admissâ locus ad explicandum facilis erit, et simul videbis, imagines, quae ad *perfectionem* exprimendam sequuntur, cum figurato nomine *micantium fulminum*, hic *egregiis splendidisque speciminibus* tributo, optime convenire. Dicit Ibn-Khakan, se ad hoc opus componendum ex elegantioribus litteris *elegiase micantia fulmina*, *gladiis tenuibus et vestibus pellucidis elegantarque tinctis similia*, *quae (ab auctoribus) formâ fuissent instructa adeo rectâ uti rectae redderentur sagittae*, *at sic (e nubibus suis) in conspectum eductas uti in conspectum produceretur virgo matura et consummatae pulcritudinis*. Infra, in annot. *h*, locum ex hoc opere adscribam, in quo certum mihi videtur, eandem formam لُمَّع offendi.

[a] In A. rubro colore adscriptum est: المسنون. [b] In A. hic itidem adscriptum est, ad prius vocabulum: برود الحرير, at ad posterius: الحططة.

[c] Hic itidem in A. adscriptum: قوّمت. [d] B. male تشقيق, G. ثقيف.

[e] In A. rubro colore adscriptum est: السهام. [f] In A. hic itidem adscriptum est, ad prius vocabulum: الذى (l. التى) ظهر ثديُها; ad posterius: المتلاة (l. الْمُمْتَلِئَة) لَحْمًا. [g] A. male المستبرع.

[h] Sic edendum putavi, auctoritatem sequens Codicis B., qui offert لمحا: in A. et G. hic iterum لمعا exstat, et in illo quidem danno, adscriptis vocalibus, لُمَعًا. Evidens sane est, eandem formam non bis eâdem significatione hic ab Ibn-Khakane poni potuisse; et hoc solum igitur argumentum jam sufficeret ad lectionem, in B. oblatam, multo probabiliorem reddendam. Verum accedit, quod in hoc opere alius locus exstet, qui cum hoc collatus omne dubium tollat. Nempe *tertii* Libri inscriptio (deinde suo etiam loco tradenda) sic se habet: القسم الثالث — فى لمع أَعْيانِ القُضاة ولمح العُلَماء السَّرَاة: et ibi quidem in *quatuor* quos adhibere potui Codicibus vocabula لمع at لمح perspicue scripta, in *nullo* autem vocalibus instructa sunt. Cum igitur certum

وتَـرُوق كـــالنُّجوم طلَعتْ[a] عِشَاءً، وضممتُها الى صِوَان[b]
يَحْفَظُها، ودِيوانٍ يُبْديها للعُيون فتَلْحَظُها، لِـيُـعْـلَـمَ أنّ
لِلْأوَان[c] آفْتِنَانًا[d]، جَرَّتْ[e] له العَوَائِقُ[f] بِنَانًا[g]، وبَيانًا، أبْـقَـتْ

---

videatur, alterum hic ita plane ut ibi cum altero junctum, et in utroque loco eandem iis vim tribuendam esse, difficultas tamen haud minor in formâ لمع explicandâ se offert, quam vidimus cum formâ لمع conjunctam esse. Nulla in Lexicis forma *pluralis* offertur, iis litteris scripta, et *pluralem* tamen esse, etiam hic sequentia لها et وتَرُوقُ demonstrant. Quare, ut alterum vocabulum لُمَعٌ pronuntiandum putavi, ita hoc quoque non dubito quin لُمَعٌ legendum et consimili ratione explicandum sit. Nempe verbum لَمَحَ significat *levi celerique oculorum jactu adspexit* mulier: mirum ergo esse non potest, si participio لَامِحَةٌ substantive potestas *oculi celeri se jactu moventis intuentisque* tributa, et ab hac singulari formâ pluralis لُمَحٌ ducta sit. Quam rem hoc quoque confirmat, quod in Freytagii Lexico alia forma pluralis, ab eâdem singulari لَامِحَةٌ ducta (لَوَامِحُ), reverâ in Hodhailitarum Diwane substantivam *oculorum* potestatem habere legatur. Nec opus quidem erit ut addam, *oculorum rapido motu intuentium* vocabulo nullum posse huic loco magis congruum esse, tum ad figurate eandem illam notionem *egregiorum speciminum* exprimendam, tum ut bene cum hoc jungantur sequentia: *quibus visis Tempus ipsum movet latus suum, ad ebrietatem usque hilare, et quae clare fulgent ut astra* caet. — Inscriptionem, de quâ dixi, *tertii* Libri optimum quoque sensum habere, si vocabula لمع et لمح eodem hoc modo pronuntiaveris et explicueris, neminem latebit. Nam collatis reliquorum Librorum inscriptionibus apparebit, eo loco quo in illiâ vocabula لمع et لمح posita sint, in his *pluralia* غُرَرٌ, أُنْمُوذَجَاتٌ, مَحَاسِنُ, فِقَرٌ, بَدَائِعُ et رَوَائِعُ, offendi; ac simul evidens erit, significationem quam utrique adscripsi, et quam figurate *egregia specimina* exprimere putavi, prorsus aequalem esse earum vocum potestati, quae in reliquorum Librorum titulo *pulcherrimos locos* denotant..

[a] G. male طلعة. [b] In A. rubro colore adscriptum est: ظرف. [c] Sic necessario legendum videtur: A. et G. offerunt بالاوان, B. الاوان. [d] B. et G male افتتانا. [e] G. male جدت. [f] In A. rubro colore est adscriptum: الهمم.

[g] In A. scriptum est بَنَانًا, quod nullum sensum hic habet. بِنَانٌ est forma

منه [a]أَثَرًا لا عِيَانًا، ورِجالًا لم تُفَسِّحْ [b] لإبْداعهم [c] مَجَالًا، فتلفَّعتْ [d] مَحاسِنُهم بنِقابها، وتَوارَتْ كالأَراقِمِ فى أَنْقابها، فأَظْهرتُ ما خَفِيَ من مَحارِهم [e] ودللتُ [f] على مَراتِبِهم فى المَعارِف وأَقْدارِهم، وٱسْتثبتُّ [g] [h] فى ٱنْتقاهُ [h] مَنْ أُثْبِتُّ، وٱنْتخبتُ [i] ما جَلَبْتُ [i] وشَنَّفْتُ [k] ما صَنَّفْتُ، حتّى أَتَى وكأَنَّ البدرَ فى لَبَّته، ونَسِيمَ المِسْك من هِبَّته [l] تَجْنَحُ اليه الأَفكارُ،

---

pluralis, ducta a sing. بِنَّةٌ (in Freytagii Lexico per errorem بَنَّةٌ scriptum est), *gratus odor:* quâ significatione hic adhibitâ, locus sic facile explicatur: *ut scirent homines (hunc librum legentes), aevo (praeterito) fuisse stili ornati diversitatem, cujus gratos odores temporum vicissitudines secum traxerint (et ad nos transtulerint).*

[a] Sic recte in A.; B. اثر الآ عيانا, G. اثر الاعيانا.

[b] In A. male est يُفْسَحْ: subjectum hujus verbi sine dubio est praecedens vox العوائق, ut sensus sit: *et viros fuisse (praeterito aevo), quorum facultati novae res producendi temporum vicissitudines non amplum concesserint circum* (h. e. *quos multo prius quam ipsorum ars meruisset e medio sustulerint*), *ita ut eximiae dotes eorum sepulcro fuerint obrutae.*

[c] In A. rubro colore adscriptum est: الفضلات. Glossae auctor hic ergo male pronuntiavit لأَبْداعهم, at formam أَبْدَاعٌ pro plurali habuit ad singularem بِدْعٌ referendâ: quae cum significet etiam (teste Kamuso) الغاية فى كل شىء (*summum in quoque re*), illa pluralem ejus hic voce فَضَلَاتٌ (*res redundantes*) explicuit.

[d] G. male فتلفعن. [e] Sic recte offert B.; in A. exstat اثارهم, in G. obscurius مخامهم. [f] A. واستدللت; in G. autem post ودللت:+ واطلعت.

[g] A. male واستبنت: sensus enim loci est: *et circumspectione usus sum in seligendis illis quos hic in medio posui.*

[h] G. male من انقا. [i] In A. (quem recentior manus hic refecit) male nunc legitur: وبيّنت ما حلّيت. [k] In A. rubro colore adscriptum est: زينت.

[l] B. male هيته; contra vox هِبَّةٌ hic optime se habet, idem atque حَالٌ significans.

جُنوحَ الطَّيْرِ الى الأَوْكارْ ويَكْلَفُ[a] به الخاطِرْ كَلَفَ
المَعْطِسِ بالنَّسيم العاطِرْ ولم يَزَلْ شَخْصُ الادبِ وهو مُتَوارٍ
وزَنْدُه غيرُ وارٍ[b] وجَدُّه عاثِرْ[b] ومَنْهَجُه[c] داثِرْ الى ان اراد
اللهُ إِعْلاءَ اسمِهِ[d] وإِحْياءَ رَسْمِهِ[d] وإِنارةَ أُفْقِهِ وإِعادةَ رَوْنَقِهِ[d]
فبعَثَ من الأَميرِ الأَجلّ[e] ابى اسحاق ابراهيمَ[e] بنِ يوسف

---

[a] In A. rubro colore adscriptum est: يقلق. [b] In A. hic itidem adscriptum est, ad prius vocabulum: حظ وعظمة, ad posterius: واقع. [c] A. male ومبهجة. [d] Haec quatuor verba — in B.

[e] In A. scriptum est ابى اسحق ابرهيم. De hoc filio Regis Jusofi ibn-Taschifin paucis jam dixi in *Spec. Crit.* p. 7 ann. 3; locis autem, ibi e Condei opere citatis, adde II. 84 vs. 8 a f., ubi inter Jusofi filios hic quoque *Ibrahimus* nominatus est. Caeterum ex illâ annotatione apparet, a Jusofi filiis duos tantum prae reliquis celebratos esse, Alium, qui anno Ar. 500 patri in Morabitorum regnum successit, et Abu Tahirum Tamimum (ابو طاهِر تَمِيم; in *Spec.* l. l. perperam edidi ابو طير تميم, in errorem adductus per vagam illam et obscuram Condei in nominibus propriis exprimendis rationem: nimirum ille in p. 192 *Abu Tair Temim* scripsit, quo cum nihil aliud putarem designari potuisse quam arabicum ابو طَيْر تميم, mirabar quidem illud ابو طَيْر, sed tamen, ut a Condeo sine dubio spectatum, confidentius in textum recipiebam. At brevi jam post editum *Specimen* me deceptum fuisse agnovi, collatisque aliis locis ejusdem Condei operis (II. p. 231 vs. 8 a f., p. 244 vs. 1, p. 251 vs. 5), itemque loco ex Ibn-Khakanis opera quem mox citabo, certissime mihi apparuit, ابو طاهر تميم scribendum esse, quam scriptionem recta etiam Aschbachus expressit in *Geschichte Spaniens u. Portugals zur Zeit der Herrschaft der Almoraviden u. Almohaden*, T. I. p. 121, 126, 127, 172, 208), Alii fratrem germanum natuque majorem. Quae de hujus Tamimi, fortissimi viri, vitâ e Condei at Aschbachi libris constant, haec sunt: jam uno post Jusofi mortem anno (501) a fratre Alio, cui etsi minori a patre postbabitus fuerat, Valentiae praefectus constitutus est (Cond. II. p. 203 vs. 8 a f., Aschb. I. p. 126), cum antea in ipsâ Africâ regionem المَغْرِب gubernasset (Cond. p. 203 vs. 7 a f.); nec *soli* Valentiae eum praefuisse, sed *totum* illum Hispaniae tractum, qui الشَّرْقيّة sive *orientalis*

dicebatur (quique, ipsam quoque Valentiam includens, olim ad Tudelam usque et Huescam pertinuerat (conf. *Spec.* mei p. 27 vs. 10—8 a f.), tunc temporis vero pro termino habebat capitalem urbem Caesaraugustae, quae tamen ipsa etiam anno 512 a Christianis expugnata, dominoque suo Imadoddaulae abu-Marwani Abdolmalico Ibn-Hud erepta est: vid. Cond. p. 214 seq., Aschb. p. 170 seq.), ejus curae a fratre commissum fuisse apparet: certe anno 511 alius *urbis Valentiae* praefectus in Condei opere nominatur (p. 213 vs. 7 seq., p. 214 vs. 9), Tamimus vero etiam tunc in tractu illo principatum tenuisse continenterque bella gessisse legitur (p. 213 vs. 7 a f., p. 214 vs. 6 et p. 215 vs. 13 a f. et seqq.; quibuscum conferantur quoque ea quae exstant in p. 205 vs. 11 a f.). Anno 515 Alius eum *Vicarium* suum in turbulentissimis Hispaniae rebus curandis constituit, a quo inde tempore in *Granatae* urbe sedem fixit, et tanquam totius terrae praefectus dignitatem vere regiam possedit (Cond. p. 217 vs. 9, p. 244, p. 251 vs. 11; Aschb. p. 173). Uno anno post in Africam trajecit, ut fratri, grave bellum cum al-Mahdijo et Mowahhidis aegre sustinenti, suppetias afferret (Cond. p. 231 vs. 8 a f., coll. p. 244 vs. 3 seqq.): unde tamen mox in praefecturam suam reversus est, et sedem suam in Granatae urbe repetiit (Cond. p. 244). Tandem anno 520 in hac ipsâ urbe mortuus est (Cond. p. 251, Aschb. p. 208), magnum relinquens sui desiderium, non apud fratrem tantum, verum etiam apud omnes qui virtutem ejus et incredibilem in bellis gerendis patientiam coram adspexissent. Ibn-Khakan in Capite de Ibn-Rohaimo, quod *secundi* Libri 10um est, partem tradidit poëmatis, quod hic Vezirus in Tamimi honorem composuit, et quo magnificis eum laudibus extulit. Sic ille (ex Cod. A., I. p. 232 vs. 5 a f. seqq.; in B. totus is locus deëst): ولـه من قَصِيدٍ مـدَح بـه الاميـرَ الاجـلَّ ابـا الطاهر (sic) تميمَ بن امير المسلمين يوسف بن تاشفين رحمه الله

(الطويل) على المُرْهَفاتِ البِيضِ والسُّمرِ المُلْدِ

تَدُور رَحَا المَلْكِ المُتَوَّجِ بالمَجْدِ الخ

Decimus versus qui ibi ex hoc carmine in medio positus est (p. 233 vs. 8), sic incipit: ابى الطاهر المَلْك الخ, ubi igitur vides, nomini طاهِرْ rursus articulum praefixum esse: quod tamen cum constanter (quantum equidem scio) *sine* articulo scribi soleat, ego vix dubito, quin uterque illa locus corrigendus sit. — Ut jam ad *Ibrahimum* redeamus, de hoc si nihil aliud nunc reperissem, quam in *Spec.* l. l. ex Condeo referre poteram, sane haud intelligerem, quomodo Ibn-Khakan hoc loco non tantum مَلِكًا eum appellet, sed etiam solenne illud

خَلَّدَ اللهُ مُلْكَهُ ei precetur. Ultime enim haec verba ad ipsum *Ibrahimum*, non ad propius antecedens nomen Josofi ibn-Taschifin, referenda esse, propterea certum est, quia, ut infra videbimus, e compluribus hujus operis locis apparet, *Alio* jam dudum regnante illud scriptum esse. Cum ergo constet quidem, Ibrahimum ipsi Morabitorum imperio nunquam praefuisse, ex his Ibn-Khakanis verbis necessario tamen effici debet, eum a fratre *regiensis cujuspiam rectorem* constitutum fuisse: quo posito mirum esse non poterit, si illi, e regiâ stirpe prognato, non tantum *Regis* titulus, sed proprium quoque *regnum*, ab hujus libri auctore adscriptum sit. E Condei autem opere nihil amplius discimus, quam anno 516, in gravi isto adversus al-Mahdijum bello, eum in ipsâ terrâ Maroccanâ exercitibus Morabitorum praefuisse (p. 229 vs. 8 seq.), et anno etiam 519, cum idem adhuc bellum ancipiti fortunâ gereretur, in eâdem regione eodem munere illum functum esse (p. 236 vs. 12 seq.). Plura autem ex hoc Ibn-Khakania libro, jam tam diligenter a me pervoluto, comperi: quae quidem talia sunt, ut cum appareat inde, *magni momenti praefecturam* in ipsâ Hispaniâ ei mandatam fuisse, tum simul eluceat, qui Ibn-Khakani, *Hispalensi*, in mentem venerit hoc suum opus regio illi viro dedicandi. Ac primum in Capite de الاديب ابو اسحق ابرهيم بن خَفَاجَةَ, quod *quarti* Libri primum est, in utroque Codice nostro hic locus exstat (A. II. p. 213 vs. 4 a. f. seqq.), in quo libri auctor de se ipso loquitur: ووصلتُ شَاطِبَةَ فى فِطْرِ سنةِ عَشْرٍ وخمسٍ مائةٍ والاميرُ ابو اسحق ابرهيمُ بنُ يوسف بن تاشِفين أيّده اللهُ مُعَيِّدٌ بها، وُمجَدِّدُ ذاهِبَ رُتَبِها، وكانَ عِيدًا كانَ عَهْدُ أَهْلِها بِمِثْلِه بَعِيدًا، بَلْ لم يُعْهَدْ فى الفِطْرِ شَبِيهُه، ولا حضَر مثلَه خَامِلُه ولا نَبِيهُه، وكانَ ابنُ خَفَاجَةَ هذا حاضِرًا —— فلمّا كان يومُ العيدِ وٱحْتَفل جَمْعُه وٱحْتشد، قام فأنْشد،

(الطويل) سَجَعْتُ وقد غَنَّى الحَمَامُ فرَجَّعَا
وما كُنْتُ لولا أَنْ تَغَنَّى لِأَسْجَعَا الخ

Ut igitur e verbis, huic carmini praemissis, apparet, Abu-Ishakum Ibrahimum anno 510 in urbe Saetabi (*Xativa* sive *San-Felippe*, quae in orientali Hispaniae tractu sita, haud ita procul a Valentiâ austrum versus remota est) degisse, ita in ipso carmine, quod in Cod. A. 60 versibus (in B. vero tantum 28) constat, magnificentissimis laudibus celebratus est. — Deinde in Capite de الاديب ابو بكر بن بَاجَّةَ, quod *quarti* Libri est vicesimum, in utroque etiam Codice haec offeruntur (A. II. p. 323, 201 et 324; nimirum in hoc Codice folium,

cui inter paginas 323 et 324 locus esse debuerat, jam dudum per bibliopegi errorem inter paginas 199 et 202 collocatum est): ولمّا أَمْكَنَتِ العَدُوَّ (h. e. *Christianos;* pronomen ه autem in seq. voce referendum est ad Emirum *Abu-Bacrum Ibrahimum*, apud quem, anno 502 (Cond. II. p. 207 vs. 13) praefectum constitutum in الثَّغْر والشَّرْق, h. e. *in regione Hispaniae septentrionali, Christianorum ditioni contermina, et orientali*, Ibn-Báddja ille Veziri munere functus erat) بِمَوْتِه الفُرْصَةُ — — سَرَى (ابنُ باجّة) الى سَرَقُسْطَةَ — — — ولمّا فاتتْ من يَدِ الإسْلام، وباتَتْ نفوسُ المُسْلِمين فَرَقًا منه فى يد الإسْتِسْلام، آرْتابَ بقُبْحِ أَفْعالِه (supra retulerat Ibn-Khakan, turpissimae haeresi Ibn-Baddjam addictum, et rectae Moslimorum fidei infestissimum adversarium fuisse) فكَرَّ الى الغَرْب ليَتوارَى فى نَواحِيه، ولا يَتَراءى لعَيْنِ لائِمِيه ولاحِيه، فلمّا وصَل شاطِبَةَ حَضْرَةَ الاميرِ الاجلِّ ابى اسحق ابرهيم بن يوسف بن تاشفين وجَد بابَ نَفاذِه وهو مُبْهَم، وعاقَه منه أَيَّدَه اللهُ. سُبْحانَه مَدْلُولٌ عليهم (sic in B. legitur; A. nullo sensu offert عليهما. Si عليهم bene se habet, significari apparet *Ibn-Báddjam et comites fugae;* vix autem dubito, quin simpliciter عليه, quod ad unum Ibn-Báddjam spectat, restituendum sit) مُلْهَم، نَاهِيكَ به مِنْ مَلِكٍ سَرِىّ، ولَيْثٍ جَرِىّ، تَبْتَهِجُ العُلْيَا بِمَحَاياه، وتَتَأَرَّجُ الدُّنْيا بعَبَقِ مَجْدِه ورَيّاه، فاعْتقله اعْتِقالاً شَفَى الدِّينَ عــن آلامِه، وشَهِدَ له (لابى اسحق ابرهيم) بعَقِيدَةِ إسْلامِه، الخ. Ex hoc igitur loco, cum Caesaraugusta (ut supra etiam dixi, p. 397 vs. 3 seqq., et Ibn-Khallican quoque retulit in fine vitae Ibn-Báddjae, ex edit. Wüstenf. Fasc. VII. p. ٩٥ vs. 5) anno 512 in Christianorum potestatem venerit, necessario consequitur, Ibrahimum eo etiam anno in urbe Saetabi sedem habuisse. — Porro in Capite de الوزير الكاتب ابو القاسم بن الجَدّ, quod *secundi* Libri nonum est, sequentia quae huc spectant reperi (A. I. p. 206 seq.): وكَتَب (ابنُ الجدّ) عن أَمير المُسْلِمين (علىّ بن يوسف بن تاشفين) الى اهل إشْبِيلِيَةَ كتابُنا أَبْقاكم اللهُ وعَصَمَكم بتَقْواه — — مِنْ حَضْرَةِ مَرّاكِش حرسها اللهُ لِستٍّ بَقِينَ من جُمادَى الأُولى سنةَ آثْنَتَىْ عَشْرَةَ (in B. est سنةَ تِسْعٍ) وخمس مائة وقد بلَغنا ما تأكّدَ بين أَعْيانِكم من أَسْباب التَّباعُدِ والتَّبايُن، ودَواعِى التحاسُدِ والتضاغُن، وآتِّصالِ التباغُضِ والتدابُر، وتَمادِى التقاطُعِ والتهاجُر، وفى هذا على فُقَهائكم وصُلَحائكم مَطْعَنٌ بَيِّن، ومعمر (sic est in utroque Codice;

لا يَرْضاه مُؤْمِنْ دَيِّن، فهَلَّا سَعَوْا فى إصْلاح (ومَغْمَز sed lego
ذاتِ البَيْنِ سَعْىَ الصالِحِين، وجَدُّوا فى إبْطال أعْمالِ
المُفْسِدِين، — — فاذا وَصَل اليكم، وقُرِئَ عليكم، فأجْمَعوا
الأَنْفُسَ الأَمَّارَةَ بالسُّوءِ، وأرْغَبُوا فى السُّكُونِ والهُدُوءِ، وتَكَبُّوا
عن طَرِيقِ البَغْيِ الذَّمِيمِ المَشْنُوءِ، وأحْذَرُوا دَوَاعِىَ الفِتَنِ،
وعَوَاقِبَ الإِحَنِ، وما يَجُرُّ رداء (hae litterae in utroque Codice offeruntur.
Lexica verbo رَدُو tantum femininam formam رَدَاءَة, non item masculinam رَدَاء,
pro infinitivo tribuunt) الضَّمائِرِ، وفَسَادَ السَّرائِرِ، وعَمَى البَصائِرِ، ووَخِيمَ
المَصائِرِ، وأشْفِقُوا على أدْيانكم وأعْراضِكم وأخْلِصُوا السَّمْعَ والطاعةَ
لِوالِى أُمورِكم، وخَلِيفَتِنا فى تَدْبيركم وسِيَاسة جُمْهُورِكم، أخِينا
الكَرِيم علينا ابى اسحق ابرهيم أبْقاه اللهُ وأدامَ عِزَّه بتَقْواه
وأعْلَموا أنَّ يَدَه فيكم كيَدِنا، ومَشْهَدَه كمَشْهَدِنا، فقِفُوا عِنْدَ
ما يَأْمُرُكم به ويَدْعوكم اليه، ولا تَخْتَلِفوا فى امرٍ من الأُمور عليه، الخ.

In hac igitur epistolâ, ex Regis Alii personâ quinto mense anni 512 (aut secundum Cod. B. anni 509) ad Hispalenses scriptâ, Abu-Ishakum Ibrahimum commemorari vides ut primariae huic urbi summâ cum potestate praefectum. — Ac denique in eodem illo Capite de quo supra jam dixi (p. 397 vs. 21), nempe de Ibn-Rohaimo, in Codice A. de *quatuor* hujus viri carminibus, in Ibrahimi laudem compositis, mentio fit, ex quorum singulis aliquot versus selecti in medio sunt positi. In B. *duo posteriora* tantum offenduntur (fol. 60 a. — 61 b.), et nihil iis praemissum est nisi وقال ايضا et وله ايضا., quae verba, ut vides, prorsus incertum relinquunt, quem his poëta appellaverit. In A. ergo, I. p. 227 vs. 4 a f. seqq., hoc legitur: وله من قِطْعة خاطَبَ بها الاميرَ
الاجلَّ ابا اسحق ابرهيمَ بن يوسف بن تاشفين اولُها

(الوافر) سَمَاحُك لا أنْسِجَامُ المُزْنِ سَكْبَا
وبَأْسُك لا أجْتِرَا الأُسْدِ المُغِيرَه الخ

Sequitur in p. 230 vs. 4 seqq.: وله ايضا الى الامير ابى اسحق ابرهيم
ابن يوسف بن تاشفين من قصيدة اولُها

(البسيط) حَيْثُ أنْتقلتَ فثَمَّ المُلْكُ يَنْتَقِلُ
وأيْنَما كُنْتَ ثَمَّ القَوْلُ والعَمَلُ الخ

Et in p. 233 vs. 3 a f. seqq.: وله فى الامير الاجلّ ابى اسحق ابرهيم
ابن امير المسلمين يوسف بن تاشفين من قصيدٍ اولُه

(الوافر) سَقَى اللهُ الحِمَى صَوْبَ الوَلِيِّ
وحَيَّا بالأَرَاكةِ كُلَّ حَيٍّ الخ

Ac tandem in p. 236 vs. 3 a f.: وله فيه من كَلِمَةٍ اولُها (ubi vox كلمة in textu erasa, et pro eâ recentiori manu in margine substitutum est: قصيدةٍ وَجَّهَ بها اليه فى عِيدِ الفِطْرِ سنةَ خَمْسَ عَشْرَةَ):

(البسيط) لَدَى سُرَاكَ لِعَدْوِ المَجْدِ تَصْمِيمُ
وفى عِدَاكَ لِبِيضِ الهِنْدِ تَحْطِيمُ الخ

In diversis autem locis horum quatuor carminum, quibus Ibrahimi laudes splendidissimum in modum celebratae sunt, *duarum* urbium nomen offenditur, *Murciae* (مُرْسِيَة, p. 228 vs. 6 et 234 vs. 3) et *Emisae* (حِمْص, p. 228 vs. 4 a f., 229 vs. 4 a f. et 237 vs. 10); atque ita quidem, ut appareat, in *illâ* carminum auctorem, Ibn-Rohaimum, prius habitasse (quod confirmatur etiam loco, haud procul ab initio istius Capitis oblato, Cod. A. p. 218 vs. 4), et nunc quoque cum tenero animi affectu delicias illius tractûs recordatum esse; in *hac* vero tum sedem habuisse Abu-Ishakum Ibrahimum. Figurato autem *Emisae* nomine Arabes Hispanos solitos fuisse suam urbem *Hispalin* insignire, nemini ignotum erit, qui Condei annotationem, I. p. 172 oblatam, aut versum in Grangereti de Lagrange *Anthol. Ar.* p. 142 vs. 1 a f. editum, ibidemque in p. 146 et seq. hujus explicationem legerit (conf. etiam Hoogvlieti annotatio, *Spec.* p. 114 ann. 40). Unde ergo ex istis quoque carminibus elucet, Ibrahimum praefecturâ Hispalensi ornatum fuisse, et quidem (si fides haberi possit iis, quae recentiori manu ad ultimum locum adscripta esse dixi) adhuc ineunte mense decimo anni 515 hac in urbe commoratum esse. — Si jam quae ex diversis hisce Ibn-Khakanis locis efficienda sint, ratione subductâ colligamus, haud dubito, quin primo obtutu multis statuendum videatur, Ibrahimum *prius* Saetabi, ac *deinde* Hispali praefectum fuisse. Hi igitur in *tertio* quem adscripsi loco, anni notam quam in B. exstare dixi (509; vid. p. 399 vs. 4 a f. et seq.), plane mendosam esse judicabunt, contra vero rectissime se habere numerum in A. oblatum (512); ac porro temporis ordinem sic constitui posse putabunt, ut Ibrahimus, tanquam gubernator regionis Saetabensis, in hac urbe sedem habuerit *ad medium usque annum* 512, tum vero a fratre Alio Hispalensi regioni praefectus fuerit, sedemque suam eo transtulerit: de quo quidem decreto ipse Rex cives Hispalenses certiores fecerit epistolâ illâ, quam Marocbii die 24° mensis 5i (جُمَادَى الاولى) anni 512 scribendam curaverit. Accuratius autem rem consideranti tantum abest ut omnis difficultas sic soluta sit, ut plane fieri nequeat ut in his acquiescatur. Ne enim dicam, donec alii Codices collati sint, plane *incertum* esse, utrum in epistolâ illâ Alii Codex A. rectius annum 512, an B. 509, offerat, hoc quoque, ni fallor, omnes agnoscent, ex ipsis illis litteris neutiquam apparere, Ibrahimum

a fratre suo *tunc* Hispalensi regioni praefectum, nec longe *prius* jam in eà dignitate collocatum fuisse. Cum enim epistola illa hoc proposito scripta sit, ut Hispalenses ob assiduas suas discordias intestinaque odia ac seditiones gravi reprehensione corriperentur, nomen Ibrahimi in eà ita commemorari vides, uti Regi necessario commemorandus fuerit Vicarius suus, cui vellet turbulentos illos homines, compositis inimicitiis, sancte obedire. At multo major etiam *haec* difficultas est, quod Caesaraugustae urbs non (ut tum statuendum esset) *ineunte* anno 512, sed jam ad *finem* vergente, a Christianis expugnata sit: a Condeo quidem (p. 216) praeter ipsum annum mensis atque dies non notati sunt; Aschbachius vero (p. 171) id factum refert die 18° Decembris anni 1118, qui dies est 3us mensis 9i (رَمَضَان) anni Arabum 512 (quippe qui, ex Job. Gravii tabulà, incepit die 23° Aprilis a. 1118); ac perfectum igitur in modum cum Aschbachi relatione conspirat Ibn-Khallican, idem accidisse narrans في شهر رَمَضَان سنة ٥١٢ (in loco vitae Ibn-Bàddjae, supra a me laudato p. 399 vs. 22). Cum igitur ex *secundo* Ibn-Khakanis loco appareat, *post* expugnatam Caesaraugustam Ibn-Bàddjam, inde fugientem et ad occidentalem Hispaniae tractum se recipere cogitantem, cum in illo itinere Saetabin venisset, *hic* ab Ibrahimo captum et in vincula conjectum esse, necessario inde sequitur, certe *exeunte mense* 9° anni 512 hunc in eà adhuc urbe commoratum fuisse, cum tamen epistola illa Regis Alii (etiamsi Cod. A. sequaris) jam *quatuor* mensibus ante scripta esset. Multo igitur verisimilius esse existimo, Ibrahimum non *prius* Saetabensem, ac *deinde* Hispalensem regionem gubernasse, sed *quo tempore* huic praefectus esset, haud raro Saetabi degisse, atque adeo ordinariam sedem suam magis in hac quam in illà urbe habuisse. Objicies magnum inter utramque locorum intervallum; et sane non diffiteor, Hispalin, in medià *Andalusià* sitam, longius a Saetabi remotam esse; at cogita, summo alicujus regionis praefecto suos fuisse vicarios, qui ipsius nomine in singulis urbibus res administrarent, dum ipse belli gerendi aliorumve negotiorum causà abesset; ac praesertim hoc quoque reputa, maxime in *orientali* Hispaniae parte tum bella adversus Christianos gesta esse, et Saetabin ergo, haud longe a Valentià distantem, commodissimam Ibrahimo sedem fuisse, unde cito ad fratrem Tamimum, in illà urbe tum plurimum commorantem, advolare, suasque copias cum illius jungere posset. Quae si bene a me disputata sunt, haec jam ratio concludenda est: praefecturam Hispalensem, maximi in Hispanià momenti, Ibrahimo a fratre mandatam fuisse; quo anno, ignotum: sine dubio tamen jam ante a. 510, aut si varians illa lectio in Cod. B. oblata, bene se habeat, ante a. 509; ad quod

ابن تَاشِفِينَ خلّد اللهُ مُلْكَهُ مَلِكًا عَلِيًّا غَدَا لِلَبّةِ الحَجْد
خُلِيًّا وهَمَاᵃ على الأُمّة وَسْمِيًّا ووَلِيًّا أَلْبس الدُّنْيا جَمالًا وجدّد
لِأَهْلِها[b] آمالًا ناهِيكَ بهِ مِنْ مَلِكٍ عالٍ ناظِمٍ لأَشْتاتِ
المَعالِي أَصْبحَ[c] الدينُ مُنْبسِطا فى نَواحِيهِ مُغْتبِطا بمَناحِيهِ[d]

usque tempus, itidem non plane certum: si annotationi illi, in margine Cod. A. exstanti, credi possit (nec mihi quidem quidquam obstare videtur), adhuc exeunte anno 515 eum Hispali commoratum esse; initio tamen anni 516 (vid supra p. 398 vs. 9 seqq.) eum, plane ut fratrem Tamimum, relictâ praefecturâ suâ in Africam trajecisse, ut Regi Alio in bello adversus al-Mahdijum gerendo succurreret; quâ quidem in re certe ad annum 519 usque eum occupatum fuisse; post hoc vero tempus quid ei acciderit, adhuc prorsus nesciri, atque incertum igitur esse, utrum in diuturno isto et cruentissimo contra Mowahhidos bello tandem ceciderit, an, ut frater Tamimus, in praefecturam suam deinde redierit vitamque in Hispaniâ finierit. — Caeterum, ut ex hac Ibn-Khakanis praefatione apparet, eum litterarum atque elegantioris doctrinae egregium fautorem fuisse, ita ab aliis quoque viris, in iis de quibus dixi carminibus, liberalitas ejus et fortitudo ac reliquae virtutes non minori laude quam hic celebratae sunt.

[a] A. وهمى. [b] G. لها. [c] A. male فاصبح: incipit enim ab hoc verbo, et procedit usque ad vocem وماء in p. 408 vs. 2, sententia relativa (صِفَة), quae pendet ab antecedenti nomine ملك.

[d] In A. nullo, ut puto, sensu scriptum est بمُنَاحِيه; in reliquis vocales non additae sunt. Forma مَنَاحِى est pluralis a sing. مَنْحًى aut مَنْحَاةٌ, quae formae, ut nomina loci, ducta a verbo نَحَا, يَنْحُو, *tetendit, convertit se*, proprie exprimunt *locum tendendi;* nec mirum ergo, apud Freytagium *Reiskium ad Golium* adscripsisse legi, مَنَاحِى significare *loca quae pedibus calcantur.* Hic illud vocabulum *consueta* alicujus *loca* exprimere (h. e. loca ad quae identidem *tendere, se convertere*, solet) nullus dubito, et figurata igitur verba sic vertenda esse puto: *religio — laeta hilarisque evasit propter loca ab illo* (Ibrahimo) *habitata* (nempe, *propter honorem sibi illic, magis quam alibi, tributum*). In duobus aliis hujus operis locis (et quidem in Capitibus de Ibn-Khafâdjâ et de al-Mo'tamido) idem vocabulum مَنَاحِى offertur, plane ut hic cum voce نَوَاحِى conjunctum, et prorsus idem quoque significans. Alterum (Cod. A. II. p. 121 vs. 5) infra, ubi de *tempore scripti operis* dicam, citabo; alter hic est (Cod A. I. p. 28 vs. 5 seq.):

واللُّؤْمُ[a] فَرِقًا من جُوده، مُفْتَرِقا فى تَهائِمه[b] ونُجُوده، والبَأْسُ مُزْدهِيا بمَضائه، مُكْتفِيا بأنْتِضائه، والحَزْمُ مُسْتبصِرا[c] بمَنازِعه[d]، مُقْتصِرا على أَجَازِعه[e]، يَحْمِى عَلَاء[f]

وما زال مُتَّقِدًا فى مَنَاحِيه، مُفْتَقِدًا لنَوَاحِيه, *nec desiit ardere (alacritate) in locis a se habitatis, et studiose curare tractus suos.* In B. quidem (fol. 9 a. vs. 6) ibi pro مناحيه est مناجيه (*in refugiis suis*), at ipsa articulorum resonantia lectionem in A. ablatam confirmat, eandemque totius loci ratio unice requirit.

[a] G. male والكرم. [b] — in B., spatio relicto. De significatione autem hujus et sequentis vocabuli conf. *Specim.* mei p. 211 ann. 398. [c] G. منتصرا.

[d] De significatione hujus vocis conf. *Specim.* mei p. 99 ann. 130 et p. 176 ann. 309. Dicit Ibn-Khakan, *prudentiam, sive providam curam, de rebus suscipiendis considerare secundum illius agendi principia.*

[e] Vim hujus formae, quae in Lexicis plane non exstat, conjecturâ tantum assequi possum. Pluralis est, ducta a formâ intensivâ أَجْزَع, quales formae, si hunc in modum in plurali inflectuntur, plerumque *substantivorum* potestatem habent (conf. Sacyi *Gr. Ar.* I. p. 374). Cum igitur verbum جَزَع significet *secuit*, cumque verbis *secandi* Arabice etiam, ut in reliquis linguis, *decidendi*, *decernendi* notio subsit, consequens esse videtur, ut forma أَجَازِع exprimere possit *regulas decidentes.* Quâ vi admissâ haec verba significant, *prudentiam se continere intra decidendi regulas ab illo probatas.*

[f] Sic edidi e Cod. G. In B. est على; in A., omissâ hac voce, simpliciter legitur يحمى الحقيقه: quae certe lectio ad explicandum valde facilis est, cum solennis sit dictio حَمَى الحَقِيقَةَ, *tuitus est res sibi caras et sacras* (sic enim Djauharius in v. حقّ: والحَقِيقَةُ ما يَحِقُّ على الرجل أَنْ يَحْمِيَه وفلانٌ حَامِى الحقيقةِ: conf. etiam Tibrizii Comment. ad Hamas. p. ٥ vs. 1 a f.); at, ni fallor, ipse articulorum numerus jam arguit, hic ab auctore inter يحمى et الحقيقه aliam quoque vocem interpositam fuisse; et praeterea, si non ab ipso hoc factum sit, difficile explicatu est, quomodo de tribus quos adhibui Codicibus duo tale vocabulum offerant. Cum igitur praepositioni على hic locum esse posse non putem, secutus sum lectionem Codicis G., quae et numero hujus articuli accommodatior est, et optimum hunc sensum praebet: *defendit excelsam dignitatem jurium sacrorum.*

الحَقِيقَه، ويَرْمِـي الى أَغْراضِ[a] النُّعْمانِ[b] بن الشَّقِيقَه[c]،
لو جاوَرَه[d] كُلَيْبٌ[e] ما طُرِقَ حِمَاه، [f]او آسْتَجارَ به احدٌ[g] من
الدهرِ لَحَمَاه[h]، او كان بجَفْرِ[i] الهَبَاءةِ ما آنْتضى قَيْسٌ سَيْفَه،
ولا قَضى وَطَرًا من حَمَلٍ وحُذَيْفَه[k]، او كان بوادى[l] الأَخْرَم[m]،
لَطاقَ به رَبِيعَةُ وأَخْرَم[n]، او آستنجده الكِنْدِيُّ ما

---

[a] B. غرض. [b] A. النعمن. [c] In margina Cod. A. haec annotatio adscripta est, quae ex parte interiit trito per vetustatem folio ac dein per agglutinatam novam chartam reparato: النعمن هو ابن [آمْرِئِ القَيْسِ] والشقيقةُ جدّتُه [وكانتْ بنتَ ابى] رَبِيعَةَ بن ذُهْل بن شَ[يْبان بن ثَعْلَبة]. Facile fuit verba deperdita supplare, conferendo ex. gr. Hamzae Ispahanensis loco, a Rasmusseno edito in *Hist. praecipuorum Arabum regnorum ante Islam.* p. 32 va. 8 a f. et seqq., ubi tamen *as-Schakika* non, ut in hac annotatione, *avia* hujus an-No'manis, sed, ut in ipso textu, *mater* ejus fuisse legitur. Caeterum ex eodem Hamzae loco apparet, Regem illum an-No'manem inprimis acrem ac strenuum fuisse, imperioque suo integro servando tuendoque omni operâ studuisse. Evidens ergo est, quid verba Ibn-Khakanis hic significent: *jaculando petit scopos an-No'manis.*

[d] G. male جاوزة. [e] B. male كليبا. De notissimâ autem quae hic spectatur historiâ conf. locus Ibn-Nobatae, editus a Rasmusseno in *Additamentis ad hist. Arabum ante Islam.* p. ٩ seqq. [f] A. لو استحار; B. واستاجر.
[g] Hic — in A., sed + post الدهر. [h] B. male فحماه, G. كماه.
[i] B. et G. male بجفر.
[k] B. male وحذفه, G. وحزيفة. De re, quae inter Kaisum atque inter duos fratres Hamalum et Hodhaifam ad puteum, *Djafro-l-Habaa* dictum, accidit, conf. Ibn-Nobatae locus, a Rasmusseno editus in *Additam.* p. ٣٣ va. 6 seqq.
[l] G. male بواد. [m] Sic recte G.; A. الاحزم, B. الاخزم.
[n] A. male وأَخْزَمُ. Spectatur autem hoc loco illud, quod in valle al-Akhrami a Doraido ibno-s-Simma (دريد بن الصِّمّة) erga Rabi'am ibn-Mocaddam (ابن مُكَدَّم) factum est, quodque ex Nowairio narravit Rasmussenus in *Hist. praec. Arab. regn.* p. 94. Voluit igitur Ibn-Khakan, si *Ibrahimus in valle istâ fuisset, Rabi'am per hujus generositatem sacrosancti instar viri salvum*

كساه[a] الْمُلَاءَةُ[b] او كان حاضِرَ بِسْطامٍ[c] ما توسَّدَ[d] على الأَلَاءَةِ[e]
تَهابُهُ النُّفوسُ اذا رَمَقَتْهُ أَبْصارُها' وتَلْجَأُ اليه الرِيحُ[f] اذا
أَرْهقتها[g] إِغْصارُها[h] لو دعا الاسك الوَرْدَ لَأَجَاب' او أَوْمَأَ الى اللَّيْل

---

et intactum evasurum fuisse: e quibus ultima verba hoc figurato modo expressit: *Rabi'am per hunc (Cu'bam) circuiturum et in sacro Meccae territorio versaturum fuisse*. Notum est, ad solennia festi Meccani inprimis quoque pertinere septemplicem Ca'bae circuitionem.

[a] G. male كسى. [b] Nomine al-Cindii significatur poëta Imraolkaisus, et haec verborum est sententia: *si ab illo auxilium implorasset Imraolkaisus, non tam perfide habitus fuisset quam ab Imperatore Graeco, qui venenatâ veste dono missâ eum interfecit*. Conf. Pocockii *Spec. Hist. Ar.* p. 81, et inprimis Imraolkaisi Vitae, a Slanio ex كتاب الاغانى editae (in fronte libri *Le Diwan d'Amro'lkaïs*), p. ١٠.

[c] In solo G. + بن قيس. [d] B. male ترسل.

[e] B. male الالات, G. اللالاة. Est antem hic articulus sic proprie vertendus: *aut si accola fuisset Bistami, hic non posuisset sibi cervical super frutice Alaae*, hoc est: *non cecidisset prostratus in fruticem A.* De re vero, quae hic spectatur, conf. Hoogvlieti annotatio ad similem Ibn-Khakanis locum in Capite de Omara al-Motawaccilo, *Speciminis* p. 66. Ubi qui citati sunt ex Hamasâ versus (p. ٣٨٣ vs. 3 a f. et p. ۴٥٩ vs. 9), quorum uterque sic sonat: فَخَرَّ (وخرّ) على الأَلَاءَةِ لَمْ يُوَسَّدْ, *et cecidit in fruticem Alaae, absque ut ei positum esset cervical*, primo quidem obtutu id ipsum de Bistamo *negare* videntur, quod hic de illo *dixit* Ibn-Khakan. At versus isti in Hamasâ oblati hunc simpliciter sensum habent: *et cecidit in fr. A., non ut somno requietem quaereret, sed mortali ictu prostratus* (conf. Tibrizii Comment. p. ٣٨٣ vs. 1 et p. ۴٥٩ vs. 10, et inprimis etiam Ibn-Khakanis locus ab Hoogvlieto editus *Spec.* p. 48 vs. 3).

[f] A. الرياح. [g] G. male ارهفتها.

[h] B. male اغصارها. Vides antem, hoc articulo praedicari aequitatem et benignitatem Ibrahimi, quae quidem sic omnibus nota esset, *ut ipse ventus, quando a turbine durius et violentius tractaretur, ad hunc veluti in asylum confugeret*. [i] G. male دع.

البَهِيم لَآنْجَابَ[a] او[b] قعدَتْ [c]بين يدَيْه الأَطْوادُ[d] لتَحَرَّك
سُكونَها[e] او[f] عَصَتْه الطَّيْرُ ما أَوَّتها وكونَها[g] مع [h]عَفافٍ كَفَّ
حتّى عن الطَّيْف[i] وحَكَى المُحْرِمين لَيْلَةً بالخَيْف[h] ونَدًى[i]
خــــرَق الـــــعَـــــوائِـــــد[k]

---

[a] Septima forma آنْجاب de *nubibus* dicitur, si quâ in parte tenuiores factae *finduntur* et solis lucem adspectabilem reddunt. Hic ergo idem verbum de *nocte* usurpatum est, quae tenebrarum densitate elevatâ *serenior fit*. [b] A. ولو.

[c] G. male pro his اليه الطواد. [d] A. et G. ولو. [e] B. male دوكونها.

[f] Haec verba — in G., vacuo spatio relicto. Significat vero hic articulus: *quo accedit morum castitas tanta, ut non solum ab ipsis mulieribus abstinuerit, verum etiam a phantasmate earum, visitatum veniente, admittendo.* Conf. eâ de re Slanii scriptio (*Observations sur l'idée que les poëtes arabes ont voulu exprimer par les mots* طَيْفُ الخَيَالِ), inserta in *Journ. Asiat.* 1838. V. p. 376 sqq.

[g] — in G. [h] B. minus bene الخيف. Loquitur enim Ibn-Khakan hoc loco de nocte aliquâ *ex earum numero*, quas qui Meccam ad solennia celebranda convenerunt, in valle Minâ (مِنَى) transigere debent: nimirum non *unam* noctem ibi morantur (quo in casu hic recte se haberet لَيْلَةَ الخَيْفِ), sed duas, noctes dico inter diem 10um et 11um et inter 11um et 12um mensis Dhu-l-hiddjae (unde etiam in Ibno-l-Faridhi carmine, a Grangereto de Lagrange edito in *Anthol. Ar.* p. ٥٠ et seqq., pluraliter de لُيَيْلَاتُ الخَيْفِ fit mentio, p. ٥٣ vs. 3 a f.). Nomine مَسْجِدُ الخَيْفِ vel e Lexicis notum est Templum designari, in valle Minâ situm, de quo conferri potest Burckhardti *Reisen in Arabien* p. 419, ubi in p. 414 seqq. de tribus illis diebus in valle Minâ transigendis dictum est. Vides igitur, Ibn-Khakanem velle, *tantam fuisse Ibrahimi vitae sanctitatem, ut haec se conformasset od eorum mores qui in solennibus Meccanis celebrandis versarentur.*

[i] Male — in B. [k] Loquitur de *munificentiâ quae mores receptos laceravit, divulsit;* h. e. *quae suo exemplo homines ad alios plane mores adduxit, parsimoniamque et avaritiam liberalitati cedere coëgit.* Eodem modo Ibn-Zaidunus in epistolâ, a Reiskio editâ, p. 4 vs. 3 seq., scripsit: وأنّك لو شِئْتَ خَرَقْتَ العاداتِ, *et te, si voluisses, potuisse mores receptos divellere.*

وأَوْرَقَ عُودُه فى يد الرَّائِد[a]، وسَجَايَا تَتجلَّى[b] عنها الظَّلْمَآ، كأَنَّ مِزاجَها عَسَلٌ ومَآ[c]، ولمّا[d] أَنارَتْ به تلك الآفاق[e]، وعادَ به[f] كَسادُ[g] الفَضْل الى النَّفَاق، رايتُ ان أَخْدُم مَجْلِسَه العالِيَ بِرَقّ[h] الكتابِ اليه، وأُشَرِّف مَحاسنَه بمْثُوله[i] بين يدَيْه، فوسمتُه[k] بٱسْمه، وكسوتُه نُورَ وَسْمه[l]، وجلبتُ العِلْقَ الى مُمَيِّزه[m]، وأَجْريتُ الجَوادَ فى مَيْدانِ مُجَوِّزه[n]، وأَطْلعتُ شمسَ

[a] A. male in textu الولايد; adscripsit vero recentior manus, *in aliis exemplaribus* الرائد *offerri* (الرايد). Caeterum facile vides, figurata verba hoc significare, *munificentiam illam ad omnes, etiam ad advenas et peregrinos, pertinuisse.*

[b] A. تنجلى. [c] Describitur *animi indoles tam candida, hilaris et bona, ut ipsae tenebrae inde nitorem contraherent, utque constitutio ejus e dulci melle et limpidâ aquâ commixta videretur.* [d] — in B., magno spatio vacuo relicto.

[e] Vult: *Ac postquam istae (de quibus supra dixi,* nempe *litterarum et elegantioris doctrinae) regiones illius* (Ibrahimi) *operâ illuxerant*, caet.

[f] Hic — in G., sed + post الفضل. [g] In A. + سُوق. [h] B. male يرف.

[i] B. male بمثولها. [k] B. فرسمته.

[l] Vox وَسْم (*signum impressum, nota*) haud raro sic usurpatur, ut nihil aliud fere quam اسم, *nomen*, exprimat: conf. *Vitae Timuri* I. p. 220 vs. 2 et p. 356 vs. 1 (e quibus locis priorem in *Historiâ Shahiludii* adscribens, jam idem annotavit Hydius, *Syntagmatis Dissertationum* Vol. II. p. 130). Ibn-Khakanis igitur verba hoc significant: *Frontem ergo libri mei illius nomine insignivi, et vestivi eum luce ὀνόματος ejus.*

[m] B. male مقيزه. Sensus est: *ad illum qui pretium ejus perite distinguet.*

[n] A. male مُحَوِّزه, B. nunc (eraso puncto quod prius litterae ر inscriptum fuisse videtur) مُجوِره. Lectio e Cod. G. recepta, sine dubio optime se habet, et illustranda est e propriâ vi verbi جاز, quod quum nihil aliud significet quam *transiit (a nemine retentus et impeditus)*, hinc quoque de *re* adhibetur quae *licita putatur* et *sinitur*. Secunda igitur forma significat *fecit transire, liberum concessit transitum;* et cum frequenter de *re* usurpetur, quam quis *licitam declaravit*, aequali etiam jure de *personis* et *rebus* adhiberi potest, quas ille penes quem judicium est, *tanquam bonas admisit*. Hic igitur المُجَوِّز est *judex qui* generosum illum equum, ipsi ostensum, *ut bonum et praeclarum admissurus est.*

النُّبْلِ بأُفقها[a] واتيتُ بِبِضاعةِ الفَضْلِ الى مَنْفَقها[b] واللهُ وَلِيُّ التَّوْفيق[c] فيما قَصَدتّ والكافِى من الخَطَل فى الذى سَرَدتّ[d] فعليه كانَ مُعَوَّلِى وبه حُسْنُ تَأَوُّلِى[e] لا الهَ الا هو *

Statim post hanc praefationem Liber primus incipit, cujus igitur et reliquorum Librorum diversa Capita de quibusnam viris agant, jam hic deinceps indicabo. Nec necesse enim videtur, de operis argumento et ratione nunc copiosius in antecessum exponere. Ex ipso, quod descripsi, exordio evidens est, quo consilio auctor illud composuerit; nempe ut aequalibus suis ostenderet, quantopere superioris praesertim

---

[a] B. فى انقها. [b] In A. est مُنْفِقِها; sed nescio an 4ª forma per linguae usum hic explicari nequeat. مَنْفَق est nomen loci a 1ª formâ ductum, et significat ergo *locum ubi merx facile venditur.*

[c] وَلِىُّ الشىء is dicitur *ad quem res* gerenda *proxime spectat*, et a quo haec igitur potissimum et praecipue exspectanda est. Sic in Grangereti de Lagranga *Anthol. Ar.* p. 137 vs. 17 fere eodem modo legitur: واللهُ تعالى وَلِىُّ إِنْجادِكم; et conf. etiam supra p. 372 vs. 4.

[d] Verbum كفى cum praep. من constructum, hic praegnanti sensu exprimere videtur: *suffecit* ad servandum *a*; vox خَطَلٌ autem a Djanhario explicatur: المَنْطِقُ الفاسِدُ المُضْطَرِبُ, a Firuzabadio: الكلامُ الفاسِدُ الكَثِيرُ. Sic igitur haec verba vertenda sunt: *et is qui sufficit ad servandum ab oratione hianti et dissipatâ in iis quae inter se continuatâ serie disposui.*

[e] Forma 5ª تَأَوَّلَ hic paullo aliam potestatem habet, quam quae sola ei in Lexicis tributa est (*exponendi*, *interpretandi*). Nimirum 1ª forma آلَ significat *devenit* res ad exitum *sive* bonum *sive* malum; et 2ª igitur vim habet *dirigendi* rem ad exitum, aut etiam *curandi ut deveniat* vocabulum ad verum significationem suam, id est, *explicandi*, *interpretandi*. Jam 5ª forma, tanquam medium 2ªᵉ, aut exprimere potest *interpretatus est pro se*, *in suum emolumentum* (vid. Abulf. *Annal. Mosl.* I. p. 218 vs. 3, IV. p. 334 vs. 12 et p. 450 vs. 11, atque ad primum locum Reiskii annot.), aut, uti hoc loco, rem *sibi ad exitum direxit.*

aetatis homines in Litteris colendis excelluissent, utque sic pulcherrimo horum exemplo illorum instauratum ardorem aleret, animosque eorum ad humanitatis studia severe persequenda inflammaret. In *quatuor* ergo Libris, quibus hoc opus constat, praeclarissimos cujuscunque ordinis viros commemoravit, qui intra centum fere annos in Hispaniâ floruerant, aut etiam tunc elegantiori doctrinae maximâ cum laude operam dabant. Quomodo singula haec Capita se habeant et ad quam rationem exacta sint, quum in universum paucis explicuerim in *Specim. Crit.* p. 9, 10*, tum manifesto praesertim apparet ex iis, quae

---

* Ubi ea etiam edidi, quae Hadji-Khalifa in Lexico suo de hoc Ibn-Khakanis opera retulit. Edidi vero ex solo quem tunc ad manum habebam, Codice D'Ohssoniano, quapropter non inutile erit, nunc eundem locum in medio ponere, ut in nostro illius Lexici Codice (N. 1370) se offert: قلائد العقيان فى محاسن الاعيان لابى نصر الفتح بن عيسى بن خاقان القيسى توفى قتيلا سنة ٥٣٥ اوله الحمد لله الذى ارض (راض .l) لنا البيان حتى انقاد فى اعنتنا جمع فيه من شعراء المغرب طائفةً واشعارَهم وجعله على اربعة اقسام ١ فى الملوك ٢ فى الوزراء ٣ فى القضاة والعلماء ٤ فى الادباء والشعراء. — In Latinâ vero interpretatione, quam ibidem loco isti, ut ex Cod. 'O. edideram, adjeci, duo reprehendenda esse Sacyus putavit (conf. *Journal des Savants*, *Mars* 1834, p. 164), tum quod حلّ الاشعار vertissem *carmina tradere*, tum quod الشواهد significare autumassem *testimonia facultatis poëticae*. Ille igitur e verbis: جمع فيه حل الاشعار التى تستعمل فى الشواهد وذكر اصحابها, octo priora sic verti jussit: *Il a rassemblé dans ce volume les plus excellentes compositions poétiques, dont on se sert comme d'autorités*, per conjecturam pro حل, quod mendosum arbitrabatur, جُلّ substituens. Jam ad *secundam* reprehensionis partem quod attinet, de hujus veritate etiam antequam benevole a Sacyo monitus eram, mihi plane constabat: brevi enim postquam *Specimen* edideram, in Codicem incidi Bibliothecae nostrae 317 (Catal. N. 1361), in quo Djauharii Lexicon ita offertur, ut omissi sint omnes loci qui ubique ab hoc adducti sunt ad verborum potestates probandas. Is igitur qui eum in modum Lexicon illud descripsit, et sic quodammodo novum opus sibi condere visus est, idcirco in fine praefationis haec dixit: فهذا كتابٌ

prius a me, et nuper ab Hoogvlieto, integra in lucem sunt edita: omnia enim ad eundem modum instituta sunt, et alterum tantum altero longius breviusve est. Uti ergo in Capitibus de Ibn-Zaiduno, et de Omare al-Motawaccilo et Ibn-Abduno, fere nihil deditâ operâ ad horum *vitam* ex-

---

تَجْرِيدِ صِحَاحِ اللغةِ للجَوْهرىّ مَحْذُوفَ الشَّوَاهِدِ والأَبْياتِ مُحْتَوِيًا على ما فى صحاح الجوهرىّ بلا زِيَادة ونُقْصان: *Hic liber est, quo Djauharii opus*, Sihaho-l-loga, *parte sui exutum offertur*, *cum in eo omissae sint auctoritates et versus*, *caeterum vero complectatur ea quae Djauharii liber contineat*, *sine additione aut deminutione.* Hinc ergo cum primum didicerim, vocem شَوَاهِد apud Arabes usurpari de *locis bonorum scriptorum pro testimonio* sive *auctoritate adductis*, postea eundem quoque usum ex compluribus aliis exemplis cognovi, ut v. c. ex Casirii *Bibl. A. H.* T. I. p. 4 N. XIV., e titulo operum الشَّوَاهِد الكُبْرَى والصُّغْرَى apud Hadji-Khalifam, et e multis locis ubi ipse hic Bibliographus locutus est de الشواهد, quae in Grammaticis aut Lexicis a se commemoratis occurrerent, nec raro ab aliis deinde separatim Commentariis illustrata essent. Ac denique *singularis* etiam forma شَاهِدٌ aperte hanc vim habet in Grangereti de Lagrange *Anthol. Ar.* p. ٥٩ vs. 2 a f., quo loco Scholiasta, versatus in explicatione versûs Omaris ibno-l-Faridh (ibid. p. ٥٠ vs. 2 a f. editi), in quo ما ترى significat *annon vides*, postquam versum adduxerat in quo eodem modo ما ترى pro أَمَا ترى dictum esset, haec addidit: فلا يكون حَذْفُها (h. e. همزةِ الاستفهامِ) فى كلام الشيخ (nempe عمرَ بنِ الفارِض رضه) بِغَيْرِ شَاهِدٍ, *neque igitur omissio ejus in dicto venerandi viri absque auctoritate est.* — *Priori* vero reprehensionis parti longissime absum ut assentiar: cum enim equidem valde dubitem, an, *si* hic legeretur جُلّ الاشعار, hoc *posset* verti: *les* PLUS EXCELLENTES *compositions poétiques* (vertendum enim esset: LA PLUPART *des comp. po.*, ut apparet adhibitis locis *Hist. Dyn.* p. 444 vs. 3 et *Vitae Timuri* T. I. p. 176 vs 3 et T. II. p. 752 vs 3, quo ultimo loco per typothetae errorem خل pro جل scriptum est), tum certo probare possum, حَلَّ الأَشْعَارَ significare: *citavit*, *adduxit*, *locos poëticos.* Evidentissimi sunt duo quos adscribam loci. Alter est petitus ex Ibn-Nobatae praefatione ad Commentarium suum in Ibn-Zaiduni epistolam (كتاب شَرْح العُيون

plicandam in medio positum, at permulta ipsorum ***poëseos*** aut ***elegantis prosae orationis specimina*** tradita vides: ita in reliquis omnibus eandem normam auctor secutus est, et pari etiam atque in illis ratione suam ubique stili elegantiam et ornate dicendi facultatem ad nauseam usque lectori ostentavit.

بِشَرْحِ رسالة ابن زَيْدون, MS. 705 p. 3): وأَمّا نَثْرُه فانّه أَكْثَرَ فيه مِنِ ٱسْتعمالِ أَمْثالِ العرب وحَلِّ أَشْعارِ المتقدِّمين والمتأخِّرين, *et quod ad prosam orationem ejus attinet, in hac frequenter adhibuit in usum suum proverbia Arabum adduxitque locos e poësi veterum et recentiorum.* Quatuor quos contuli Codices ibi perspicue حل offerunt, nec quidquam dubii superesse potest, quin auctor illud quod expressi voluerit. Alter locus est Safadii in exitu praefationis ad Commentarium suum in ejusdem Ibn-Zaiduni epistolam ad Ibn-Djahwarem scriptam (كتاب تَمَام المُتُون بشَرْح رسالة ابن زَيْدُون, MS. 791 p. 16): وهذا اوانُ الشُّروع — — لِبِنَائِ الكلامَ على ما أَوْدَعَه فيها من الاشارَات الى الوَقائع والأَمْثال وحَلِّه فيها من أَبْياتٍ ٱشْتهر بين الأُدَباء ٱسْتعمالُها, *et hoc jam tempus est initii faciendi — — ut commentarium struam super eo quod (auctor epistolae) huic indidit ex allusionibus ad varios casus et proverbia, et quod in eâdem excitavit e versibus quorum usus inter elegantioris doctrinae viros celebratus est.* Constat ergo, verbum حَلَّ, certe apud recentiores scriptores, illud quod dixi exprimere; nec, puto, difficile ad explicandum est, quo pacto, cum proprie significet *solvere*, *dissolvere*, hinc tandem ad sensum *adducendi*, *excitandi* carmina versusve, deflexum sit: nam, si ad singulares versus spectas, hi, si separatim excitantur, velut *dissolvuntur* a carminibus quorum partem efficiunt; si ad integra carmina, haec eodem modo *dissolvuntur* a corporibus (الدَّوَاوِينُ), quibus omnia quae ab eodem poëtâ profecta sunt, in unum redacta continentur. Et consimili sensu utuntur quoque Arabes verbo نَزَعَ, quod proprie significat *dimovit*, *evulsit* rem e loco suo, et hinc etiam transfertur ad notionem *citandi singularem* versum: vide Tibrizii praefat. ad *Comment. in Hamas.* p. ! vs. 7 a f. — Itaque certum mihi est, verba illa, ex Hadji-Khalifae Cod. O. edita, جمع — اصحابها, reverâ sic vertenda esse: *Duas partes in eo scriptor exegit, ut et poëtarum locos adduxerit, qui adhiberi solent inter auctoritates, et de eorum auctoribus explicuerit.*

1. Liber igitur *primus*, qui, ut jam dixi, praefationem continuo excipit, sic est inscriptus[a]: القِسْم الاول فى محاسن الرُّؤَسَاء وأَبْنائِهم[b] وذُرْجُ أُنْمُوذَجاتٍ[c] من مُسْتَغْرَبِ أَنْبائِهم; et cum in Cod. A. a pag. 4 ad 121 tomi prioris pertineat, sequentia Capita exhibet:

1 (A. I. p. 4—50) المُعْتَمِد على الله ابو القَسِم[d] محمد بن عَبَّادٍ (Ibn-Khallic. N. 697; Cod. 639[e] p. 125—137). Ex hoc Capite in *Spec. Crit.* duos locos edidi, p. 48—59, ibidem conversos et illustratos in p. 172—212.

2 (A. p. 51—59) ابنه الرَّاضِى بالله ابو خالِدٍ يَزِيدُ بن محمد (Cod. 639 p. 137—140).

[f]3 (A. p. 59 —77) المُتَوَكِّل على الله ابو محمد عمر بن المُظَفَّر.

---

[a] Tota haec inscriptio, et simul inscriptio primi Capitis, quae statim cum hac conjuncta est, in B. desideratur: voluit sine dubio librarius eam deinde ornatius adjicere, quod cum oblitus fuerit, nunc vacuum tantum spatium relictum est inter ultima praefationis verba et initium ipsius Capitis de al-Mo'tamido. Caeterum, de significatione verborum hujus inscriptionis conf. *Spec.* mei p. 172; vox autem درج nunc ne dubito quidem amplius, quin دُرْجٌ pronuntianda et sic explicanda sit ut l. l. in ann. 297 dixi, quanquam in Cod. A. supra litteram د vocalis *fatha* sit addita. Participium مستغرب *passive* pronuntiavi, hac ratione ductus, quod 10a forma استغرب, utpote medium 4ae, non tantum significare possit *ex peregrinum facit* (et hinc *inusitato modo se gessit*, ac peculiari sensu, *vehemens multusque fuit in risu*), sed etiam sibi, *apud animum suum, peregrinum fecit; pro peregrino, inusitato et miro, habuit:* de posteriori potestate hic cogitandum esse puto, eandemque etiam spectari evidens est, si (ut Firuzabadius in Kamuso retulit) أُسْتُغْرِبَ (pp. *pro peregrino insolentique est habitus*) eodem sensu ac de *activâ* formâ dixi, usurpatur ad exprimendum: *vehemens multusque fuit in risu*.

[b] C. (vide supra p. 386 vs. 6 seq.) وانسابهم. [c] A. انموذجات. [d] Moellerus, l. l. p. 234, ex G., itemque Cod. E. apud Casirium, (nullo discrimine) القاسم.

[e] كتاب أَخْبار المُلوك ونُزْهة المالِك والمَمْلوك فى طبقات الشعراء للملك المنصور محمد بن عمر بن شَاهَنْشَاه. Conf. *Spec.* mei p. 13-15.

[f] Inter hoc et antecedens Caput a Casirio in E. offerri etiam traditur Caput de

Hoc Caput edidit et interpretatus est Hoogvlietus, *Spec.* p. 46—96.

[a] 4 (A. p. 77—84) [b] المُعْتَصِم بالله ابو يحيى [b] محمد بن مَعْن ابن صُمَادِح (Ibn-Khall. N. 698; Cod. 639 p. 157—160).

5 (A. p. 84—94) الحاجب ذو الرِّئَاسَتَيْنِ ابو مَرْوان [c] عبد الملك [c] بن رَزين (Cod. 639 p. 155—157).

[d] 6 (A. p. 94—121) الرئيس الاجلّ ابو عبد الرحمن محمد [e] ابن طاهر [f].

II. Sequitur Liber *secundus*, sic inscriptus: القسم الثانى من قلائد العِقْيان [g] ومحاسن الأَعْيان فى غُرَر حِلْيَةِ الوُزَراء [g] وفِقَر الكُتّاب والبُلَغاء. Est vero longe omnium maximus, complens in Cod. A. pag. 122—272 tomi prioris et p. 1—129 tomi posterioris. Capita exhibet sequentia:

[h] 1 (A. p. 122—152) ذو الوِزارَتَيْنِ ابو الوَليد [i] احمد [k] بن

محمد المُعْتَضِد بالله بن عَبّاد, hoc est, de patre Mohammadis al-Mo'temidi et evo Jazidi ar-Radhii. In nullo tamen e quinque reliquis Codicibus ullum ejus vestigium exstat.

[a] Hoc Caput in solo B. cum sequenti est transpositum. [b] Sic recte legitur in D. E. et G. (itidemque apud Ibn-Khall. et apud Condeum l. l. II. p. 30 et 175). In A. B. et C. (itemque in Cod. 639) exstet inverso ordine معن بن محمد.

[c] — in B. [d] Hoc Caput a Casirio non notatum est, et putaras igitur illud in Cod. E. desiderari. Vide tamen quae adscripsi ad sequens Caput. [e] — in B. In D. est ابن محمد. [f] In A. hic + صاحبُ المَظالِم.

[g] C. male pro his: فى محاسن الوزراء والاعيان.

[h] Apud Casirium pro hoc uno Capite *duo* in Cod. E. offerri leguntur, prius de ذو الوزرتين (sic) ابو الوليد محمد بن عبد الله, posterius de بن زيدون زعيم الفية القرطبية. Qui error *tum* fortasse e Casirio per imprudentiam commissus est, postquam aut in hujus autographo, aut in typothetae specimine, perperam illius viri nomen exciderat, de quo in antecedenti Capite ab Ibn-Khakane expositum est. Videtur ergo hinc argumentum quoddam duci posse, illud Caput etiam in E. reverâ exstare. [i] — in C. [k] De lectionis diversitate,

زَيّدُون (Ibn-Khall. N. 56; Cod. 639 p. 151—155). Hoc Caput edidi *Spec. Crit.* p. 19—48, ibidemque interpretatus sum p. 60—171.

[a] 2 (A. p. 152—154) الوزير ابو عامِر محمد بن عبد الله بن مَسْلَمَة.

[b] 3 (A. p. 154—181) ذو الوِزارتَيْن ابو بكر[c] بن عَمّار (Ibn-Khall. N. 680; Cod. 639 p. 160—162).

[d] 4 (A. p. 182—187) ذو الوِزارتَيْن القائد ابو عيسى بن لَبُّون[e] (Cod. 639 p. 163, 164).

---

quae hoc loco in Codd. B. (ibi L. dicto) E. et G. offertur, jam dixi in *Spec. Crit.* p. 19 ann. *a*. Nunc addere possum, etiam in A. C. et D., itemque in Cod. 639, ante بن زيدون insertum legi بن عبد الله. In Cod vero 639 male pro احمد, plane ut in Codd. B. et E., est محمد.

[a] Hoc Caput in *solo* A. offertur.

[b] Ab hoc inde loco mirum in modum differre videtur Capitum ordo, qui in E., ab illo qui in reliquis Codicibus exstat: apud Casirium certe, qui in suâ Capitum recensione diversos hujus operis Libros a se invicem non distinxit, sed unâ serie continuatisque numeris illa notavit (nempe I. 1 = 1; I. 2 = 2; Caput de al-Mo'tadhido = 3; I. 3 = 4; I. 4 = 5; I. 5 = 6; II. 1 = 7 et 8); apud Casirium igitur hoc Caput de Ibno-l-Ammaro *vicesimo* loco offertur, interpositis *undecim* aliis, quae in reliquis Codicibus longe diverso ordine exstant. Quare jam porro de singulis Capitibus referam, quem numerum in Casirii recensione prae se ferant. [c] In A. + محمد.

[d] Casirio n. 21. [e] In multis hujus operis locis, in quibus de eodem viro fit mentio, hoc nomen in utroque Codice nostro لبون scriptum est, et in A. quidem constanter sic pronuntiatum: لَبُون (ut I. p. 89 vs. 9; p. 171 vs. 8; p. 257 vs. 7; p. 263 vs. 7, caet.); in B. autem haud raro secundae litterae geminationis signum est additum (ut fol. 45 a. vs. 9; fol. 64 s. vs. 4 a f.), at nonnunquam tamen in hoc etiam, plane ut in A., لَبُون scriptum exstat (ut fol. 66 s. vs. 5). Hoc loco Cod. A. لَنُون offert, B. et D. sine vocalibus لبون, C. لبّون, E. et G. autem ليون; ac Cod. 639 denique لبُون. Est illud nomen sine dubio Graecum *Λέων*, quod quidem, si de *Graecis* agitur, Arabice لَأُون scribi solet (vid. ex. gr. Abulfar.

Hist. Dyn. p. 147 vs. 3 et 10, p. 203 vs. 2, 6, 11 et 2 a f., coll. etiam p. 549 vs. 5 a. f.; itemqne Eutychii *Annal.* I. p. 477 vs. 2 a f., II. p. 102 vs. 3, p. 105 vs. 10 et 13, p. 157 vs. 6 a f., p. 366 vs. 6, caet.), et Syriace ܠܐܘܢ (ut apud Bar-Hebr. p. 77 vs. 7, 10 et 3 a f., p. 143 vs. 4, p. 171 vs. 3 a f., p. 174 vs. 1 a f., caet.). At idem illud nomen inprimis etiam inter Armenos usitatum fuit, apud quos, digammate Aeolico inserto, pronuntiari solebat *ΛεϜων* (*Levon*): unde ergo, ubi de *Armenis* sermo est, haud raro apud Arabes quoque et Syros scriptores paullo diversâ ratione scriptum offertur. Sic apud Abulfedaum est لِيفُون, *Ann. Mosl.* V. p. 18 vs. 10, p. 28 vs. 7 a f. et p. 380 vs. 9 a f.; apud Bar-Hebraeum plerumque ܠܶܒܽܘܢ, ut p. 407 vs. 8, p. 418 vs. 10 (ubi tamen in vs. 6 ejusdem viri nomen *Graeco* more ܠܐܘܢ est scriptum), p. 458 vs. 12, 14 et 15, p. 460 vs. 1 et 3, p. 470 vs. 7 a f. et p. 471 vs. 9 et 11; aut etiam ܠܐܒܘܢ, ut p. 465 vs. 8 a f. Jam nemini quidem mirum erit, idem hoc nomen apud Arabes quoque Hispanos simili ratione scriptum offendi, et collatio Syriaci ܠܒܘܢ Arabicum illud لبون (*Lebun*) plane illustrare tuerique videtur; at fieri tamen potest, ut ab aliis etiam ليون (لَيُون ,لِيُون aut لِيُّون) dictum fuerit, nec igitur lectio in E. et G oblata, pro mendo habenda sit: certe ipsum Imperatoris Byzantini, *Leonis Armeni*, nomen apud Abulfed., *Ann. Mosl.* II. p. 110 vs. 3 a f., الليون exaratum est. — Si vero jam quaeris, utrum illud لِبون cum Codd. B. et C. لَبُّون, an cum A. لَبُون (quam scriptionem etiam Condeus secutus est, in multis operis sui locis nomen *Lebun* offerens, ut II. p. 43 vs. 2, 15 et 17, caet.) pronuntiandum sit, haud facile ad hanc quaestionem respondere potuissem, nisi *versus* reperissem, in quibus hoc nomen occurreret, et quorum metrum evidenter de primae ejus syllabae quantitate pronuntiaret. Duos autem tales inveni in Capite de *Ibn-Rasino* (I. 5), ad diversa quidem poëmatia pertinentes, sed quorum utrumque eâdem opportunitate confectum est, quaeque inter se et metro et finali resonantiâ aequalia sunt. Alter hic est (A. I. p. 89 vs. 2 a f.):

(البسيط) مَنْ كانَ يَطْلُبُ من أَصْحابِنا ثِقَةً
على فِرَاق ابى عِيسَى بنِ لَبُّونِ

Alter sic se habet (ibid. p. 90 vs. 5):

هَبُوا لنا حَظَّكُمْ من نَجْلِ لَبُّونِ
كَمْ تَبْخَلُون علينا بالرَّيَاحِينِ

In quibus igitur locis cum nemini possit dubium esse, quin litterae ب geminationis signum addendum sit, eo magis sane mirum est, quod non tantum in A. etiam hic

[a]5 (A. p. 187—189) ذو الوِزارَتَيْن ابو عامِر بن الفَرَج.

[b]6 (A. p. 189—192) الوزير الكاتب ابو عَمْرو[c] الباجيّ (Cod. 639 p. 164—167).

[d]7 (A. p. 192—198) ذو الوِزارَتَيْن[e] ابو بكر بن القَصِيرة. (Cod. 639 p. 171).

[f]8 (A. p. 198—204) الوزير الكاتب[g] ابو المُطَرِّف[h] بن الدَّبّاغ (Cod. 639 p. 169).

[i]9 (A. p. 204—216) الوزير[k] الكاتب ابو القاسم[l] بن الجَدّ (Cod. 639 p. 169—171).

[m]10 (A. p. 216—240) ذو الوِزارَتَيْن المُشْرِف[n] ابو بكر[o] محمد ابن احمد بن رُحَيْم (Cod. 639 p. 172—175).

لَنُون scriptum invenitur (duo puncta *rubra*, quae nunc in *utroque* loco ibi sub secundâ litterâ exstant, ita ut لَيُون offerri videatur, a recentiori manu profecta esse puto), sed in B. quoque, contra quam in aliis locis, hic bis لَبُون exaratum est.

[a] Hoc Caput in *solo* A. reperitur. [b] Casir. n. 22.

[c] Sic est in B. C. et D. In A. E. et G., itemque in Cod. 639, legitur عمر. [d] Casir. n. 23. [e] E. (sec. Casir.) الوزير. [f] Casir. n. 24. [g] — in E. (sec. Casir.).

[h] Sic recte, ut puto, scriptum est in C.; in A. minus bene المُطَرَّف. In B. hic male المظفر offertur; et in eodem inter hoc nomen et sequens بن الدباغ, additum est ابو بكر. In alio hujus operis loco, in quo commemoratur ذو الوزارتين الاجلّ ابو المطرف بن عبد العزيز (in Capite de Ibn-Ammaro, II. 3), nomen illud المطرف in A. (I. p. 157 vs. 6 a f.) sic scriptum est: المُطَرَّف, in B. (fol. 41 a. vs. 12): المطرف. [i] Casir. n. 25.

[k] In A. et D. *hic* + الفقيه, idemque in C. post الكاتب; in E. (sec. Casir.) nihil nisi الوزير offertur. [l] A. C. et Cod. 639 القسم.

[m] Deëst hoc Caput in E., quantum e Casirio apparet. [n] Sic perspicue, et bene ut puto, in A. offertur: in B. C. et D. est المشرَّف; in Cod. 639 deëst. مُشَرَّف nihil aliud significare posset quam *nobilitatum*, *gloriosum* virum; مُشْرِف vero muneris est titulus, et *inspectorem* significat (*inspecteur*, *surintendant*). Conf. inprimis Quatremèrii *Histoire des Sultans Mamlouks de l'Égypte*, T. I. p. 10 ann. 9; itemque J. Richardsoni *Pers. Arab. and Engl. Dictionary* in ipsâ voce. [o] In B. et C. etiam hic + بن.

[a] 11 (A. p. 240—245) الوزير[b] ابو عامر بن أَرْقَم.

[c] 12 (A. p. 245—256) الوزير الكاتب[d] ابو محمد بن القاسم[e] (Cod. 639 p. 175, 176).

[f] 13 (A. p. 256—262) الوزير ابو محمد بن سُفْيَان[g] (Cod. 639 p. 176—178).

[h] 14 (A. p. 262—272) ذو الوِزارتَيْن [i]ابو الحسن[i] بن الحَاجّ[k] (Cod. 639 p. 178-180). In hujus Capitis fine (A. p. 270-272) etiam paucis commemoratus est ابنُه ذو الوِزارتَيْن [l]ابو محمد[l], unde Moellerus peculiare Caput (n. 18) notavit, quo de hoc quoque viro seorsim ab Ibn-Khakane expositum sit.

[m] 15 (A. II. p. 1—8) الوزير[n] الكاتب ابو محمد بن عَبْدُون (Cod. 639 p. 147—151). Hoc Caput edidit Hoogvlietus et interpretatus est, *Spec.* p. 99—125.

[o] 16 (A. p. 8—18) [p]الوُزَرَاء بنو القُبْطُرْنُه (Cod. 639 p. 180-184,

[a] Hoc Caput deëst in B. at G.; Casirio est n. 27; in C. et D. offertur post sequens 12um. [b] In solo A. + الكاتب. [c] Casir. n. 26. [d] Hoc — in E. (sec. Casir.). [e] C. et Cod. 639 etiam hic القسم. [f] Casir. n. 28.

[g] C. at D. سفين; G. (sec. Moell.) male شعبان. [h] Casir. n. 29.

[i] — in C. [k] Sic nomen hoc pronuntiandum esse credo, nempe ut participium sit verbi حَجَّ; in Codicibus tamen geminationis signum neque hic, neque in aliis hujus operis locis in quibus idem occurrit, additum est. Cod. 639 male offert الحَجّاج. In A. post الحاج recentiori manu scriptum est اللورقى.

[l] In A. hoc deëst. [m] Casir. n. 30. [n] In A. hic + الفقيه.

[o] Deëst hoc Caput in E., quantum e Casir. apparet: in G. etiam deësse putares, quoniam Moellerus in recensione suâ statim a Capite de Ibn-Abduno ad Caput de ابن الجبير transiit; at in hoc tamen Codice illud reverâ exstare (a pag. 238 ad 247), et spatium igitur inter p. 232 et 247 non, ut ex Moelleri *Catal.* efficeres, uno Capite de Ibn-Abduno, sed *duobus* compleri, ipse cum Leidae illo uterer, vidi.

[p] Quomodo hoc nomen, quod sine dubio peregrinum, et quidem, ut puto, *Hispanae* originis est (fortasse latet in illo vox *el-copturno*, quae, ut composita ex *copa* (*poculum*) et *turno* (*orbis*), *pincernam* significare potuit), in Codd. A. at B.

et quidem separatim de الوزير ابو محمد بن القبطرنه p. 180—183, de اخوه ابو بكر بن القبطرنه p. 183, 184, et de اخوه ابو الحسن بن القبطرنه p. 184). Locus ex hoc Capite editus est ab Hoogvlieto, *Spec.* p. 96—98.

[a]17 (A. p. 19) الوزير الكاتب ابو محمد عبد الرَّحِيم بن عبد الرَّزّاق.

[b]18 (A. p. 19—29) الوزير الكاتب ابو محمد بن الجبير[c] (Cod. 639 p. 184—186).

[d]19 (A. p. 29—31) الوزير الفقيه ابو أَيُّوبَ بنُ ابى أُمَيَّةَ.

[e]20 (A. p. 31—40) الوزير الكاتب ابو محمد بن [f]عبد الغَفُور (Cod. 639 p. 186, 187).

---

et in Cod. 639 scriptum pronuntiatumque offeratur, Hoogvlietus jam dixit in *Spec.* p. 67 ann. 38; in C. scriptum est القنطريه; in D. (sine vocalibus) القبطرنه; in G. القبرطنة.

[a] Hoc Capitulum in *solo* A. offertur; sed notandum est, ejus mentionem quoque fieri in C., in subscriptione tomi prioris: nempe in isto Codice, etsi *uno* volumine constanti, plane tamen atque in nostro B., opus ipsum in *duos* tomos distributum est, quorum prior ibi desinit in fine Capitis de بنو القبطرنه: cui igitur absoluto haec a librario subscripta sunt: انتهى السفر الاول من كتاب قلائد العقيان ومحاسن الاعيان يتلوه ان شاء الله فى السفر الثانى الوزير الكاتب ابو محمد عبد الرحيم بن عبد الرزاق والحمد لله الخ. Jam vero, post tres paginas quae vacuae relictae sunt, statim in isto Codice *illud* Caput sequitur, quod mox n. 21 commemorabitur.

[b] Casir. n. 31; deëst, ut dixi, in C. [c] In A. huic nomini nullae vocales sunt additae; in B. legitur الجُبَيّر, in D. الجبيّر. Nomen quidem جُبَيْر inter Arabes valde frequens est; forma جُبِّير vero mihi plane ignota. Quare, si geminationis signum in duobus illis Codicibus recte se habeat, hoc fortasse non ad litteram ي sed ad ب referendum est, ac nomen illud pronuntiandum ابن الجِبِّير. In Cod. 639 mendose scriptum est الحَيْر.

[d] Hoc Caput in *solo* A. offertur. [e] Casir. n. 32; etiam hoc Caput, ut dixi, deëst in C. [f] B. غفور; G. (sec. Moell.) عبد القفور.

[a]21 (A. p. 40—45) الوزير[b] الكاتب ابو بكر بن عبد العَزِيز
(Cod. 639 p. 188, 189).

[c]22 (A. p. 45-47) الوزير[d] ابو القَسِم بن ابى بكر بـن عبد العَزِيز.

[e]23 (A. p. 47—51) الوزير ابو جَعْفَر بن احمد (Cod. 639 p. 189).

[f]24 (A. p. 51) الوزير ابو مَرْوان بن مُثَنًّى[g].

[h]25 (A. p. 51—56) ذو الوزارَتَيْن القائد[i] ابو الحسن بن آلْيَسَع[k]
(Cod. 639 p. 189—191).

[l]26 (A. p. 56—59) الـوزير المُشْرِف[m] ابو محمد بن مالِك[n]
(Cod. 639 p. 191, 192).

[o]27 (A. p. 59—69) الوزير الكاتب[p] ابو القاسِم[q] بن السَّقّاطِ[r]
(Cod. 639 p. 192, 193).

---

[a] Casir. n. 33. [b] In B. + الاجلّ.

[c] Hoc Caput in solis A. et C. offertur. [d] In C. + الكاتب. [e] Casir. n. 34.

[f] Hoc Capitulum in solis A. et C. exstat. [g] In A. scriptum est مُـثـنّى, in C. tantum مثنّى. — المُثَنَّى (cum artic.) nomen est patris Abu-Obaidae Ma'maris, clari Grammatici (ابو عُبَيْدة مَعْمَر بن المُثَنَّى): conf. Ibn-Khall. N. 741, Hamas. p. A vs. 13 a f. [h] Deëst hoc Caput in E., quantum ex Casirio apparet.

[i] — in C. [k] In A., et hoc loco, et in multis aliis, scriptum est اليسَعِ, in B. الْيَسع, in Cod. 639 آليَسَع: unde ergo apparere videtur, ita ut feci pronuntiandum esse. Accedit, quod in Dhahabii المشتبه (MS. 325) in litterâ ى capitulum offeratur sic incipiens: اليَسع واصِحْ وبنُونِ سليمانُ بن نَسَع الاندلسىُّ الخ. Nec cuiquam tamen dubium erit, quin illud الَــيـسع sit Hebraïcum אֱלִישָׁע, et proprie ergo أليَسَعُ pronuntiari debeat, ex quo Arabes deinde, cum nominis origo in oblivionem iisset, ita plane آلْيَـسَعُ fecerint, quemadmodum vicinum quoque nomen إِلْيَاسُ (*Elias*) nonnulli, آلْـيَـاسُ scribentes, corruperint. — In G. pro اليسع est الحاج.

[l] Casir. n. 35. [m] Sic etiam hoc loco recte in A. scriptum est (conf. supra ad II. 10). In B. hic nullum signum est additum; in C. et D. rursus offertur المشرّف; in E. (sec. Casir.) et in Cod. 639 ea vox deëst. [n] A. ملك.

[o] Casir. n. 36. [p] Deëst in E. (sec. Casir.) [q] C. et Cod. 639 القسم.

[r] Cod. 639 male السّقاط.

[a]28 (A. p. 69—80) ذو الوزارتَيْن الكاتب[b] ابو عبد الله بن ابى[c] الخِصَال (Cod. 639 p. 194, 195).

[d]29 (A. p. 80—86) ذو الوزارتَيْن الكاتب ابو محمد[e] بن عبد البَرّ (Cod. 639 p. 195, 196).

[f]30 (A. p. 86—91) الوزير الكاتب[g] ابو الفَضْل بن حَسْدَاى[h] (Cod. 639 p. 196, 197).

[i]31 (A. p. 91—93) الوزير [k]ابو عامر بن يَنَّق[k] (Cod. 639 p. 197, 198).

[l]32 (A. p. 93—95) الوزير الكاتب[m] ابو بكر بن قُزْمَان[n] (Cod. 639 p. 198, 199).

---

[a] Casir. n. 37. [b] Deëst in E. (sec. Casir.). [c] Deëst in G. (sec. Moell.).

[d] Deëst hoc Caput in E. [e] Cod. 639 بكر. [f] Casir. n. 38. [g] Deëst in E (sec. Casir.).

[h] In hujus nominis scriptione at pronuntiatione Codices inter se discrepant: A. hoc loco offert حَسداى, B. حمدانى, C. et D. حَسَدَاى, E. (sec. Casir.) حسدانى, G. (sec. Moell.) خداى, et Cod. 639 denique حَسْدَاى. Postremam rationem secutus sum, tum quod, cum idem nomen *semel* in Capita de Ibn-Ammaro (II. 3) et *bis* in Capite de Ibno-d-Dabbago (II. 8) occurrat, ibi in *utroque* nostro Codice حسداى, et in A. quidem (I. p. 170 vs. 8 a f., 199 vs. 4 a f. et 201 vs. 3 a f.) perspicue حَسْدَاى scriptum est; tum quod certissimum mihi videtur, in eo latere notum Judaïcum nomen חַסְדָּאי, cujus et litterae et vocales sic accurate expressae sunt.

[i] Casir. n. 39. [k] G. (sec. Moell.) male ابو بكر بن سيف. Nominis يَنَّق 2a littera in A. ita scripta est, ut pro ّ haberes; perspicue tamen in B. offertur ينّق, in C. et D. يَنْق, in Cod. 639 يَنَّقَ, at Casirius denique ex E. edidit يانق. Animadvertendum est, in Kamuso (in v. ينق) haec exstare: يناق كشَدَّاد صَحَابِىٌّ الحسنُ بن مُسْلم بن يَنَّاق.

[l] Casir. n. 40. [m] — in B. et in E. (sec. Casir.). [n] Moell ex G. قرمان. In B. non قُزْمان (ut in A. C. D., in Cod. 639 et apud Casir.), sed قَزْمانَ legitur. Priorem tamen pronuntiationem bene se habere, confirmatur etiam adhibito Dhahabii المشتبه, ubi in v. قزمان hoc scriptum est: قُزْمان جَدُّ الفقيهِ ابى مَرْوَن عبد الرحمن بن محمد بن عبد الملك بن قُزْمان القرطبىّ.

[a]33 (A. p. 95—99) الوزير الكاتب[b] ابــو بكر بــن المِلْح[c] (Cod. 639 p. 199, 200).

[d]34 (A. p. 99—102) رَفِيعُ الدولةِ [e]ابــو زَكَرِيَّاء[e] بن صُمَادِح (Cod. 639 p. 235, 236).

[d]35 (A. p. 102—129) الوزير الكاتب ابو جَعْفر بن مَسْعَدة.

III. Sequitur Liber *tertius*, sic inscriptus: القسم الثالث [f]من قَلائد العِقْيان ومَحاسِن الأَعْيان[f]. [g]فى لُمَع[g] أَعْيان القُضَاة[h] ولُمَح[i] العُلَماء السَّرَاة[k]. In Cod. A. pertinet a p. 131 ad 197 tomi posterioris, et sequentia Capita offert:

[l]1 (A. p. 131—135) الفقيه القاضى ابــو الوَلِيد[m] الباجِىُّ (Ibn-Khall. N. 274; Cod. 639 p. 200, 201).

[n]2 (A. p. 135—137) الوزير[o] الفقيه ابو مَرْوان بن سِرَاج (Cod. 639 p. 202, 203).

---

[a] Casir. n. 41. [b] Deëst in E. (sec. Casir.). [c] Casirius offert المالح, sed per errorem, ut puto: nam *Latine* scripsit *Almolh*.

[d] Hoc Caput et sequens in solis A. at C. exstant. [e] — in Cod. 639.

[f] — in C. [g] D. ولمع. De significatione hujus vocabuli et sequentis لمح vide supra p. 392—394. [h] In A. C. et D. + والفُقَها.

[i] In A. C. at D. hic + أَعْلامِ. [k] — in A.; in C. est والسراة. Caeterum forma سَرَاةٌ valet apud Arabes pro plurali formae سَرِىٌّ, *generosus*, *princeps*: vide Scholia ad Harir. p. ١٣٧ vs. 12 a. f. et p. ۴٠٧ vs. 2 a f., quo posteriori loco male in textu (vs. 1 a f.) scriptum est السُّراة. [l] Casir. n. 42.

[m] In A. + سليمن بــن حَلفِ, in C. سُلَيْمَن بــن خُلَفِ, in Cod. 639 سُلَيْمان بن خَلَفِ. Postrema scriptio probanda videtur.

[n] Casir. n. 43. In hoc Capite desinit Moelleri descriptio, ex qua igitur jam porro non apparet, quomodo reliquorum virorum nomina in G. exarata sint. Neque ego etiam, antequam hunc Codicem Gotham remitterem, nomina illa inde descripsi; quod nunc quidem doleo, quoniam post repertum alterum Leidensem Codicem, et post acceptam collationem Codicum Parisiensium, majoris mihi momenti jam foret, de Gothano etiam Codice hic plane certo esse. In universum tamen hoc scio, et dixi quoque in *Spec. Crit.* p. 12 vs. 10 seqq., ex leviter inter se collatis Codicibus B. et G. (quos tunc solos ad manum habebam) mihi apparuisse, hunc plane eadem Capita atque illum continere, et ordinem quoque horum in utroque eundem esse.

[o] — in E. (sec. Casir.).

[a]3 (A. p. 137) ابـو محمد غـانِمُ بـن الوَلِيد المَخْزُومىّ
(Cod. 639 p. 203).

[b]4 (A. p. 137—141) [c]قاضى الجَمَاعَةِ ابو عبد الله بن
[d]حَمْدِينَ (Cod. 639 p. 203, 204).

[e]5 (A. p. 141—144) الوزير[f] الفقيه ابـو عُبَيْدٍ[g] البَكْرِىّ
(Cod. 639 p. 204).

[h]6 (A. p. 144, 145) ابو بكر بن ابى الدَّوْس.

[i]7 (A. p. 145—149) الوزير الفقيه[k] ابو الحُسَيْن[l] بن سِرَاج
(Cod. 639 p. 204, 205).

[m]8 (A. p. 149—154) [n]ذو الوزارتَيْن الفقيه قاضى القُضَاة
ابو أُمَيَّةَ ابرهيمُ[o] بن عِصَامٍ (Cod. 639 p. 205, 206).

[p]9 (A. p. 154—157) الفقيه الامام[q] ابو بكر غالِبُ[r] بن
عَطِيَّةَ المَحَارِبىّ[s].

---

[a] Hoc Capitulum in solis A. at C. exstat.

[b] Casir. n. 45. In D. hoc Caput post illud quod bic III. 5 (ibi III. 3) est, offertur. In universum vero ab hoc inde loco ordo Capitum hujus Libri in isto Codice aliquantum diversus est ab ordine, quo in A. B. et C. se invicem excipiunt: quae locum quem singula in eo teneant, Lectori deinceps indicabo. [c] In E. (sec. Casir.) pro his legitur الفقيه, et in D. ante haec + الفقيه الاجل.

[d] Sic reverâ pronuntiandum esse aliis etiam locis confirmatur, ut A. I. p. 208 vs. 2, p. 209 vs. 6, caet.

[e] Casir. n. 44; D. III. 3. In B. vero *ante* hoc Caput illud insertum est, quod infra III. 17 commemorabitur. [f] — in E. (sec. Casir.) [g] B. et Cod. 639 عبد الله.

[h] Exstat hoc Capitulum in *solo* A. [i] Casir. n. 47; D. III. 6.

[k] — in E. (sec Casir.); In D. pro eo est الاستاذ. [l] In Cod. 639 est الحسن.

[m] Casir. n. 48; D. III. 7. [n] In E. (sec. Casir.) pro his est الفقيه ابراهيم ابـن امية; in B. autem post قـاضـى القضاة + المشرف, et in D. mendose الشرف; in Cod. 639 ante ابرهيم + بن.

[o] Etiam in aliis hujus operis locis hoc nomen in Cod. A. constanter sic scriptum est, ut I. p. 264 vs. 5, p. 266 vs. 8, caet.

[p] Casir. n. 49 (ubi simpliciter legitur: ابو بكر بـن عطيه); D. III. 8. Deëst autem in B., et ut scire mihi videor, etiam in G. [q] In D. + الحافظ.

[r] — in D.; in C. offertur بن غالب. [s] — in D.

[a] 10 (A. p. 157—160) [b] الفقيه صاحِبُ الأَحْكامِ ابو محمد بن [c] سِمَاكٍ (Cod. 639 p. 207, 208).

[d] 11 (A. p. 160—165) [e] الوزير الفقيه [e] القاضى ابو الحسن بن أَضْحَى (Cod. 639 p. 208, 209).

[f] 12 (A. p. 165—169) [g] الوزير الفقيه [h] القاضى [i] ابو محمد [k] عبدُ الحَقّ [k] بن عَطِيَّةَ (Cod. 639 p. 209, 210).

[l] 13 (A. p. 169—173) الوزير الفقيه [m] ابو عبد الله بن [n] اللَّوْشِيّ [o] (Cod. 639 p. 211).

---

[a] Deëst in E. quantum ex Casirio apparet, et in D.

[b] In B. hic + الوزير. [c] Hoc nomen in A. B. et Cod. 639 scriptum est سماك: quare non dubitavi سِمَاكٌ pronuntiandum esse, quum ex Dhahabii المشتبه in v. السمّاك appareat, multos fuisse quibus forma سِمَاكٌ nomen proprium esset (وسِمَاكُ بن حَرْب بالكسر فجماعةٌ), multos etiam qui السّمّاك appellarentur (السَّمَّاكُ جَمَاعَةٌ), sed *unum* tantum qui سَمَّاكٌ, sine addito articulo, diceretur (وسَمَّاكُ بن موسى فَرْدٌ فى الأَعْلام). In Cod. C. scriptum est سمال, quod quamvis *hic* mendosum esse putem, reverâ tamen inter nomina propria quoque exstat. Dicit enim Dhahabius in eodem loco: وبلام ابو السَّمَّالِ — — وسَمَّالُ بن عَوْفٍ — — وابو سَمَّالٍ الأَسَدِىّ وآخَرون لا يُعْرَفون.

[d] Casir. n. 51; D. III. 10. [e] — in E. (sec. Casir.). [f] Casir. n. 50; D. III. 9.

[g] In D. et E., in quibus hoc Caput statim excipit illud, quod in A. III. 9 est, praemissum hic legitur ابنُه. [h] In D. + الحافظ. In E. vero (sec. Casir.) nihil nisi القاضى offertur. [i] — in B. [k] — in B. et in Cod. 639.

[l] Casir. n. 52; D. III. 11. [m] In A. + القاضى; in C. pro الوزير الفقيه est الفقيه الكاتب; In E. (sec. Casir.) deëst الوزير. [n] — In C.; in E. post محمد + بن. [o] In solo Cod. 639 littera *Lam* cum vocali scripta est, et quidem cum *Dhammâ;* verum in Lexico Geogr. primae litterae nominis لوشة (i. e. Hispanae urbis *Loxa*) *Fatha* tribuenda esse legitur (لوشة بالفتح ثم السكون وشين معجمة مدينة بالاندلس غَرْبِىّ البَيْرَةِ قِبْلِىّ قُرْطُبَةَ على نهرِ سَنْجَل (*Xenil*) نهر غَرْنَاطَةَ بينها وبين غَرْناطة عشرة فراسخ).

[a]14 (A. p. 173 —177) الفقيه الحافظ[b] ابو الفَضْل عِيَاض بن موسى بن عِيَاض (Ibn-Khall. N. 522; Cod. 639 p. 212).

[c]15 (A. p. 178—180) الفقيه القاضى الحافظ[d] ابو بكر ابن العَرَبِيّ.

[e]16 (A. p. 180—188) [f]الوزير الفقيه القاضى[g] ابو الحسن ابن زِنْبَاع[h] (Cod. 639 p. 213, 214).

[i]17 (A. p. 188—193) الفقيه الأُسْتاذ ابو محمد عبد الله[k] ابن السِّيدِ البَطَلْيَوْسِيّ (Ibn-Khall. N. 354).

[l]18 (A. p. 193—197).[m] الوزير الحَكِيم ابو بكر بن الحَدَّادِيّ.

---

[a] Casir. n. 53; D. III. 12. [b] In B. et C. + القاضى; in E. (sec. Casir.) deëst الفقيه الحافظ, sed post بن عياض + قاضى قرطبه.

[c] Exstat hoc Caput in solis A. et C. [d] In C. + هو. [e] Casir. n. 54; D. III. 13.

[f] Haec tria vocabula — in E. (sec. Casir.); الفقيه القاضى — in B., et القاضى — in D.; in C. legitur القاضى الفقيه. [g] E. (sec. Casir.) حسن.

[h] Sic (sine vocalibus tamen) offerunt hoc loco B. et D.; In A. scriptum est نَتّاع, in C. تيّاع, in E. بياء, et in Cod. 639 بَيّاعِ. Sub finem ipsius Capitis (A. p. 187 vs. 4) hoc nomen denuo expressum est, et ibi quidem in A. بن نَيّاع, in B. بن زنباعِ reperitur. Mihi sanequam probabile videtur, sic ut edidi legendum esse, partim quod littera ز facile cum antecedenti litterâ ن confundi et librariorum oculos effugere potuit, et partim, quod in Djauharii et Firuzabadii Lexicis (in v. زبع) forma زِنْبَاعْ tanquam proprium nomen enotata est. Sic Djauharius: وزِنْبَاعْ بكسر الزاى اسمُ رجلٍ وهو روح ابن زِنْبَاعِ الجُذَامِىّ.

[i] Casir. n. 46; D. III. 5. In B. hoc Caput inter III. 4 et III. 5 est positum: conf. supra ad III. 5. [k] In B. et D. + بن محمد. In E., secundum Casirium, pro الفقيه — الله est ابو عبد الله محمد; sed e textu Latino apparere videtur, in ipso Codice legi ابو محمد عبد الله بن محمد.

[l] Hoc Caput in solis A. et C. exstat. [m] Sic edidi, scriptionem secutus quae in C. offertur (الحدّادى); in A. sine geminationis signo scriptum est الحدَادى: quod, si porro الحُدَادىّ aut الحِدَادىّ pronuntiaris, etiam bene explicari poterit. Sic enim Sojutius in لُبّ اللُّبَاب: الحدادى بالفتح

IV. Jam sequitur Liber *quartus*, qui ultimus est et sic inscriptus: القسم الرابع من قَلائد العِقْيان ومَحاسن الأَعْيان في بَدَائع نُبَهاء[a] الأُدَباء[b] ورَوَائِع فُحُولِ[b] الشُّعَراء. Complectitur in A. paginas 199—331 tomi posterioris, et sequentia Capita exhibet:

[c] 1 (A. p. 199—219) الاديب ابو[d] اسحق ابرهيم[d] بن خَفَاجَة[e] (Ibn-Khall. N. 16; Cod. 639 p. 215, 216).

[f] 2 (A. p. 219, 220) ابو بكر عُبَادَةُ بن ماء السَّمَاء (Cod. 639 p. 214, 215).

[g] 3 (A. p. 220—226) الاديب[h] ابو محمد[i] عبد الجَلِيل[k] ابن وَهْبُونَ[l] المُرْسِيُّ (Cod. 639 p. 216, 217).

[m] 4 (A. p. 226—237) الاديب ابو بكر[n] بن اللَّبَّانَةِ الدانِيُّ[n] (Cod. 639 p. 140—147).

والتشديد الى الحديد كالحَدَّاد وحَدَّادَةُ قريةٌ بِقُومِس وبالضم والتخفيف الى حُدَادَ بطنٍ من الأَزْد وغيره وبالكسر الى حِدَادٍ بطنٍ من مُحَارِبَ. Praetuli tamen pronuntiationem الحَدَّادى, quoniam in alio hujus operis loco (A. I. p. 81 vs. 7) mentio fit poëtae, cujus nomen ibi in utroque quidem Codice nostro ابن الحَدَّادِ scriptum est, at qui tamen vix dubito quin pro eodem atque hoc habendus sit.

[a] D. male نهباء. [b] B. وفحول. [c] Casir. n. 55.

[d] B. ابرهيم — in E. اسحاق ابراهيم; [e] C. et D. male حفاجة; E. جفافة. [f] Hoc Capitulum in solis A. et C. exstat. [g] Casir. n. 56.

[h] — in E. (sec. Casir.). [i] In C. hic + بن. [k] E. (sec. Casir.) الخليل.

[l] B. male رهبون. [m] Casir. n. 57. [n] الدانى — in D. In E. transpositis vocabulis legitur الدانى ابن اللبانة; et in B. الدانى المعروف بابن اللبانة. In Cod. 639 pro الاديب — الدانى offertur: ابو بكر محمد ابن عيسى الدانىّ المعروف بابن اللُّبَانة. — Nomen اللبانة hic in utroque Cod. ita scriptum est, ut de pronuntiatione ejus nihil liqueat. At in reliquis hujus operis locis, in quibus de eodem viro fit mentio (a me jam citatis in *Spec.* p. 133 ann. 203), tam in A. (I. p. 8 vs. 9; p. 39 vs. 5; p. 47 vs. 6 a f.; p. 53 vs. 4), quam in B., perspicue اللَّبَّانة offertur. Accedit, quod in Codice

[a]5 (A. p. 237—250) [c]الحَكِيم الاديب[b] ابو الفَضْل بن شَرَف
(Cod. 639 p. 217—219).

[d]6 (A. p. 250—267) [e]الاديب ابو محمد بن صَارَة[f] الشَّنْتَرِينِى[g]
(Ibn-Khall. N. 353; Cod. 639 p. 219—221).

[h]7 (A. p. 267—272) الفقيه القاضى ابو الفَضْل بن الأَعْلَم.
Filius est illius, cujus vitam delineavit Ibn-Khall. N. 851.

[i]8 (A. p. 273—285) [k]الاديب ابو العبّاس

---

nostro operis Marracischii (MS. 546, in quo a p. 139 ad 148 et a p. 150 ad 156 complura hujus poëtae carmina referri, *Spec.* l. l. dixi) duo etiam loci sunt, in quo nomini isti bunc in modum vocalis adscripta sit: ابن اللَّبانة (p. 139 vs. 2 a f. et p. 151 vs. 1). Unde nullus jam dubito, quin ista pronuntiatio bene se habeat, et vituperanda sit ea, quam in *Spec.* l. l. ex auctoritate Cod. 639 sequendam esse putabam, et quam expressit etiam Reiskius in Abulf. *Ann. Mosl.* III. 303. *Ibno-l-Labbana* ergo proprie significat *filium venditricis lactis.*

[a] Casir. n. 58. [b] — in E. (sec. Casir.); in B. est الاديب الاستاذ, in D. الاديب الحكيم. [c] Hic + in E. الاديب. [d] Casir. n. 59.

[e] In A. et C. hic + الاستاذ; in E. (sec. Casir.) exstat tantum: الاديب بن صَارَّة, et in Cod. 639: ابو محمد بن سارة الاديب.

[f] B. صابرة; C. D. et E. سارة; Cod. 639 (ut dixi) صَارَّة. Ibn-Khall. in fine vitae hujus viri (edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. ٤٣ vs. 4 a f.) memoravit quoque, ab aliis ابن صارة, ab aliis ابن سارة scribi. [g] Huic vocabulo in A. nullum punctum adscriptum est. In B. (et E., ut jam dixi) deëst.

[h] Exstat hoc Caput in solis A. et C. [i] Casir. n. 9, ut puto.

[k] In A. recentiori manu supra hoc nomen adscriptum est: جعفر (*in aliis exemplis legitur* جعفر); et sic revera in Cod. E. offertur, si hoc Caput, ut non dubito, idem est atque illud, quod *nono* loco a Casirio indicatum est. Sic ille: 9. Abu-Giaphar Ali, *vulgò* Caecus, *Regis* Ali Ben Joseph Ben Taschphin *à secretis, qui in ejusdem Regis laudem plura edidit carmina;* et in calce paginae haec Arabice adscripta sunt: الاديب ابو جعفر الاعمى وزير على ابن يوسف بن تشفين (تاشفين .l) ويمدحه. Quibus bene consideratis, pro certo habeo, in Escur. Codice nihil aliud esse scriptum quam الاديب ابو جعفر الاعمى; Casirium vero, cum *aliunde* sciret, Regi Alio fuisse Vesirum, nomine ابو جعفر على الاعمى (quod ego tamen nusquam

الأعـــمـــى الـــقـــرطـــبـــي
(Cod. 639 p. 221, 222).

[b]9 (A. p. 285—289) [d]الاديب[c] ابـو جـعـفـر بن البَتِّي
(Cod. 639 p. 223, 224).

---

inveni: apud Condenm (l. l. II. p. 199 vs. 23 seqq.) duo tantum hujus Regis Veziri nominati sunt, nempe Othman ibn-Omar, et Ishak ibn-Othman), imprudenter sibi persuasisse, Ihn-Khakanem hic de illo *Veziro* dixisse, idque opinatum confidenter ea quae descripsi verba in medio posuisse; in ipso autem Capite de ابو العباس الاعمى, ne nomen quidem Regis Alii commemoratur, et certum igitur videtur, hunc ab illo *Abu-Dja'fare Alio*, quem Casirius nescio unde sciverit apud istum Regem Veziri dignitatem gessisse, plane fuisse diversum. Atque eadem fortasse origo est varietatis lectionis, hic in Codicibus Ihn-Khakanis oblatae: nam virum illum reverâ *Abu-l-Abbasum*, non *Abu-Djafarem*, vocatum fuisse, apparet etiam e loco, qui in ipso eo Capite reperitur (A. p. 274 vs. 6 a f.), ubi in utroque Codice nostro وكان لابى العباس هذا scriptum est; facile autem librarius aliquis, cui etiam ut Casirio notus fuerit Vezirus ille ابو جعفر على الاعمى, hic de isto cum agi putaret, ad العباس adscripsit جعفر, et sic ansam dedit alterius deinde in alterum mutandi. Si autem miraris, qui Casirius non tantum Latine nomen Ali et sequentia verba *Regis—carmina*, sed Arabica quoque illa وزير — ويمدحه temere *de suo* addiderit, persuasum habeas, alia in hoc opere tantae negligentiae atque imprudentiae exempla exstare, ut hoc certe pro magno et insolito non habendum sit.

[a] In A. eâdem illâ recentiori manu ad hanc vocem adscriptum est: التطيلي صح (التُّطيلي: *sic legi debet*). Videtur ergo *Vezirus* ille, Abu-Dja'far Ali, ex urbe *Tudelâ* ortus fuisse.

[b] Casir. n. 18. [c] In E. (sec. Casir.) est الوزير. [d] In A. hic scriptum est البَتّي, in B. D. et E. البنى, in C. البتّى, in Cod. 639 البَنّى. In duobus aliis hujus operis locis, et quidem in Capite de Mohammade ibn-Tahir (I. 6), ejusdem viri nomen offendi, in quorum altero in A. (I. p. 100 vs. 7) scriptum est: الوزير الكاتب ابو جعفر بن البنى, in B. (fol. 29 a. vs. 4) الوزير — بن البنى; in altero autem A. (I. p. 103 vs. 8 seq.) offert: فمن ذلك قول الوزير ابى جَعْفَر البنى, B. (fol. 29 b. vs. 12): فمن أَبْدَعِ ذلك قول الوزير ابو جعفر البَتى. Hanc ultimam veram

[a] 10 (A. p. 289—292) [b] الاديب ابو العلاء بن صُهَيْب (Cod. 639 p. 224, 225).

[c] 11 (A. p. 292—297) [d] الأُسْتاذ الاديب ابو القاسم [e] بن [f] العَطّار (Cod. 639 p. 225, 226).

[g] 12 (A. p. 297—299) [h] الاديب الحاجّ [i] ابو عامر بن عَيْشُون [k] (Cod. 639 p. 226—228).

[l] 13 (A. p. 299—302) [m] الأَسْعَدُ بن بليطة.

[n] 14 (A. p. 302, 303) [o] ابو الحسن على بن جودىّ.

---

esse scriptionem, ac nomen illud ita porro ut in textu feci pronuntiandum esse, apparet ex Kamuso in v. بت, ubi hoc inter alia offertur: وبَتّةُ قَرْيَةٌ ببَلَنْسِيَةَ منها ابو جَعْفَرٍ الاديبُ. In Lexico Geogr. illius vici nulla mentio facta est.

[a] Casir. n. 11. Deëst vero hoc Caput in B., et ut scire mihi videor, etiam in G. [b] E. (sec. Casir.) male صهيب. [c] Casir. n. 12. Deëst in B., et quantum scio, etiam in G. [d] — in D. et in E. (sec. Casir.). [e] C. القسم. [f] E. (sec. Casir.) male العطا.

[g] Casir. n. 13. Deëst in B., et quantum scio, etiam in G. [h] — In E. (sec. Casir.) et in Cod. 639. De pronuntiatione hujus nominis conf. supra ad II. 14. Etiam hic in nullo Codice geminationis signum est additum. [i] — in D. [k] Sic scriptum est in C. et in Cod. 639; A. D. et E. offerunt عَيْشُون. Mihi altera scriptio propterea probabilior visa est, quia nomen عَيْشُون sat frequens, contrà عَيْسُون rarius est, itaque hoc multo facilius in illud, quam illud in hoc, a librariis mutari potuit. Quo accedit, quod e Dhababii المشتبه apparet, nomen عَيْسُون Arabi Hispano proprium fuisse. Sic enim ille: عَيْشُون جَمَاعَةٌ وبمُهْملة عَمْرُو بنُ عَيْسُون الاندلسىّ الخ. [l] Exstat hoc Caput in solis A. et C. [m] In A. primo et tertia hujus nominis littera puncto caret, et in neutro Cod. ei vocales adscriptae sunt. Frustra etiam alibi illud quaesivi, et de pronuntiatione igitur certi quid Lectori tradere nequeo.

[n] Etiam hoc Capitulum in solis A. et C. offertur. [o] In A. خُودِى scriptum est, in C. جودىّ. Certo definire non possum, utra scriptio verior sit, cum nusquam de hoc viro mentionem injectam repererim. In textu tamen جودىّ scripsi, quoniam حودىّ unde derivari posset plane non video, relativi autem nominis جُودِى exempla non desunt. Haec in Kamuso leguntur in v. جود:

[a] 15 (A. p. 303—307) الاديب[b] ابو الحسن [c]حَكَمُ بن محمد[c] [d]غُلَامُ البَكْرِيّ[d] (Cod. 639 p. 228, 229).

[e] 16 (A. p. 307—310) [f]الأديب[g] [h]ابو عبد الله[h] بن الفَخَّارِ[i] (Cod. 639 p. 230, 231).

[k] 17 (A. p. 311—314) الاديب[l] [m]ابو بكر[m] بن المُرَابِطِ (Cod. 639 p. 231, 232).

[n] 18 (A. p. 314, 315) الاديب ابو بكر بن [o]بَقِيّ[o] (Ibn-Khall. N. 813; Cod. 639 p. 232, 233).

والنجود بالضم النجوعُ وقَلْعَةٌ وجُودَةُ وادٍ باليمن والجُودِيُّ جبلٌ بالجزيرة (المَوْصِل prope جَزيرة ابنِ عُمَر .h. e) آسْتوتْ عليه سَفِينةُ نُوحٍ عليه السلام وجبلٌ بِأَجَأَ وابو الجُودِيِّ تابعيٌّ لا يُعْرف اسْمُه والحارثُ بن عُمَيْرٍ شيخُ شُعْبَةَ بنِ الحَجَّاج.

[a] Casir. n. 14. [b] E. (sec. Casir.) الوزير. [c] — in D. et E. In Cod. 639 pro حكم est حَكِيم. [d] — in Cod. 639. [e] Casir. n. 15. In Cod. D. hic nomen offertur magnâ ex parte diversum: الاديب ابو عبد الله بن كامل المالقى. Nec certo scio, an ipsum Caput cui hoc nomen praefixum est, plane idem sit atque illud, quod in reliquis Codicibus exstat: quod tamen mihi sanequam probabile videtur, etsi in iis quae Ibn-Khakan de Ibno-l-Fakkharo retulit, nihil est, unde librarius quispiam efficere potuerit, *proprium* nomen patris ejus *Camilum* fuisse, et ex urbe *Malacâ* eum originem duxisse. Casirius, nescio quâ euctoritate, *Valentinum* eum fuisse addidit. [f] In C. + الاسعد.

[g] E. (sec. Casir.) الوزير. [h] — in B. [i] E. (sec. Casir.) الفجار.

[k] Casir. n. 16. Deëst hoc Caput in B., et quantum scio, etiam in G.

[l] — in E. (sec. Casir.). [m] Sic legitur in A. et in Cod. 639. In D. et E. offertur ابو عامر; et in C. utrumque mirum in modum sic conjunctum est: ابو بكر ابو عامر. Haud certo scio, utrum horum ab auctore sit profectum, sed sine dubio aut ابو عامر aut ابو بكر recentiori manu adjectum est, ac deinde alterum pro altero in nonnullis Codicibus substitutum.

[n] Casir. n. 10. Deëst hoc Caput in C. [o] E. (sec. Casir.) male بقا, et Cod. 639 بق.

[a] 19 (A. p. 315—317) الاديب[b] ابو الحسن[c] باقى[d] بن احمد
(Cod. 639 p. 233).

[e] 20 (A. p. 317—328) الاديب[f] ابـو بـكـر بـن بَـاجَّـة[g]
(Ibn-Khall. N. 681; Cod. 639 p. 234).

[h] 21 (A. p. 328—331) ابـو عـبـد الـلـه[i] بـن عَـائِـشَـة[k]
(Cod. 639 p. 247).

Postquam sic totius operis argumentum explicui, jam verbum adjiciendum est de auctoris vitâ et de tempore hujus libri compositi. In *Specim.* mei p. 5 seqq. breve illud ex Ibn-Khallicanis opere Caput, in quo Ibn-Khakanis vita delineata est (Tijdem. N. 536), Arabice cum Latinâ interpretatione jam exhibui, idemque superiore anno etiam a Wüstenfeldio est editum, Fasc. VI. p. ١۴[l]. Unde cum prorsus

---

[a] Casir. n. 17. [b] E. (sec. Casir.) الوزير. [c] D. محمد. [d] C. male ناقا; E. (sec. Casir.) باق. [e] Casir. n. 19, ubi idem Caput sic inscriptum est: ابو بكر الوزير + ابن الصايغ الوزير الاديب المشهور. [f] — In B. In D. + الوزير.

[g] In A. recentior manus hic adscripsit الصايغ; in C. (in quo 1ª et 3ª littera nominis باجة puncto notata non est) + يعرف بابن الصايغ; et in D. et E. (ut jam dixi) pro ipso باجة est الصايغ. Quod autem litterae ج geminationis signum adscripsi, hoc Ibn-Khallicanis auctoritate feci, diserte id monentis in fine Capitis a me laudati. [h] Hoc Caput in solis A. et C. exstat.

[i] In C. et in Cod. 639 + محمد. [k] In Cod. 639 + البَلَنْسِىّ.

[l] Exigua est lectionis diversitas, quae meam istius Capitis editionem cum Wüstenfeldii conferenti se offert: in paucis tamen locis illis, in quibus hic a suis Codicibus aliter quam ego edidit, per hanc diversitatem fere emendatiorem textum exstitisse, facile consentio. Pro وقد (*Spec.* mei p. 5 vs. 6 a f.) apud Wüstenf. melius legitur قد, quod nunc video etiam in nostro Cod. P. scriptum esse. In eodem vs. pro شعراء العرب Wüst. edidit شعراء المغرب; et recte sane, quod ad loci sensum dicendique usum attinet: nam cum longe probabilius sit, Ibn-Khallicanem hic dixisse, *in libro* قلائد العقيان *de multis poëtis* HISPANIS, quam in universum *de multis poëtis* ARABICIS *expositum esse*, tum notum est,

supervacaneum sit, ipsum illud denuo in medio ponere, paucis tantum verbis ea quae inde discimus hic contraham. Refert igitur Ibn-Khallican, plenum Ibn-Khakanis nomen fuisse * ابو نَصْر الفَتْح بن محمد بن عُبيد الله بن خاقان;

apud Orientales Arabes nomine المغرب (*Occidens*) non tantum Mauritaniam cunctamque septentrionalem Africam, sed saepissime quoque *Hispaniam* designari; secus quam apud ipsos Arabes Hispanos, qui nomine المغرب *suam* quoque terram comprehendere non solent. At, cum tamen in utroque nostro exemplo perspicue العرب scriptum sit, verisimilius duco, hanc corruptam lectionem simpliciter ex omisso uno puncto vocis الغَرْب, quam ex omissâ insuper litterâ ء vocis المغرب, ortam esse. Puto igitur, ab Ibn-Khallicane شعراء الغَرْب scriptum fuisse, nec opus erit ut addam, apud Orientales Arabes nomen الغَرْب, eodem plane sensu atque المغرب, de *Africâ septentrionali* et de *Hispaniâ* usitari, cum ipsi quidem Hispani eo vocabulo *partem* tantum *suae* terrae, nempe occidentalem quae ad mare Atlanticum sita est, sive hodiernum *Lusitaniae* regnum, designent. — Porro in vs. 4 *a* f. pro mendoso ومسرح الانفس, Wüstenf. rectissime ومسرح التانس edidit, quâ de re conf. in p. seq. annot. *b*. — In vs. 2 a f. apud eundem pro وغزارة مادته offertur وغزارة مهارته; et hoc etiam probandum censeo, quoniam ex aliis locis mihi non constat, غزارة مَادّتـه (*ubertatem materiae ejus*) significare posse *ubertatem rerum quas quis scientiâ suâ complectatur*. Contrà غزارة مَهَارته, *ubertas sollertiae sive peritiae ejus* (nempe *eleganter ornateque scribendi*), eodem modo hic dictum erit, quo apud Abulfaradjum, in *Hist. Dyn.* p. 429 vs. 12, غزارة عَقْله, *ubertas prudentiae ejus*. Et animadvertendum quoque est, in Cod. P. ipsum quidem librarium, aeque ac scribam Codicis L., sine dubio مادته exarasse, recentiorem vero manum jam inter litteras ه et ا ductum litterae ه inferne affinxisse: quod igitur qui fecit, eandem spectavit lectionem, quam Wüstenfeldius in suis Codicibus reperit. — Denique ab hoc, nullo sensûs discrimine, pro ذبيحا (p. 6 vs. 3) editum est ذبحا, ut in Cod. L. quoque scriptum esse, ibidem in annotatione jam dixi.

* Haec nomina apud diversos auctores non uno modo scripta inveniri, ex *Spec.* mei p. 8 apparet: discrepantia tamen, quam in duobus quoque Hadji-Khalifae locis se offerre dixi, multo minor est in nostro Cod. 1370, quam in Cod. O. quo tunc solo utebar: cum in hoc enim in v. مطمح الخ (vid. *Spec.* p. 6 aun. 1) legatur:

e tribu Kaisi originem eum duxisse, et sedem habuisse in urbe Hispali [a], unde tamen saepe in alios tractus itinera faceret, haud diu in uno loco moratus; scripta ejus multa fuisse numero et elegantiae facundiaeque laude conspicua, e quibus duo prae reliquis celebrata, librum قلائد العقيان, et alium in simili argumento versatum, cui nomen esset مَطْمَحُ الأَنْفُس وَمَسْرَحُ التَّأَنُّس فى مُلَحِ اهلِ الاندلس, *locus quo se animi efferunt et pascuum familiaritatis, de facetiis incolarum Hispaniae* [b];

قلائد العقيان, et in v. لابى الفتح نصر بنُ عيسى بن خاقان (conf. ibid. p. 9 vs. 4): لابى نصر عيسى بن على, Codex 1370 in utroque loco haec offert (conf. supra p. 410 ann. *a*. et infra annot. *b*.): لابى نصر الفتح بن عيسى بن خاقان. — Apud De-Rossium, in cujus *Dizionario Storico degli autori Arabi* breve etiam capitulum de Ibn-Khakane exstat (p. 109 in v. *Kaissi*), nomen ejus sic scriptum est: *Kaissi Abunasaar Alfadah di Siviglia*, h. e., ut facile vides, القيسى ابو نصر الفتح الاشبيلى. — Caeterum hic ea quoque conferantur, quae supra dixi in p. 387 ann. *b*.

[a] In *Spec*. p. 8 jam retuli, Casirium (*Bibl. A. H.* II. 114 a.) e Chronico Granatensi tradidisse, Ibn-Khakanem non ex ipsâ urbe Hispali, sed e loco, صَخْرَةُ الوَلَد dicto, qui fortasse ad illius ditionem pertinebat, ortum fuisse. Per appellationem vero *Hispalensis*, quam ubique ei tribui videmus, plane certum est, in hac urbe eum plurimum habitasse: cui igitur ipsi cum supra (p. 398 et seqq.) ostenderim, Abu-Ishakum Ibrahimum praefectum fuisse, jam facillimum intellectu est, cur huic Principi opus suum قلائد العقيان dedicaverit.

[b] In *Spec*. p. 5 vs. 4 a f. titulum hujus libri ex Ibn-Khallicanis Cod. P. male sic scripsi: مطمح الانفس ومسرح الانفس الخ; et in p. 6 (coll. ann. 1) haec sic Latine expressi: *Locus quo sese efferunt oculi* (aut *desideria*) *et pascuum animorum*. Brevi tamen postquam *Specimen* edideram, jam plane mihi persuasum erat, alterutrum illud الانفس hic bene explicari non posse, et mox quoque vidi, pro posteriori aliud vocabulum, unice huic loco congruum, substituendum esse. Nimirum potestas quam voci أَنْفُس, bis positae nec igitur in

utroque certe loco *animos* significanti, In priori tribuendam esse conjeceram (*oculorum* aut *desideriorum*), mihi denuo rem consideranti tam aliena esse a linguae usu videbatur, ut hanc opinionem plane missam faceram. Nam Arabum quidem Lexica docent, in phrasi نَفَسْتُهُ بِنَفْسٍ (*petivi illum maligno oculo*) vocem نَفْسٌ idem quod عَيْنٌ, nempe *oculum malignum*, significare, sed eorum auctores cum longe absint, ut generalem *oculi* vim ei vocabulo tribuant (quod imprudentius fecit Meninskius, cujus auctoritatem l. l. in ann. 1 citavi), tum nequaquam etiam formae plurali أَنْفُسٌ omnes eas notiones assignant, ad quas in singulari formâ propria potestas *animae* deflexa sit. Unde ergo incautum quoque et parum probabile jam censebam, eandem formam *desideria* vertere, quod scilicet singularis inter alia multa etiam idem quod إِرَادَةٌ, *voluntatem*, *desiderium*, significaret. Accedebat, quod locum illum, ut in Cod. P. se habet, acrius intuens, manifesto agnoscerem, posterius الانفس non statim a librario exaratum, sed pro aliâ demum voce, nunc prorsus inductâ, ab hoc substitutum esse. Contra in priori membro الانفس bene se habere, praeter consensum Codicis L. in ipso hoc loco (et Herbeloti in v. *Caissi*), etiam alii loci Ibn-Khallicanis, postea a me reperti, arguebant; nempe in quibus hic, de poëtis Hispanis agens et eundem Ibn-Khakanis librum citans (ex gr. in Capite de ابن باجّة, N. 681, in Wüstenf. ad. Fasc. VII. p. ٩٣ vs. 3 a f., et in Capita de يحيى ابن بَقِيّ, N. 813), breviorem ubique hunc titulum, consentientibus inter se Codicibus, allegat: مطمح الانفس. Certum ergo videbatur, medum latere in membro posteriori; at neque التاقس, quod in Cod. L., neque القانس, quod apud Hadji-Khalifam pro isto الانفس repereram (vid. l. l. p. 5 ann. 5 et p. 6 ann. 1), ullo modo adhiberi poterant ad locum emendandum: quare non prius de verâ lectione mihi constitit, quam cum Hadji-Khalifae exemplo D'Ohssoniano (quo antea solo utebar) nostrum Codicem 1370 conferre potui, in quo eadem illa, quae in *Spec.* l. l. edidi, multo emendatius sic scripta sunt: مطمح الانفس ومسرح التانس على (l. فى) ملح اهل الاندلس لابى نصر الفتح بن عيسى بن خاقان الخ (quae a fine omisi, plane conveniunt cum Cod. O.). Postquam igitur hic manifesto mihi oblatum erat ومسرح التانس, dubitare etiam coepi, Ibn-Khall. Codicem L. (Mauritanâ, ut notum est, manu exaratum) denuo inspiciens, an non in hoc posterius vocabulum eodem modo legendum, nec igitur littera ejus paenultima pro ق (id est ف) sed pro ن habenda esset. Quâ de re quidquid statuendum sit, certe leve erat et explicatu facillimum

denique, necem ei illatam esse in diversorio quodam urbis Marochii, anno 535, aut ex Ibn-Dihjae relatione, anno 529 *,

---

discrimen inter تانس, at قانس quod Hadji-Khal. Codex O. obtulerat, nec ullum amplius dubium mihi restabat, quin Ibn-Khakan librum suum appellasset: مَطْمَحُ الأَنْفُس وَمَسْرَحُ التَّأَنُّس, *Locus quo suspiciunt animi* h. e. *deliciae animorum, et pascuum familiaritatis* h. e. *materia quâ familiaris consuetudo alitur et jucunde sustinetur.* Hanc igitur persuasionem egregia etiam deinde mihi confirmavit, *tum* Sacyi animadversio in *Journal des Savants*, *Mars* 1834, p. 154 ann. 1 (illud ipsum legi jubentis, nullâ tamen additâ auctoritate), *tum* Wüstenfeldii editio, ut supra, p. 432 in ann. *l*, jam dictum est. — Quod vero Ibn-Khallican refert, librum illum مطمح الانفس *suâ aetate raro in Syriâ et Aegypto inveniri* (لكنّه قليل الوُجود فى هذه البلاد), nunc etiam plane de Europaeis Bibliothecis valet: mihi certe nullum ejus exemplum notum est. — E reliquis majoris minorisve ambitûs scriptionibus, quas Ibn-Khakan (teste Ibn-Khallicane) composuerit, nullam memini me aut in Arabum libris aut in Bibliothecarum Catalogis unquam commemorari videre, si exceperis locum in Casirii opere, I. p. 141 a., ubi parte priori Codicis Escurial. 486 contineri leguntur *Carmina varia, nec non Epistolae ab eruditis Hispanis ad varios Reges conscriptae, quas inter in primis laudatur* Josephus Ben Taschphin: *collectore* Abu Nasserò Alphath Ben Abdalla Hispano, *vulgo* Ebn Khacan. Specimina tamen stili ejus haud raro ab aliis scriptoribus sunt tradita: sic in libro رَيْحَانُ الأَلْبَاب ورَيْعَانُ الشَّبَاب لابى القاسم محمد بن ابراهيم الاشبيلى, Bibl. nostrae N. 415 (Catal. N. 1872), qui liber agit de diversis classibus disciplinarum ad humanitatem pertinentium (فى مَرَاتِب الآداب), duo ejusmodi specimina in medio sunt posita, ex ejus epistolis desumta. Extant in priori istius operis tomo, at quidem in المَرْتبة الرابعة وهى مرتبة الفصاحة والبلاغة, nostri exempli, cui, quod inprimis dolendum est, a fine quam plurima desunt, fol. 63 a.

* In *Spec.* p. 8 med. jam dixi, inprimis animadvertendum esse, hanc Ibn-Dihjae relationem non parum fulciri auctoritate Chronici Granatensis (apud Casir. l. l. II. p. 114 a.), in quo idem annus dictus est, at praeterea mensis et dies accuratissime notati sunt: ibi enim legitur Ibn-Khakan Marochii interfectus esse anno 529, die Solis 22° mensis Moharrami. — Ibn-Dihjae vitam, ab Ibn-Khall. traditam (N. 508,

mandatumque caedis ejus venisse ab ipso Morabitorum Rege, Alio ibn-Jusof ibn-Taschifin, fratre Abu-Ishaki Ibrahimi, cui librum suum قلائد العقيان dedicaverat. His paucis, ab Ibn-Khallicane traditis, nihil adjicere possum apud alios scriptores inventum *; nec in ipso etiam Ibn-Khakanis opere quidquam exstat, quo suam ille vitam illustravit: passim quidem de se ipso loquitur, et amicitiae litterarumque commercii, quod sibi cum excellentissimis viris intercederet, documenta in medio ponit, at ex his nihil aliud apparet, nisi diversis temporibus eum in diversis Hispaniae regionibus

---

in Wüstenf. edit. Fasc. V. p. ١١١ seqq.), in Spec. p. 7 ann. 1 citavi, plenumque illius nomen inde descripsi. Ad quam tamen rem tunc solum Codicem P. ad manum habebam: quo factum, ut Cod. L. deinde conferens, unum nomen (قـــروة) mendose in illo se habere, et ex hoc in فـروة mutandum esse viderim. Porro melius tunc fecissem, si in gratiam Lectoris diversis illis nominibus vocales adjecissem, hunc in modum: ابو الخَطَّاب عُمر بن الحسن بن على بن محمد الجُمَيِّل بن فَرْح بن خَلَف بن قُومِس (sive قَوْمِس) بن مَزْلال بن مَلَّال بن بَدْر (in L. est يَزِيد) بن احمد بن دِحْيَة (sive دَحْيَة) بن خَلِيفة بن فَرْوة الكَلْبىّ المعروف بذى النَّسَبَيْن الاندلسىّ البَلَنْسىّ الحافظ. De causá appellationis ذُو النَّسَبَيْنِ conf. Hamakeri *Spec. Cat.* p. 58 seq. ann. 196.

* Quae in Abulfedaï *Ann. Mosl.* (III. p. 484) breviter de eodem dicta sunt, simpliciter ex Ibn-Khallicane excerpta videntur: annus mortis ejus ibi 535 fuisse legitur, et nomen sic a Reisklo editum est: الفتح بن محمد بن عبد الله بن خاقان. Aut igitur Abulfedaus in suo Ibn-Khallicanis Codice عبد الله pro عبيد الله reperit, aut ipse censendus est non illud sed hoc scripsisse. — E singulari autem nominis similitudine, quae inter hunc de quo agimus Ibn-Khakanem et inter illustrem illum al-Motawaccili Vezirum (itidem الفَتْح بن خاقان appellatum) conspicitur, nescio an efficiendum sit, alterius genus ab altero repetendum esse. De Veziro illo, qui una cum domino suo crudeliter interemto cecidit, anno Ar. 246, conf. Abulf. l. l. II. p. 205 et Reiskii ad eum locum annotatio.

commoratum[a], nec raro facundiam ejus et elegantiam ab aequalibus eximiâ laude praedicatam fuisse.

Quod ad *tempus* compositi operis attinet, de eo nihil ab aliis proditum reperi, at supra tamen (p. 398 vs. 3 seq.) jam dixi, e compluribus ipsius locis apparere, Alio Jusofi filio (qui patri anno 500 successit, et ad a. usque 537[b] Morabitorum imperio praefuit) jam aliquantum temporis regnante, illud scriptum esse. Non juvat hic locos notare, e quibus in universum eluceat, *Jusofum* tunc mortuum, et

[a] Vide ex. gr. locum in Capite de Ibn-Abduno, ab Hoogvlieto editum *Spec.* p. 99 vs. 2 a f. et seqq., et locum in Cap. de Ibn-Tahiro, infra citatum p. 439 vs. 3 seq.

[b] In *Spec.* p. 7 ann. 2 et p. 8 vs. 23 perperam dixi, Alium anno 539 mortem obiisse: nimirum deceptus fui auctoritate Condei, his verbis id perspicue narrantis (vers. Germ. II. p. 293): *diese Unfälle gingen ihm so zu Herzen, dass er krank wurde, Trübsinn, Gram und Verzweiflung sein Leben untergruben, bis er es im Monde Regeb des Jahrs d. H.* 539 (1144; lege 1145) *beschloss, nachdem er neun und dreissig Jahre sieben Monate regiert hatte.* Quae verba deinde vidi manifesto pugnare cum iis, quae paullo inferius (in p. 300) de Alii filii et successoris, Taschifini, morte relata sunt: *Die Regierungszeit des Königs Tasfin, gerechnet von dem Todestage seines Vaters, bis zu seinem eigenen, unglücklichen Ende, währte zwei Jahre, zwei Monate, und er starb — — zu Ende des Mondes Ramazan im Jahr d. H.* 539 (1144; l. ut supra 1145). Ad quem posteriorem locum Germanus interpres (Rutschmannus) recte istam pugnam notavit, dicens, si in priori loco annus 539 bene se haberet, inde sequi, Taschifinum ibn-Ali non *duos annos duosque menses*, sed *duos tantum menses* regnasse. At vitium non in his, sed in prioribus illis latet, cum ibi pro anno 539 substituendum sit 537, et pro *neun und dreissig*, *sieben und dreissig* (vide ex. gr. locum Ibno-l-Khatibi, a Casirio, II. p. 218, traditum); quare optime Aschbachus, l. l. II. p. 243, haec de Alii morte retulit: *er starb* (*Redscheb* 537 = *Febr.* 1143) *im* 59sten *Jahre seines Alters im Alcazar von Marroco nach einer fast* 37*jährigen Regierung* caet. Tantum pro *im* 59sten *Jahre* scribere debuerat *im* 60sten *Jahre*, cum (ut in *Spec.* jam dixi, p. 7 ann. 2) Alius natus fuerit anno Ar. 477: vid. Cond. l. l. p. 198 et ipsius etiam Aschbachi l. l. p. 125 vs. 3 a f.

rerum summam penes *Alium* fuisse*; at cum perpauci tantum in hoc opere exstent, in quibus *certi anni* ab auctore expressi sint, hos quidem omnes (videlicet, quatenus ad *Alii* Regis aetatem, sive ad *sextum saeculum* spectant) Lectori indicabo, ut facilius sit de vero libri editi tempore accurate

* Sic in Capite de al-Mo'tamido (I. 1), in loco quodam in quo nomine أَمِيرِ الْمُسْلِمِين *Jusofus* significatus est, huic titulo in Cod. A. (I. p. 19) solenne illud رَحِمَهُ اللّه, quod non nisi de *mortuis* usitatur, subjunctum est (وكان الْمُعْتَصِمُ بالله بنُ صُمَادِحٍ قد آخْتَصّ بامير المسلمين رحمه الله الخ; in Cod. B. tamen, fol. 6 a., illud رحمه الله deëst, et pro امير المسلمين perperam امير المومنين offertur): recentior quidem manus ibi in margine Codicis A. علىّ بن يوسف adscripsit, quasi de *hoc* ageretur; at imperitissime id factum esse, ipsa al-Mo'tasimi aetas abunde probat, quippe quem constat jam anno 484 mortuum esse (vid. Ibn-Khall. N. 698). Porro plurimi loci sunt, in quibus eodem illo titulo, امير المسلمين, simpliciter *Alius* designetur, proprio ejus nomine omisso: cujus rei exempla vides in verbis supra a me descriptis, p. 399 vs. 8 a f., et in locis quos infra citabo e Capitibus de Ibn-Abi-l-Khisalo et de Ibno-l-Lauschijo (p. 439 vs. 8 et p. 443 ann. a). Ac denique id unum adhuc notandum videtur, in Capite de رَفِيع الدولة ابو زكرياء بن صُمَادِح (II. 34; quod, ut supra dixi, in B. deëst) memorabilem hunc locum offerri, qui, ut evidentissime *Alium* tunc regnasse probat, ita simul rem aliunde non cognitam arguit (Cod. A. II. p. 101): وله (لابى زكرياء) يَمْدح وَلِىّ العَهْدِ سِيرَ بن علىّ بن يوسف بن تاشفين (sequuntur 4 disticha, et haec continuo post novam inscriptionem, وله يَمْدحه ايضا, 4 alia excipiunt). Ex illis igitur verbis efficiendum esse apparet, Alium, qui apud Condeum (II. p. 277) legitur, filium suum *Taschifinum* circa annum 528 solenniter regni haeredem constituisse (et successit is reverâ, ut supra vidimus, anno 537), jam antea eodem honore alium e filiis suis, *Sirum* nomine, ornavisse. Commemoratur is quidem etiam a Condeo, p. 198 vs. 1 a f., at nihil amplius de eo additur, quo rem, hic ab Ibn-Khakane significatam, illustrare possimus. Fortasse brevi postquam *regni haeres* (ولى العهد) designatus erat, mortuus est, et haec patri causa exstitit, cur honorem illum ad alium filium transtulerit.

judicare. In Capite igitur de الرئيس الاجلّ ابن طاهر (I. 6) annus 503 his verbis in Codice A. notatus est (I. p. 115): قال مؤلّف هذا الكتاب دخلتُ بَلَنْسِيَةَ سنةَ ثلاث وخمس مائة فلَقِيتُه الخ (in B. locus ille per scribae imprudentiam cum multis aliis excidit). Et idem annus in utroque Codice commemoratur in Capite de ذو الوزارتَيْن ابن ابى الخِصَال (II. 28), in quo (A. II. p. 71) legitur: وكَتَبْتُ اليه (b. e. ابن ابى الخصال) عندما وصَل اميرُ المسلمين اشبيليةَ صادِرًا عن غَزْوِهِ طَلَبِيرَةَ سنةَ ثلاث وخمس مائة الخ. Porro annus 507 in duobus locis, utroque Codice inter se consentiente, expressus est: alter in Capite modo laudato de Ibn-Tahiro exstat (A. I. p. 96): وشَهِدتُّ وَفَاتَه (ابنِ طاهر) سنةَ سبع وخمس مائة وقد نَيَّفَ على التِّسْعين الخ; alter in Capite de الوزير ابو القاسم بن الجَدّ (II. 9), his verbis (A. I. p. 213): وله (لابن الجدّ) عنه (اميرِ المسلمين) الى اهل غَرْنَاطَةَ كتابُنا عَصَمَكم اللهُ بتَقْواه — مِنْ حَضْرة مَرَّاكِش حرَسها اللهُ يومَ الجُمْعة التاسعَ عَشَرَ من شهرِ الصَّوْمِ المُعَظَّم سنةَ سبع وخمس مائة الخ. Tum e supra dictis jam apparet, in eodem hoc Capite de Ibno-l-Djaddo, secundum Cod. B. annum 509, et secundum Cod. A. annum 512 notatum esse (vid. p. 399 vs. 5 a f. et seq.); itemque, in Capite de ابن خَفَاجة (IV. 1) in utroque Codice annum 510 commemorari (vid. p. 398 vs. 20 seq.). Praeterea in Capite de الوزير ابو جعفر بن مَسْعَدة (II. 35), quod in Cod. B. desideratur, hic exstat locus, in quo annus 512 expressus est (A. II. p. 121): وكتب (ابنُ خفاجة) عن الامير عبد الله بن مُرْدَنِيش الى اهل بَلَنْسِيَةَ — كتابُنا أَمَّنَ اللهُ نَوَاحِيَكم ويَمَّنَ مَذَاهِبَكم ومَنَاحِيَكم. مِنْ مَضْرَبِ مَحَلَّتِنا عصمها اللهُ بظاهِرِ مُرْسِيَةَ

* Conf. supra in p. 403 annotatio d.

رَعَاها اللهُ فى السابِع عَشَرَ من شهرِ رَبِيعٍ الأَوَّلِ سنةَ ٱثْنَتَىْ عَشْرَةَ وخمس مائة الخ; ac supra vidimus, in Capite de ابـن بَاجَة (IV. 20) in utroque Codice *Caesaraugustae* urbis expugnationem tanquam rem ante factam attingi, quam aliunde constat accidisse mense 9° anni 512 (conf. p. 399 vs. 7, 8, 20 seqq., et p. 402 vs. 7 seqq.). Tum supra quoque jam dixi, in Capite de ابن رُحَيْم (II. 10) in utroque Codice partem carminis offerri, quo hic Vezirus Ibrahimi laudes cecinit et quod in margine Codicis A. huic obtulisse legitur *in festo soluti jejunii*, hoc est *die* 1° *mensis* 10[i], *anni* 515 (vid. p. 400 vs. 15 a f. et p. 401 vs. 3). Denique in Capite de ذو الوزارتَيْن ابو الحسن بن الحاجّ (II. 14), secundum Codicem B. (fol. 67 a. vs. 9) haec exstant: وله (لابن الحاجّ) الى ابى بكر بن رُحَيْم فى مُحَرَّم (سنةَ adde) سَبْعَ عَشْرَةَ وخمسمائة

(المنسرح) يا دَوْحَةً ما يَرِيمُها ثَمَرُ
ورَوْضَةً كلُّ نَبْتِها زَهَرُ الخ

Quibus ut annum 517 indicari vides, ita eundem annum ibi etiam in Codice G. (p. 228 vs. 11) offendi, in schedis meis antea a me notatum reperio. Quod quidem tum a me factum esse, eo magis nunc laetor, quoniam Codex A. isto in loco (I. p. 267 vs. 2) longe diversam offert lectionem, scilicet pro anno 517 annum 494 (وله الى ذى الوزارتَيْن ابى بكر بن رُحيم فى محرّم سنة اربع وتسعين واربع مائة الخ). Unde cum, si illa auctoritas non accederet, plane dubius hic haesurus essem, utri e nostris Codicibus fidem haberem, nunc ratio postulare videtur, ut annus in B. et G. oblatus probetur. Postremo vero etiam hoc tangendum est, in loco quodam Capitis modo dicti de Ibn-Rohaimo, in quo *solus A.* partem poëmatis in *Tamimi* honorem compositi exhibet, hujus nomini solenne illud رحمه الله subjunctum esse (vid. p. 397 vs. 10 a f.): quam

bene precandi formulam ut *mortuorum* tantum nominibus adjici solere, paullo superius notavi *, ita simul ex antecedentibus Lectori jam notum est, Tamimum anno 520 vitâ defunctum esse (p. 397 vs. 17 seq.). — Hi igitur loci sunt, quos Ibn-Khakanis librum studiose pervolvens, aliquantum momenti habere vidi ad tempus quo scriptus sit accuratius definien-

---

* Vide in p. 438 initium annotationis *a*. Credo vero id certissimum esse, neque ad contrarium probandum manifesta exempla adduci posse. Animadvertendum tamen, rem plane aliter se habere, si quem *ipsum alloquantur:* tum enim valde usitatum est Arabibus ut dicant: رَحِمَكَ اللهُ, h. e. *benignus tibi Deus sit (ignoscendo tibi in alterâ vitâ)*. Conf. ex. gr. a Kosegartenii *Chrestom. Ar.* p. 36 vs. 6 a f.; p. 37 vs. 7, 10 et 2 a f.; p. 39 vs. 10. Et necessario quoque observandum est, illud رَحِمَهُ اللهُ, sive رَحْمَةُ اللهِ عليه, saepissime a *Codicum scribis* esse additum, ubi *ipsi auctores* nihil tale scripsissent: praesertim hoc factum est *in Capitum inscriptionibus*, multo rarius, ut puto, *in mediâ oratione*. Quare ex adjectâ illâ formulâ non continuo ubique concludi debet, virum quempiam de quo agatur, jam tum cum *auctor* librum suum ederet, fuisse mortuum, cum saepe nihil aliud inde sequatur, quàm eo tempore *istius Codicis* exarati non amplius vixisse. Ex ipso Ibn-Khakanis opere multa hujus rei exempla citari possent: quippe in quo plurimorum virorum nomini in Capitum initio رحمه الله adjectum est, modo in utroque, modo in uno tantum e Codicibus nostris, cum tamen inter hos sint, qui sine dubio adhuc viverent, quo tempore hoc opus ab Ibn-Khakano scribebatur. Sic ex Hoogvlieti *Spec.* p. 99 apparet, etiam in inscriptione Capitis de *Ibn-Abduno* in tribus qui adhibiti sunt Codicibus formulam istam offerri, quamvis nec in Capite illo quicquam exstet, unde eum tunc jam mortuum fuisse efficias (imo imperfectum يَحْوِيهِ, p. 99 vs. 4 a f., contrarium potius arguit, et Hoogvlieti versio in p. 108 sic emendanda est: superavit *viros unicos* —— *ceterique gradu* processit; *admiratione* affecit *elegans ratio eorum quae (animo)* complectitur, *Irakam et Bagdhadhum: est ei humanitas* — —: *potitus* est *paradiso facultatis* —, *et manu* prehendit *habenas obsequii (quod lingua ipsi* praestat) caet.), et pro certo haberi possit, eum in *vitâ* adhuc fuisse, si, quod Casirius e duobus auctoribus refert (l. l. I. p. 65; conf. Hoogvlieti p. 159), anno demum 529 decesserit.

dum[a]: plures etiam esse, in quibus ab auctore certi suae aetatis anni, *sexti saeculi initio* inferiores, expressi sint, confidenter negare posse mihi videor, minime tamen affir-

---

[a] Ridiculum sane est et nullà ratione nititur quod in Casirii hujus operis descriptione (I. p. 105) de illo legitur viro, de quo ex supra dictis apparet, ab Ibn-Khakane agi in 16° Capite *tertii* Libri (apud Casir. n. 54). Haec enim ibi scripta sunt: Abu Hassan Ben Bia, Granatensis, *qui praeclarum Poema condidit quo bellica, et arma, et tormenta quae apud Hispanos obtinuere, describit; nitrati etiam pulveris usum jam tunc ostendit. Claruit anno Egirae* 671. *Christi* 1272. (*Sed de hoc aliàs pleniùs.*) Quibus in calce paginae haec Arabica respondent: ابو حسن بن بياع وصف الحرب والاته (sic) ويذكر استعمال البارود. Vides, si ista bene se haberent, necesse esse ut Ibn-Khakan non ante exitum *septimi* Arabum saeculi hunc librum composuisset; at ipse tamen etiam Casirius (ibid. p. 102) retulerat, eum obiisse anno 535, nec satis igitur mirari possum unde ineptissimum illud commentum artum sit. Ex iis quae Ibn-Khakan in isto Capite de Ibn-Zinba'o scripsit, nihil certi de ejus vitâ apparet: inde tamen, quod carmen in medio posuit, ab hoc *ad se ipsum* responso missum (وكتب الىّ مُراجعا), evidens est utriusque aetatem eandem fuisse: credo etiam, Ibn-Zinba'um tunc adhuc in vitâ fuisse, quoniam de morte ejus nulla querela intermixta est. Ad *praeclarum illud Poëma* quod attinet, *quo arma et tormenta descripserit*, video quidem inter carmina ejus quae ab Ibn-Khakane sunt tradita, *duo* in quibus *armorum* nomina occurrunt (alterum simpliciter inscriptum: وقال ايضا, et sic incipiens, Cod. A. II. p. 182:

(المنسرح) كذا تُصَانُ السيوفُ فى الحُلَلِ
وَيَفْتَخِرُ الخَطُّ بالقَنَا الذُّبُلِ

alterum eâdem inscriptione et hoc initio, A. p. 184:

(الطويل) أَرَى بارِقًا بالأَبْلَقِ الفَرْدِ يُومِضُ
يُذَهِّبُ جِلْبابَ الدُّجَى ويُفَضِّضُ

e quo deinde *pars* traditur *de bello agens* (ومنها فى صفة الحَرْب), cujus hoc primum est distichon, A. p. 185:

سَلِ الحَرْبَ عنه والسيوفُ جَدَاوِلٌ
تَدَفَّقُ والأَرْماحُ رُقْطٌ تُنَضْنِضُ

mans, non in uno alterove loco tales res gestas ab eo in transitu commemoratas esse, quae, historiae luce adhibitâ, idem atque exactissimae temporis notae probent [a]: cujus

---

prius autem horum carminnm in ntroque nostro Codice 20 distichis constat, e posteriori 21 selecta sunt), at neutrum tamen ita se habet, nt Casirii descriptio in illud cadere possit. Fortasse igitur raverâ hoic notum fuit poëma istius, quod hic dixit, argnmenti, ab *alio* quopiam Arabe Hispano post medium saeculum *septimum* confectum: cujus nomen si ab hujus *Ibn-Zinba'i* (siva, ut Casirius scripsit, (ابن بياع) nomine non multum discrepnerit, facillimum intellecto est, qnomodo is in tantâ temporis diversitate alteri alterius opus adjndicare potnerit; nec sana per alia temeritatis ejus exempla (conf. quae supra, p. 427 seq. in ann. *k*, dixi) hoc etiam mirum et incredibile videbltnr, eum id quod certo sibi in animum induxisset, summâ fiduciâ hic ita in medio posuisse, quasi ipsius Ibn-Khakanis verba tradaret. Caeterum frustra in Casirii opera *alium* locum qnaesivi, in quo *plenius* de anctore illius poëmatis egerit: quare puto, eum hic rem promisisse, quam deinde praestara oblitus sit.

[a] Sic praeter locum, supra citatnm, in qno de *Caesaraugustâ a Christianis expugnatâ* fit mentio, alinm quoque offendi, qno non minus perspicue annus 508, quam illo 512, designatus est. Nempe in Capite de الوزير ابو عبد الله ابن اللَّوْشيّ (III. 13), haec exstant in ntroque Codice (A. II. p. 170): فمن ذلك رسالةٌ كتَب (ابنُ اللوشيّ) بها الىٰ امير المسلمين ايّده اللهُ يُعَزّيه فى الامير مُزْدَلِي رحمه الله الخ; apparet vero ex Condei libro, II. p. 211, et ex Casirii, II. p. 94, strenuum illum Emirum cecidisse in proelio, cum Christianis commisso, anno 508, et quidem (ut accuratissime hic retulit) die Lunae, 17° mensis شَوّال. Qnod autem hic, et supra jam in p. 439 vs. 3 a f., nomen illud peregrinum مزدلى (Afer is erat, a Berberorum tribu لَمْتُونَة oriundus) pronuntiavi مُزْدَلِي, id non certâ scientiâ feci, sed auctoritatem secutus Codicis A., in quo bis perspicue sic scriptum est, nempe in II. p. 33 vs. 4 a f. et p. 167 vs. 7 a f. (qui loci desunt in B.). In posteriori antem recentior manus pro *Dhammâ* litterae *Mim* rubro colore *Fatham* substitnit; et reverâ ipse librarius in loco quem modo citavi (II. p. 170 vs. 5) مَزْدلى scripsit, ibidem vero vs. 1 a f. مزدَلِي, ac denique in II. p. 121 vs. 3 مزدلى. Tertius tantum et quartus ex his locis in B. exstat, et in priori eorum ibi (fol. 101 b.

quidem generis indicia non deprehendi solere, nisi singula verba severe examinandi otium sit, suus quemque usus docuerit. Quum ergo fieri non nequeat, ut si talia deinde aut aliis aut mihi, peculiarem rursus libri partem deditâ operâ tractanti*, se offerant, res de quâ quaerimus plus etiam lucis inde accipiat, nunc tantum videndum est, quid ex iis quos citavi locis consequatur. Et novissima quidem temporis nota, quam in ipso A. manifesto exstare dixi, est annus 512: uti vero in hujus margine recentior manus jam annum 515 adscripsit, ut quo carmen fuerit confectum, cujus pars in *utroque* nostro Codice traditur, ita in ipso textu Codicis B. (consentiente G.) perspicue annus 517 commemoratus est. Hinc ergo cogi vides, operis editionem hoc certe anno posteriorem fuisse. At nunc se quaestio offert, ad vitam Abu-Ishaki Ibrahimi spectans, ad quam solvendam supra (p. 403 ann[is] vs. 6—9) jam dixi nihil aliunde constare. Nimirum si indagatio nostra de tempore hujus libri scripti hunc exitum habuisset, ut probabile visum fuisset, Ibn-Khakanem *ante annum* 515 aut *ipso hoc anno* eum edidisse, egregie hoc cum iis concinuisset, quae supra de Ibrahimi vitâ explicui: tum enim huic Principi, cui liber dedicatus est, hoc donum ab auctore offerri potuisset, quo tempore in *Hispaniâ* adhuc degeret, et urbis in quâ is ipse etiam sedem haberet (Hispalis) praefecturam gereret. Verum initio anni 516 Ibrahimus, hac terrâ relictâ, in Africam trajecit, ut fratri, Morabitorum

vs. 7 a f.) مُزْدَلى, in posteriori (fol. 102 a. vs. 2) مُزْدَلى scriptum est. Condeus, apud quem plurimis in locis hoc nomen offenditur, ubique *Mezdeli*, Casirius autem (in l. l.) *Mozdali* pronuntiavit. Vides, rem dubio obnoxiam esse.

* Quae jam tota edidimus Capita, plane nihil continent ad libri aetatem pressius definiendam.

Regi, adversus Mowahhidos opitularetur, eâque in re certe ad annum usque 519 perstitit (conf. p. 398 vs. 9 seqq.). Si igitur Ibn-Khakan inter annum 517 et 519 hoc opus absolvisset et Ibrahimo obtulisset, necesse fuisset ut hunc in finem Marochium iter susciperet. Quod quidem ut ab hujus more nequaquam alienum fuisset, quem etiam Marochii in diversorio interemtum esse constat (conf. p. 433 vs. 2 seq. et p. 435 vs. 2 seq.), ita nemini mirum foret, si aut beneficiorum, antea ab eo Principe acceptorum, grata memoria, aut novorum a munifico illo Litterarum amatore acquirendorum spes, hunc ad iter istud satis longinquum adduxisset. Quod tamen aliam ob causam veri dissimillimum esse arbitror: si enim reputas, Maroccanam regionem tum vehementissimo bello conturbatam, et ipsum Ibrahimum toto animo ei bello intentum fuisse, fateberis certe, hoc opportunum tempus non fuisse illius Principis sine periculo et magnâ cum spe adeundi: accedit, quod in praefatione operis ne verbum quidem exstet, unde appareat, Ibrahimum tum cum ea scriberetur, ex Hispaniâ abfuisse, ejusque ergo in Litteras merita ibi tanquam rem praeteritam desiderari, ac favore ejus et beneficiis jam viros eruditos orbatos esse; nec praeterea hoc quoque negligendum est, in fine praefationis, in quo auctor de proposito suo hunc librum ad Ibrahimum afferendi loquitur (vid. supra p. 408 vs. 3 seqq.), prorsus nihil inveniri ex quo efficias, hoc non sine magnâ difficultate et molestiâ ad exitum perduci potuisse: quod secus fore non dubito, si ea res ipsi periculoso itinere multorum dierum constitisset. Ut igitur equidem jam concluderem, non tantum post annum 517, sed certe etiam post 519, librum absolutum esse, ita simul, his consideratis, fere pro con-

fesso haberem, Ibrahimum, aeque ac fratrem ejus Tamimum, anno 519 ex Africâ in Hispaniam rediisse, tumque rursus praefecturam Hispalensem, e quâ tantum in tempus decessisset, gubernasse. Et sane eadem causa, quae, simulac Mowahhidorum vires per ingentem cladem, anno 519 iis illatam (Cond. II. p. 234—238), nonnihil debilitatae essent et Morabitorum ergo Rex paullulum ab hac parte respirasset, hunc impulit, ut Tamimum magno cum exercitu illico in Hispaniam remitteret (conf. Cond. l. l. p. 239 seqq., p. 244 vs. 1 seqq.); eadem, inquam, causa non miramur si etiam effecerit, ut Ibrahimus una cum fratre rediret, utpote auxilio huic futurus ad hostem conjunctâ vi debellandum remque in deterius mutatam feliciter restituendam. Quod si pro vero jam sumitur, adhuc incertum relictum est, quo ipso tempore post Ibrahimi reditum ei ab Ibn-Khakane hic liber oblatus sit. At hoc etiam aliquanto pressius definire posse mihi videor: primum enim gravis dubitandi causa est, an statim post reditum, aut vel brevi interjecto intervallo: nam tum in praefatione, credo, de laetissimâ hac re non tacuisset, sed fuse ornateque Hispaniae beatitatem praedicasset, quae post luctum trium annorum pristinam hilaritatem recepisset. Ac deinde nunc inprimis animadvertendus est ille de quo supra dixi locus (p. 440 vs. 4 a f. seqq.), in quo nomini Tamimi solenne illud رحمه الله subjunctum est: qui quidem locus si in *utroque* nostro Codice exstaret, mihi certo persuaderet, *debere* operis editionem anno 520 (quo Tamimum obiisse dixi, p. 397 med.) posteriorem esse; at cum *in solo A.* reperiatur, absoluta vis cogendi ei tribui nequit: etiamsi enim concesseris, ab ipso Ibn-Khakane eum profectum esse, nullo tamen modo, donec alii Codices collati

sint, discerni poterit, utrum hic et similes loci, qui in A. non in B. exstent, ad ipsum librum, uti *primum* ab auctore editus fuerit, pertineant, an pro *supplementis* babendi sint, quae dein operi suo adjecerit*. Haec tamen observatio multo majorem quoque probandi vim conciliat alii loco, supra in p. 438 ann. *a* commemorato: si enim istud Caput de ابو زكرياء بن صُمَادِح, utpote in solis A. et C. oblatum, inter recentiora additamenta numerandum est, necessario inde sequitur, ut ipse liber jam aliquanto ante annum 528 editus fuerit: circa huuc enim annum Rex Alius filium suum *Taschifinum* regni baeredem constituit, at in isto Capite titulus وليّ العهد alii e filiis ejus, *Siro*, tribuitur, quem ergo prius a patre successorem designatum, et post cujus demum mortem eum honorem ad Tascbifinum translatum esse apparet. At si Sirus adbuc viveret, quo tempore hoc *supplementum* operi adjectum fuerit, certe ipsum non post annum 525 aut 526 prodierit. Donec alia igitur se offerant quae rem plane conficiant, hoc, puto, ut probabile statui potest, Ibn-Khakanem *post* annum 520 ct *ante* 526 bunc librum edidisse,

* Quâ de re mox accuratius dicam, ubi ad Codices describendos pervenero. Quod vero ad peculiarem illum locum attinet, etiam tum si eum serius, at ab ipso tamen Ibn-Khakane, operi suppletum esse putas, aliquid arguere videtur, quod in hac quaestione non praetereundum est. Nam si igitur in isto Capite de Ibn-Robaimo, dum illa carmina in B. itidem desiderata, quibus *Ibrahimi* laudes celebrantur (vide supra p. 400 vs. 16—29), *eodem tempore* ab Ibn-Khakane adjecta fuerint ac poëma in *Tamimi* honorem compositum (p. 397), inde quod *hujus* quidem nomini رحمه الله addiderit, *illius* vero nusquam, non magis in iis, quae duobus istis carminibus (p. 400 vs. 23 et 27), quam quae reliquis illis, etiam in B. oblatis (ibid. vs. 31 et p. 401 vs. 1), praemisit, argumentum peti posset ad probandum, Ibrahimum certe fratri suo Tamimo superfuisse, et ultra annum 530 vitam perduxisse.

et Ibrahimo quidem, patriae suae urbi praefecto, in ipsâ Hispaniâ dono obtulisse.

Restat ergo, ut de Codicibus hujus operis dicam, quos aut ipse usu, aut per aliorum descriptionem, accuratius cognovi [a]. Et de nostro quidem illo, quem nunc litterâ B. designavi, itemque de Gothano, ea fere quae dicenda haberem, jam in *Specim.* p. 10—12 a me exposita sunt: ad quem igitur locum Lectorem remittens, hic pauca tantum aut repetam aut addam. Noster igitur Codex 35 (Catal. N. 1450) uno constat volumine, corio rubro involuto, quod folia habet quadruplicata majora 134 (jam pridem a possessore aliquo, Arabe Afro, numerorum notis signata). Scriptus est in chartâ gossypinâ, manu Mauritanâ, satis quidem sibi constanti, sed adeo rudi, incompositâ et obscurâ, ut nos paene nullum librum possideamus, hoc lectu difficiliorem et per se solum editioni minus idoneum. E longiori subscriptione nihil aliud apparet, quam Marochii eum exaratum esse absolutumque die 11° mensis 7ⁱ anni Ar. 1001 (Chr. 1593): sic enim illa sonat, *quarti* Libri finem continuo excipiens: تمّ القسم الرابع من قلائد العقيان ومحاسن الاعيان وبتمامه تمّ جميعُ الدِّيوان المبارك والحمدُ لله على ذلك كما يَجب لجَلاله وصلى الله على سيّدنا محمد افضلِ رُسْله وعلى آله وأَصْحابه واهلِ بَيْته نُجُومِ الائمّة وَرَقَةِ أَسِرَّةٍ ومَنَابِرَ[b] ورضى اللهُ عن التابعين لهم بإِحْسانٍ الى يوم

[a] Duos praeterea exstare scio, alterum in Bibliothecâ Bodlejanâ, ab Urio commemoratum *Catal.* p. 158 N. 706, alterum in Bibliothecâ Upsalensi, qui in Doct. Tornbergii manuscripto Catalogo (vid. supra p. 363 ann. *a*) n. 150 notatus erat.

[b] Figurata vis vocis وَرَقَةٌ, quâ *decus*, *ornamentum* significat, e Lexicis nota est: hic igitur ii inter Arabes, qui genus a Mohammade ducunt, *astra inter*

الدين فى الثانِى عَشَرَ من شهرِ رَجَبِ الفَرْدِ المبارك من عام احد والف عرَّفنا اللهُ خَيْرَهُ ووقانا ضَيْرَه[a] بمَنّه ويُمْنه بحضرة مَرَّاكِش حاطَها اللهُ للاسلام وصلّى اللهُ على سيّدنا ونبيّنا ومولانا محمد وعلى آله وصَحْبه وسلّم تسليما كثيرا الى يوم الدين والحمدُ لله ربّ العالمين. Quibus paullo inferius haec *rubro* colore subjecta sunt, at eâdem manu quae totum Codicem scripsit: المَرْفوع[b] لِخزانة السيّد الشَّرِيف، والمَحَلّ السامى المُنِيف، الحَسِيب الأَصِيل، الحائِر رُتَبَ المَجْد على الجُمْلة والتَّفْصِيل، الذى اضاءتْ أَسارِيرُه، وأَذَنَتْ بكل خَيْر تَبَاشِيرُه، الأَهْدَى الأَرْشَد، المُوَفَّق المُسَدَّد، الفقيه النَّبِيه سيّدى عبد المومن بن عبد الله بن الحسن وَصَلَ[c] اللهُ تَوْفِيقَه، وسدَّد الى غَرَض النَّجَاح تَفْوِيقَه، بمَحْضَر جَدّه[d] سيّدِ البشَر صلّى الله عليه وعلى آله وصَحْبه وسلّم تَسْليما: his igitur *illius* nomen exprimi vides, cujus in gratiam Codex

---

Imamos appellantur et *tales*, *qui ubi in thronis et suggestibus conspiciuntur, hic decori et ornamento sunt.* Sic facile sentis, quomodo voces منابر et اسرّة articulo careant.

[a] Pronomen ه in hac voce et in antecedenti خيره ad عام referendum est. Vult enim: *experiri nos faciat Deus bonum quod hic annus secum afferet, et tegat nos a noxâ ejus.*

[b] Cogita, in superioribus de tempore *hujus exempli* absoluti sermonem esse. Patet ergo, hic participio المرفوع subaudiendum esse هذا الكتاب, et voluisse librarium: (*Hoc*, *inquam*, *exemplum*) *quod elevatum est ad bibliothecam*, id est: *cui honos contingit ut in bibliothecam veniat* esset.

[c] Verbum وَصَلَ, *junxit*, *conjunxit*, hic vim habet *continuam nec interruptam reddendi* rem. In sequenti articulo تَفْوِيق, *crenâ instruere* sagittam, synecdochice *ipsum* sagittae *jactum* exprimit.

[d] Sensus est: prosperitatem illam largiatur ei Deus *motus praesentiâ* (hoc est: *in gratiam praesentis sibi in coelo*) Mohammadis *atavi ejus*. Nempe vides, Abdolmumani illi *Scherifi* titulum tribui: unde apparat, a Muhammade per hujus filiam *Fatimam* eum genus duxisse.

a librario exaratus, et in cujus bibliothecam delatus fuit. Supra (p. 387 vs. 3 annot[ni] et p. 419 in ann. *a*) jam significavi, unum hoc volumen in duos tomos distributum esse: quorum prior absolutus est in fine Capitis de ذو الوزارتَيْن ابو الحسن بن الحاجّ (II. 14), cui a librario subscriptum: كمل السِّفْر الاول من قلائد العقيان ومحاسن الاعيان والحمد لله على ذِكْرٍ كثيرٍ*; et posterior ergo tomus a Capite de *Ibn-Abduno* incipit. Vocales permultae in hoc Codice sunt additae, quas si semel a se invicem bene distinguere didiceris (minutissimae enim sunt et valde perplexae figurae), plerumque quidem justas esse accurateque positas apparet, nec tamen raro etiam plane mendosas et futiles. In margine fere nihil adjectum est: scholia nulla, semel tantum aut bis (praemissâ litterâ خ) diversa lectio, caeterum vero non nisi ea, quae in textu a se aut omissa aut perperam sordidiusve scripta esse librarius viderat. Ad internam ejus bonitatem quod attinet, de hac Lectori ipsi jam judicandi copia est, si Capita a nobis ex hoc opere edita, et vel solam praefationem, supra in medio positam, consideret, ad Codicum diversitatem animum advertens: quo facto evidens erit, multa quidem et ridicula menda in hoc exemplo inesse, indocto, ut puto, librario, egregium Codicem describenti, tribuenda; at plurimum tamen verba quae offerat optime se habere, et manifestam prae se ferre integritatis notam: unde, cum ex hoc *solo*, etiam tum si perspicue exaratum esset, nulla quidem libri pars sine errandi periculo vulgari posset, cum aliis tamen exemplis adhibitum, egregio ad bene edendum adjumento est, nec parva inter reliquos Codices ei

* Vult: *Laus Deo sit, quod multi jam commemorati*, h. e. *quod multa jam Capita descripta sunt.*

auctoritas assignanda videtur. De universâ operis, ut in hoc offertur, ratione, *nullum* hic exstat Caput, quod non in caeteris quoque reperiatur; *sex* vero (praeter illa, quae *soli A.* aut *solis A. et C.* propria esse dixi) hic desiderantur, nempe II. 11; III. 9; IV. 10, 11, 12 et 17, quae omnia, quantum memini, in Gothano quoque Codice desunt. Ordo Capitum duobus tantum in locis diversus est ab eo quem supra secutus sum: nempe *primi* Libri 4um et 5um hic, ut jam dixi, inter se transposita sunt, et *tertii* Libri 17um (plane ut in D. et E.) post III. 4 collocatum est. In singulis vero Capitibus multum abest ut hoc exemplum omni ex parte cum altero nostro (A.) conveniat, quicum ab initio ad finem studiose illud contuli: non tantum enim plurima hic desunt, quae in Codice A. reperiuntur — saepissime per manifestam scribae ignaviam aut negligentiam *, at nonnunquam etiam

* In universum animadvertendum est, multo plura in posteriori Codicis parte quam in priori desiderari: quod e librarii festinatione facillime explicari vides. Ut vero in istius generis omissionibus fere semper incertum est, utrum in ipso quo utaris exemplo primum commissae sint, an vero hujus scriba jam breviorem Codicem secutus sit, ita hic quoque eam rem decernere nequeo. Quo autem Lectori persuadeam, haud pauca, quae in B. desint, reverâ non aliâ causâ quam per librarii aut ignaviam aut incuriam abesse, sequentia exempla indicare satis erit. Semel iterumque omissa est opportunitas, quâ carmen sit compositum, aut nomen deêst illius, in cujus honorem confectum sit, ubi haec tamen sine dubio a libri auctore fuerunt addita: conf. supra p. 400 vs. 14 a f., et praeterea fol. 73 b. vs. 2 a f. et fol. 133 b. vs. 7. In fol. 97 a. vs. 8 a f. abrupte desinit epistola, ad ipsum Ibn-Khakanem scripta. In fol. 98 a. vs. 9—16 carmen ad aliquem missum et hujus ad id responsum (quorum utrumque ejusdem metri est ejusdemque resonantiae) omissis aliquot distichis ita inter se confusa sunt, ut unum esse carmen putes nullaque responsi mentio adjecta sit. Item in fol. 109 a. vs. 13 duae plane diversae epistolae in unam coaluerunt, omissis verbis فكتب الىّ مُراجعا; et similiter rursus duo carmina ejusdem metri et resonantiae, inter quae in Cod. A. (II. p. 316)

sic (quemadmodum pluribus dein explicabo), ut dubium videri possit, an non tales loci pro *supplementis*, postea operi additis, habendi sint —; verum unum et alterum quoque Caput, aut certe partes eorum, in his Codicibus ita inter se discrepant, ut fieri non possit quin suspiceris, diversas libri editiones aut recensiones in iis servatas esse: quod ut inprimis in Capite de *Ibn-Zaiduno* conspicitur, ita in aliis etiam (ac praecipue in fine Capitis IV. 3, fol. 113) ordo tantopere differt, ut plures unâ esse causae videantur, ex quibus ea res

---

ولـه من اخرى, interpositum est, hic in fol. 130 a. vs. 7 a f. seqq. sic descripta sunt, ut posterioris primum tantum distichon offendatur, idque simpliciter priori carmini subjunctum sit. Denique saepius ex ornatâ prosâ auctoris, quâ in Capitum initio virorum merita celebrat, nonnulla brevitatis causâ ejecta sunt, ut fol. 77 b., fol. 83 a. et fol. 89 a. Quare, ubi tam manifesta negligentiae indicia adsunt, plures etiam lacunae, quam per se necesse est, huic eidem causae imputari poterunt. — E Capite de Ibn-Tabiro (I. 6) supra jam dixi (p. 439 vs. 4 seq.) sat longum locum in Codice B. excidisse (fol. 32 a. inter vs. 10 et 11), nempe ea omnia quae in A. leguntur a I. p. 113 vs. 1 usque ad p. 116 vs. 10. Haec tamen jam in exemplo, ex quo ille descriptus est, defuisse videntur, cum ipse librarius in margine signum addiderit, ex quo appareat eum lacunam sensisse et explere non potuisse; et istius quidem defectûs hanc simpliciter causam esse puto, quod imprudens scriba duo simul folia verterit. Alia lacuna est in fol. 84 b., ubi Caput de Ibn-Abi-l-Khisalo (II. 28) prorsus abrupte desinit, ita ut octo tantum versus et dimidius in istâ paginâ offerantur, reliquâ ejus parte vacuâ relictâ, utque in sequenti folio (ante quod librarius sine dubio integrum etiam unum vacuum reliquerat, quod deinde exsectum est: unde possessor ille Maurus, quem foliis numerorum notas inscripsisse dixi, sequens illud 86 signare potuit, cum 85 nunc plane desideretur) jam statim ad initium Capitis II. 29 sit transitum: quae lacuna in A. pertinet a II. p. 76 vs. 7 ad p. 80 vs. 1 a f. — Contra in B. unum poëma 16 distichorum *bis* descriptum offendi, prius in fol. 105 b. vs. 4 a f. — 106 a. vs. 12, iterumque in fol. 106 b. vs. 12 a f. — 107 a. vs. 4. In A. posteriori tantum loco exstat, nempe in *fine* Capitis de Ibn-Zinba'o (III. 16), II. p. 188, et unum ibi distichon (II^um^) desideratur.

explicanda sit. Multo pauciores sunt loci, nec tamen plane desunt, in quibus Codex B. uberiorem textum quam A. offerat: sic praesertim *tertii* Libri 17um Caput in illo aliquanto longius est quam in hoc; et nonnulla offendi carmina, quae in B. uno aut duobus, quatuorve aut sex, plura disticha quam in A. complectuntur: exempla exstant in fol. 13 b. vs. 1—3; 18 b. vs. 8—12 et 15; 19 a. vs. 2, 13, 23 et 24; 19 b. vs. 20 et 22, caeteris, e quibus hic postremo tantum citabo fol. 106 b., in quo (vs. 10—13) integrum poëmation, et fol. 117 b., in quo a vs. 13 ad 25 *tredecim* disticha, in A. desiderata, adjecta sunt.

De Codice G. in *Spec.* p. 10 seq. dictis nihil addendum habeo: scriptus est (ut Moellerus quoque retulit, *Catal.* p. 226) incomtâ manu, absolutusque anno Ar. 1214 (Chr. 1799, 1800). Constat uno volumine, foliis quadruplicatis minoribus, paginis 474. In harum margine nonnunquam variae lectiones notatae sunt, et, praesertim in priori libri parte, magna scholiorum copia exstat: de quorum pretio judicari potest ex iis locis, quos in *Specim. Crit.* edidi. Ipse etiam Codex quanti aestimandus quantumque inter reliquos ei auctoritatis tribuendum sit, jam lucide apparet, tum ex iisdem illis locis, tum inprimis ex Capite de *Ibn-Abduno*, ab Hoogvlieto edito, et ex operis praefatione supra a me vulgatâ: vides enim, nonnulla quidem in eo integra offerri, quae in utroque nostro exemplo corrupta sint, at in universum tamen haec aliquanto illi anteponenda esse. Nullum in eo Caput exstat, quod non in caeteris quoque reperiatur; at cum certum sit, in eo, plane ut in B., desiderari II. 11, tum credo etiam me vidisse (conf. *Spec.* p. 12 vs. 10 seq.), *unum* illud, quod e *tertio*, et *quatuor*, quae e *quarto* Libro in B. desunt (conf.

p. 451 vs. 5), hic itidem non inveniri. Haud prorsus nullos in eo locos esse, qui textum pleniorem quam reliqui Codices offerant, exemplum carminis, a me in *Spec.* p. 44—48 editi, ostendit: hujus enim in G. *quatuordecim* plura disticha quam in B. offerri, ibi p. 44 seq. in ann. *q* dixi, jamque addere possum, eadem illa disticha in A. quoque desiderari. Caeterum vero ratio textûs mihi, Codicem B. et G. leviter inter se conferenti (nesciebam enim tunc, severiorem deinde quaestionem hac de re orituram esse), in utroque plane eadem esse visa est, et observavi tantum, ordinem in *uno* illo Capite diversum esse, quod in G., quemadmodum in reliquis omnibus, post I. 3 collocatum, in B. vero cum I. 5 transpositum est.

De Codicibus Parisiensibus (C. et D.) cum in Catalogo (p. 177 seq. et p. 249) nihil aliud dictum sit, quam ambos in chartâ gossypinâ scriptos esse, alterumque (N. 734), e Kahirae urbe olim Wanslebii operâ in Bibliothecam Regiam illatum, anno Ar. 883 (Chr. 1478, 9), alterum (N. 1415) anno 1013 (1604, 5) absolutum esse; perquam juvabit Sacyi verba hic tradere, quibus in loco *Diarii Eruditorum*, in quo de *Specimine* meo retulit (*Journal des Savants*, Mars 1834, p. 152—165), breviter de habitu pretioque illorum Codicum locutus est. Sic ille in p. 157: *De mon côté j'ai consulté, pour composer cette notice, deux exemplaires manuscrits des* Colliers d'or, *que possède la Bibliothèque royale, et qui portent parmi les MSS. de l'ancien fonds les n^{os}.* 734 *et* 1415. *Ces exemplaires diffèrent souvent de ceux qu'a eus sous les yeux M. Weyers; le n°. 734 est écrit avec soin; les voyelles y sont exactement marquées, et les marges, surtout dans la première moitié du volume, sont chargées de gloses, tirées*

le plus souvent du Kamous *de Firouzabadi. Ce manuscrit offre assez fréquemment des variantes préférables aux leçons qu'a adoptées M. Weyers; mais il n'est point rare non plus, qu'il s'y rencontre des fautes ou des omissions. J'y ai même remarqué, dans le premier des extraits d'Ebn-Khacan donnés par M. Weyers, une lacune de deux pages environ, lacune qui provient, suivant toute apparence, de ce que, dans le manuscrit d'après lequel celui-ci a été copié, il manquait un feuillet, ce dont le copiste a pu facilement ne point s'apercevoir.* Et reverâ hos Parisienses Codices passim meliores, quam quae in B. et G. offerantur, lectiones suppeditare, tum omnibus ex censurâ illâ Sacyi conspicuum est, utpote in quâ nonnullos locos, vitiose ex his a me editos, illorum ope correxit; itemque ex ejusdem scriptione *Diario Asiatico* insertâ (*Poëme Arabe d'Abou'lwélid Ebn-Zéidoun, tiré de l'ouvrage d'Ebn-Khacan, intitulé:* Les Colliers d'or; *Nouveau Journ. Asiat.* T. XII., Décembre 1833, p. 500—518), in quâ, eorundem auxilio adjutus, denuo atque emendatius edidit, Gallice vertit et annotatione illustravit, illud Ibn-Zaiduni poëma, quod in *Spec.* mei p. 39—43 exstat; tum vero mihi maxime apparuit, postquam per Mülleri, officiosissimi viri, benevolentiam omnes eos quos edideram locos accuratissime cum utroque collatos accepi (vid. supra p. 385 vs. 18 seqq.). Ex iis autem, quae ab hoc mihi missa sunt, de singulorum pretio habituque adhuc nonnihil efficere potui, quod hic Lectori impertiam, ut melius sciat quae his cum reliquis Codicibus necessitudo intercedat.

Antiquius ergo exemplum (C.) foliis constat 231, et integrum opus exhibet in duos tomos distributum: quorum prior desinit in fine Capitis de الوُزَراء بنو القُبْطُرْنَة, ut su-

pra (p. 419 in ann. *a*) jam dixi, simul ibi subscriptionem librarii in medio ponens. Ex quâ attentius consideratâ sequi videtur, hunc Codicem ex alio descriptum fuisse qui duobus voluminibus esset compositus, e quibus posteriori, ab initio lacero, *tria* certe (II. 17, 18 et 20), aut si Caput quoque de *Abu-Aijubo ibn-Abi-Omaija* (II. 19) olim continuisset, *quatuor* Capita excidissent: librarius ergo subscriptionem, quam in fine prioris archetypi sui voluminis reppererat, simpliciter etiam ipse expressit, et porro hiatum quem hic esse animadverterat, sed qui quantus esset conjicere non poterat, lectori indicavit tres paginas vacuas relinquendo. In exitu *quarti* Libri, et totius igitur operis, haec scribae annotatio exstat: كمل الجزء الرابع من قلائد العقيان فى محاسن الاعيان وبكماله كمل جميعُ الديوان على يد الفقير ابى بكر بن احمد السَّقّاحيّ فى ثامِنَ عَشَرَ من شَعْبان سنة ثلث وثمانين وثمانِ مائة والحمد لله الخ.
Accurate huic exemplo vocales esse additas, supra a Sacyo audivimus; mihi tamen e Capitum indice et e Mülleri collatione locorum a me editorum haud raro apparuit, ei laudi temperandum nec sine prudentiâ illius auctoritatem sequendam esse. Et similiter de lectionibus in illo oblatis judico: nam in universum satis quidem bene se habere videtur, passimque ad emendate edendum praeclaro auxilio esse; at cedit tamen, ni fallor, internâ bonitate Codici D., neque utrique etiam nostro anteponendum est. Quod maxime in illo animadvertendum existimo, hoc est, quod *duodecim* continet Capita quae ei cum solo A. communia sunt (II. 22, 24, 34, 35; III. 3, 15, 18; IV. 2, 7, 13, 14 et 21), quibus in archetypo ejus *unum* certe accessisse (fortasse vero *duo*, II. 17 et 19), paucis abhinc versibus ostendi. Praeter lacunam

illam *unum* tantum Caput in eo desideratur quod in reliquis omnibus exstat, nempe de *Ibn-Bakijo* (IV. 18); caeterum nihil ei deësse scio, nisi particulam Capitis de *Ibn-Zaiduno* (vid. supra p. 455 vs. 4 seqq.), et quidem, ut e Mülleri collatione liquet, eum locum, qui in *Spec.* meo a p. 24 vs. 2 usque ad p. 26 vs. 13 pertinet. Ordo operis plane idem hic est, quem supra, Codicem A. secutus, exhibui, hoc solo discrimine, quod (ut in D. et E.) *secundi* Libri Capita 11um et 12um inter se sunt transposita. Denique valde notabile est, quod, quamvis in novis illis Capitibus offerendis tanta huic Codici cum nostro A. similitudo sit, in loco tamen de *Ibn-Zaiduno* (in quo supra, p. 452 vs. 3 seqq., jam dixi Codicem A. mirum in modum a B. et G. discrepare) ad verbum cum his conveniat, nec certe igitur ejusdem plane, cujus ille, recensionissit.

Alterum Parisiense exemplum (D.) 219 foliis constat, eique in fine haec a librario subscripta sunt: تمّ القسم الرابع من قلائد العقيان ومحاسن الاعيان وبتمامه تمّ جميعُ الديوان والحمدُ لله دائمًا ابدًا وصلّى الله على سيّدنا محمد سَرْمَدًا علّقه لنفسه الفقيرُ الى الله علىٌّ بن بلقوج * بن عبد الله بمَدْرسة (sic) العَزِيزيّة فى اَثْنَىْ عَشَرَ من جُماد الثانى (sic) سنةَ ثلث عشر (sic) بعد الأَلْف من الهجرة النبويّة عليه أَفْضل الصلاةِ واتمُّ السلام غفَرَ اللهُ له ولوالدَيْه وأَحْسن اليهما واليه بمنّه وكَرَمه. Nullae fere vocales et reliqua pronuntiandi

* Hoc nomen mihi plane ignotum est, nec magis e Persicâ aut Turcicâ, quam ex Arabicâ linguâ illustrari posse videtur: perspicue tamen sic in Mülleri apographo scriptum est. E mentione quam mox fieri vides *Academiae Azizensis* (sic dictae ab al-Malico-l-Azizo Imadoddino Othmane, Salahoddíni filio, qui anno 592 Damasci, prope patris sepulcrum, eam condidit; conf. Wüstenfeldii liber: *die Academ. der Araber*, p. 73) manifesto apparet, librum *Damasci* exaratum esse.

signa in hoc Codice addita sunt; lectiones vero, quas offert, plerumque optimae sunt notae, maximamque ei auctoritatem conciliant: nec quisquam certe dubitabit, singulari curâ et studio eum ex archetypo suo descriptum esse, quum e librarii verbis quae in medio posui appareat, hunc *suum in usum* eum exarasse. Mendis tamen haud raro etiam corruptus est, paucioribus quidem quam Codex C., at pluribus numero quam ut ex hoc quoque solo, aut vel adhibito C., difficillimus liber satis integre edi posset; si cui vero hunc in finem nostris A. et B. et Parisiensi D. uti liceret, et simul ei copia esset in dubiis locis Codices C. et G. inspiciendi, certo auguror, ipsius fore culpam, si operis editio multum a perfectione abesset. Nullum in hoc exemplo Caput exstat, quod non in caeteris quoque reperiatur; nullum vero etiam ex illis, quae *soli A.* aut *solis A. et C.* propria esse notavi; *unum* deëst, quod in omnibus (excepto tamen E.) comparet, III. 10; praetereaque ex Mülleri indice novi, *secundi* Libri Caput 33um (quod in D. illius segmenti est ultimum) ne ex dimidiâ quidem parte in eo offerri, ita ut reliquis omissis statim ad *tertium* Librum transitum sit: quae res inde fortasse orta est, quod hic Codex descriptus fuerit ex exemplo, *duobus* voluminibus composito, quorum priori, ad *exitum* usque *secundi* Libri pertinenti, jam tunc *unum* folium, sive *duae* paginae (breve enim, ut vides, illud Caput est), a fine excidissent. Quod ad ordinem operis attinet, hic in D. duobus in locis differt ab eo quem supra exhibui: nempe *secundi* Libri Capita 11um et 12um hic (ut in C. et E.) inter se sunt transposita, Capita vero *tertii* Libri, ut deinceps ad singula annotavi, hoc satis diverso modo collocata sunt: III. 1, 2, 5, 4, 17, 7, 8, 9, 12, 11, 13, 14 et 16 (omissis

3, 6, 10, 15 et 18). Quâ in re non tantum hoc cum B. commune habet, quod III. 17 statim post III. 4 offertur, sed inprimis quoque a Lectore animadverti volo, in E. *omnia* illa Capita *prorsus eodem ordine* se invicem excipere. Postremo hoc unum addendum est, e Mülleri collatione locorum a me editorum manifesto apparere, in hoc quoque Codice universam textûs rationem eandem esse atque in B. et G., et ubi ergo A. ab his discrepet, ibi D. pariter ac C. non huic sed illis consentire.

De Escurialensi exemplo (E.) paucissima tantum prodidit Casirius, haec sola (l. 1. I. p. 102 b. N. 355) ipsi nominum indici praemittens: *Codex literis Cuphicis** *exaratus die* 11. *Rabii posterioris*, *anno Egirae* 591. *Christi* 1194. *quo continetur Bibliotheca Virorum illustrium qui Poetices famâ in Hispania floruerunt* ———. *Dividitur haec Bibliotheca in partes quatuor*, *quarum prima de* Regibus, *secunda de* Viziris *et* Regni Administris, *tertia de* Judicibus *et* Jurisperitis, *quarta* de Viris eruditis, *aliorumque doctorum serie, qui Poeticam facultatem excoluerunt, et Carmina literis mandarunt*. *Nos itaque*, *omissis illorum monumentis quae in*

* Ingens Codicum Escurialensium numerus apud Casirium *Cuphicis* litteris scriptus esse legitur; quo tamen nomine is nihil aliud quam *Mauritanum* characterem significavit. Necesse non est, ut multis argumentis id probem: haec sola, ex ipsâ in quâ versor operis parte sumta, sufficient. I. p. 89 seq. sub n. 342 describitur *Codex literis Cuphicis exaratus* Granatae — — *anno Eg.* 694. *Chr.* 1294; p. 79 sub n. 319 de simili Codice dicitur, *exarato a. Eg.* 900. *Chr.* 1494; p. 78 sub n. 316 de alio, *exarato a. Eg.* 933. *Chr.* 1526; p. 76 sub n. 310 de alio, qui *ex Reg. Bibliotheca Marochana* in Escurialensem illatus est; et (ut unum addam exemplum luculentissimum) in p. 135 sub n. 463 de alio, qui *autographus est*, *et ad usum Regiae Bibliothecae Marochanae compositus.*

hoc opere fusius referuntur, Auctorum aliquot nomina hic tantum recensemus. In indice qui sequitur, diversos Libros in quos opus distributum est, a se invicem non distinctos, sed continuatâ serie Capita notata esse, supra, p. 415 in ann. *b*, jam dixi; et ab eo inde loco simul, quo singula numero in Casirii recensione signata sint, ob maximam ordinis discrepantiam, Lectori indicare visum est. Unde ergo apparuit, ea in hujus indice (quem quidem non dubitares ad Codicis similitudinem factum esse) sic se invicem sequi: I. 1, 2; Caput de al-Mo'tadhido; I. 3, 4, 5 (6? conf. supra p. 414 ann. *d* et *h*); II. 1; IV. 8, 18, 10, 11, 12, 15, 16, 17, 19, 9, 20; II. 3, 4, 6, 7, 8, 9, 12, 11, 13, 14, 15, 18, 20, 21, 23, 26, 27, 28, 30, 31, 32, 33; III. 1, 2, 5, 4, 17, 7, 8, 9, 12, 11, 13, 14, 16; IV. 1, 3, 4, 5, 6. Quem diversum ordinem consideranti, facile cui in mentem venire posset, Escurialensem illum Codicem Ibn-Khakanis opus non justo modo inter se connexum offerre, sed ita disjunctum, uti librario cuipiam nunc hoc nunc illud Caput confuse describere placuisset, nullam fere diversorum Librorum, ad quos ipse auctor singula retulisset, rationem habenti. Quod tamen plane non admitti posse, Casirii verba, supra in medio posita, evidentissime probant: etiam is enim in suo Codice opus *in quatuor partes* distinctum reperit, et harum ordinem prorsus eodem modo, ac supra e reliquis exemplis feci, indicavit[a]. Quare non dubito, quin turbata

---

[a] Haec res etiam confirmatur verbis ejus, quae exstant in p. 104 b., ubi inter n. 41 (II. 33) et n. 42 (III. 1) haec scripsit: *Omnes hactenus recensiti Poetae complurium Hispaniae Regum fuerunt à secretis* caet. Vides his indicari, jam a Libro *secundo* (de *Veziris*) ad aliam operis partem transiri.

illa Capitum series simpliciter Casirio tribuenda, et error sit ab hoc per imprudentiam commissus. Quin agnoscere etiam mihi videor, quo infelici casu is exstiterit: nam si cogitatur excerpta, e quibus deinde illum indicem confecerit, in tribus separatis foliis scripta habuisse, quorum in primo (plura etiam quae antecederent continenti) tantum Capita I. 1 — II. 1, in altero II. 3 — IV. 6, et in ultimo reliqua, sive IV. 8—20, notata essent (nullisdum numeris signata), facile fieri potuit, ut tertium folium male inter primum et secundum transponeretur, eaque res non advertentem Casirium falleret. Hoc vero si sumseris, Codici E. eundem fere ordinem, qui in caeteris exstat, restitui vides, excepto levi in *quarto* Libro discrimine. Quod enim II. 11 et 12 inter se transposita offert, id ei, ut jam dixi, cum C. et D. commune est; et *tertii* quoque Libri Capita non secus hic se invicem excipiunt, quam supra (p. 458 vs. 1 a. f. et seq.) in D. fieri commemoravi; at in *ultimo* Libro nulla in reliquis Codicibus diversitas est, hic autem 9um ejus Caput non post 8um, sed inter 19um et 20um, et 18um Caput non post 17um, sed inter 8um et 10um, collocata leguntur: si alia operis exempla deinde accurate conferentur, apparebit fortasse, hanc quoque discrepantiam non uni Escurialensi propriam esse. Caeterum, nullum in eo Caput exstat quod in reliquis desideretur, praeterquam de *al-Mo'tadhido* (vid. p. 413 seq. ann. *f*): et mirum sane, hoc non tantum *post* Caput de *filio* ejus, al-Mo'tamido, sed etiam de *nepote*, ar-Rádhio, positum esse: unde non dubito fere, quin recentior manus illud aut in ipso E., aut in Codice e quo descriptus sit, ex alio quodam opere excerptum suppleverit, ne scilicet e nobilissimâ Abbadidarum gente avus, non minus certe quam

filius, multoque magis quam nepos celebratus, hic deësset*. Quod ad Capita quae in E. *desiderantur*, attinet, primum quidem hic omnia ea in censum veniunt, quae aut *soli A.*, aut *solis A. et C.* sunt propria; deinde etiam III. 10, quod itidem in D. deësse jam vidimus (p. 458 vs. 16 seq.); ac praeterea, si Casirii indice fidi potest, I. 6; II, 10, 16, 25 et 29. De I. 6 supra dictum est: de reliquis, cum res plane incerta sit, judicare non possnm; hoc tamen animadvertendum credo, ex ipsis Casirii verbis, a me in medio positis (p. 459), non tantum non sequi, voluisse eum *omnia* Capita, a se in suo Codice reperta, notare, sed ex his per se consideratis longe potius hoc efficiendum esse, eum multa, quin plurima, omisisse: quare, si *quatuor* aut *quinque* praeterierit, certe libertate sibi sumtâ non abusus est. Vellem vero mihi copia esset, hunc antiquissimum Codicem, qui intra annum post ipsum librum editum 70um jam scriptus fuerit (conf. inter se p. 447 vs. 1 a f. et p. 459 vs. 13), hic totum cum nostris couferendi! sic melius profecto de bonitate ejus statuere possem, quam nunc, cum menda, apud Casirium sat multa exstantia, plane nesciam utrum huic an illi ipsi tribuenda sint.

* Conjiciat quis fortasse, illud Caput non reverâ in E. exstare, sed ita fere a Casirio fictum esse, ut ad II. 14 (p. 418) de novo Capite, a Moellero notato, dixerim. At teneat Lector, eandem erroris causam hic non adesse, cum in Capite de *ar-Rádhio* ne nomen quidem *al-Mo'tadhidi* compareat, et in Capite de *al-Mo'tamido* etiam semel tantum de eo mentio injecta sit. — Vides autem, cum his quae in textu dixi collatis iis quae in *Spec.* mei p. 12 ann. 1 leguntur, me tune per miram illam ordinis diversitatem inter Codices quibus uterer et Casirianum indicem, in eum errorem adductum fuisse, ut opinarer, in hoc soli *secundo* operis Libro plusquam septem Capita adscribi, *quae in illis plane deëssent.*

Superest, ut de nostro A. exponam. Hoc igitur exemplum, quod uno fere mense postquam *Specimen* meum edideram, et paucis diebus postquam Codicem G. remiseram, in thesauris nostris repertum mihi in manus venit (cum antea, nescio quomodo, Hamakerum etiam plane latuisset), ipsum gerit numerum 306, et in Catalogi p. 450 N. 1002 enotatum est. Constat *duobus* voluminibus, quorum utrumque unâ manu scriptum, et partim corio partim crassiore involucro chartaceo tectum est. Folia sunt quadruplicata majora, charta est gossypina subflavi coloris, litterarum ductus نسخى. Prius volumen paginas habet 272, et cum *primo* operis Libro simul majorem partem *secundi* offert, ad exitum usque Capitis 14^{i} (de *Ibno-l-Háddjo*); posterius constat paginis 331, et reliqua operis Capita ad finem usque continet. Inscriptio prioris voluminis alia fuit olim, quam quae nunc in 1° folio exstat: hoc enim cum plusquam reliqua tritum fuisset, jam pridem ab aliquo reparatum, rectaque ejus pagina cum novâ chartâ, ei integrae superjectâ, conglutinata est: unde cum ipsius librarii inscriptio penitus obscurata sit (perlucentibus tamen adhuc e versâ paginâ pristinae scripturae vestigiis), recentior manus in novâ illâ chartâ sequentia posuit, quae non dubito plane eadem esse, quae in vetusto folio legerentur, ita ut nihil ibi de Codicis aetate et scribae nomine notatum fuerit: الجزء الاول من كتاب قلائد العقيان فى محاسن الرؤساء والقضاة والكتاب والادباء والاعيان تاليف ابى نصر الفتح ابن خاقان رحمة الله عليه. At inferius haec in eâdem exstant, aliâ rursus manu exarata, quae cum probent, reparationem illam ante annum Ar. 1003 locum habuisse, jam per se sola satis ostenderent, Codicem ipsum multo antiquiorem esse: دخَل فى سِلْك مِلْك حَضْرة مولانا شيخ

الاسْلام سليمانِ أَفَنْدِى ابن المَرْحوم • أَفَنْدِى داود الناظِر فىْ الأَحْكام الشَّرْعيّة بثَغْر رَشِيد المحروس فى سنة ١٠٠٣ احسن اللهُ تعالى خِتامَها آمِين. Singulis Libris absolutis pauca a librario subscripta sunt, quae tamen nihil notabile continent. Sic in exitu *primi* Libri (I. p. 121) haec legimus: تمّتْ أَخْبار ابى عبد الرحمن بن طاهِر رحمه الله وبتَمامها تمّ القسم الاول من قلائد العقيان ومحاسن الاعيان الحمدُ لله على ذلك كما هو اهلُه وصلّى الله على سيّدنا محمد نبيّه وآله الطاهِرين وسلّم تسليما; et plane similia his ea sunt, quae in *secundi tertii*que Libri, itemque quae in *utriusque* voluminis fine offeruntur. At longe magis illa animadvertenda sunt, quae primum folium *posterioris* voluminis (plane adhuc integrum) exhibet: in quo primum ab *ipso* librario *idem illud* inscriptum est, quod recentiorem manum in priori supplevisse dixi: الجزء الثانى من كتاب — — — عليه; deinde eidem, ut puto, haec tribuenda sunt, in *summâ* paginâ exstantia: بخط الخطير بن شُبَيْط; et haec, quae in *infimâ* ejus orâ sunt scripta: كمل رابع عشر شعبان سنة عشر وثمان مئة احسن اللهُ اواخرَها: unde ergo efficitur, nomen scribae hujus exempli esse *al-Khatirum ibn-Schobait*, absolutumque id fuisse die 14° mensis 8ⁱ anni Ar. 810 (Chr. 1408). Porro in eodem folio, et

• Hoc vocabulum simpliciter indicat, Dawudum illum, Solaimanis patrem, jam *mortuum* fuisse: conf. supra p. 438 ann. *a* et p. 441. Sequentibus الناظِر فى الأَحْكام الشَّرْعيّة, is significari videtur, cujus manus esset ut legitimam *institutorum ad religionem spectantium* (conf. Abulf. *Ann. Mosl.* III. p. 400 vs. 6) observationem curaret. Nomine proprio ثَغْرُ رَشِيدَ Aegyptiacam urbem *Rosetum* (*Rosette*) designari, plerisque e Lectoribus notum erit: vide Sacyi *Relat. de l'Égypte* p. 670.

quidem in inferiori parte marginis exterioris, haec aliâ quam librarii manu (at perquam tamen huic simili et aeque vetustâ) exarata sunt, quorum nonnulla interierunt, resectis per bibliopegi imprudentiam *quatuor* versuum, quibus haec inscriptio constat, *ultimis* verbis: فى نَوْبَةِ العبد الفقير إلَّا (sic) الواحد آ . . . . . محمد بن ابو (sic) بكر بن زُوِيزَاك [آبْتُدِىَ به ?] فى شهور سنة خمس وثمان مئة وكان [كَمَالُه ?] فى شعبان المكرَّم سنة عشر و[ثمان مئة ?]: quae igitur sine dubio a primo libri possessore profecta sunt*, et, si deperdita verba bene supplevi, idem quod a scribâ ipso jam brevius annotatum erat, pro parte accuratius referunt: nempe, absolutum quidem esse Codicem anno 810, sed quinque annos huic labori (aliquoties, ut verisimile est, interrupto) insumtos fuisse. Possessorem vero illum, qui tantum in universum de *mense Schu'bane*, non item de certo ejus die, locutus est, jam a librario 14um *ejus diem* commemoratum reperisse, inde concludendum videtur, quod duo disticha, ab illo in eodem hoc folio (supra ista quae librarii esse puto: كمل — اواخرها) adscripta, eam manifesto ob causam hic citata sunt, quia de *medio mense Scha'bane* (qui 29 diebus absolvitur) faceta in iis mentio fit, et ultro igitur ista legenti illi in memoriam venerant. Sic sonant, nescio cui poëtae tribuenda:

(الكامل) شَعْبَانُ آسْمٌ للحَبِيب وإنْ بَدَا
فالنِّصْفُ فى شَعْبانَ من حَرَكاتِهِ
فحَلاوَةٌ (l. فجَلاوَةٌ) فى نِصْفه من ثَغْره
ووُقُودُ نارِ الحُسْن من وَجَناتِهِ

* Verba فى نَوْبَة idem hic exprimere puto quod فى مِلْك (*Est in possessione*). Cum enim نَوْبَةٌ proprie *vicem* significet, bonaque mundana veluti *per vices* ab uno ad alterum transeant, a sanâ ratione alienum non puto, ut hic ei vocabulo vim *vicis possidendi*, sive *possessionis*, tribuamus.

Scha'ban nomen est, personae (a me) amatae proprium [a]:
quae si apparet, medium Scha'banis (id est: *tempus plenae lunae*) *exsistit e motibus illius.*

Nitor enim ejus (mensis Scha'banis) *ubi medius est, oritur ex illius ore nudatis dentibus renidenti, et scintillatio ignis pulchritudinis oritur ex illius genis* [b].

Ac denique in eodem hoc folio, superiore loco marginis exterioris, haec quoque exstant, aliâ rursus quam reliqua omnia manu: ممّا ساقَه سائِقُ الدَّوَرانِ الى سِلْك العبـد

---

[a] شَعْبَانُ (poëta hic metri causâ شَعْبَانْ scripsit, nisi placeat sequenti اسم *Hamzam* loco *Weslae* tribuere, id quod a Mohammade illo hic factum est, scribente (شَعْبانُ أَسْمْ) e Kamoso ut nomen *tribûs* Arabicae notum est; ac Meninskius in Lexico illud *viri* nomen esse tradidit. Si *mulieri* quoque tribui possit, equidem non dubitem hic de *puellâ* agi, cum nuperrime a Slanio luculenter demonstratum sit, poëtas Arabes, etiam si *puellarum* landes canunt et *puellas* alloquuntur, haud raro *masculino* genere uti. Vide scriptionem ejus cui titulus est: *Observations sur le sens figuré de certains mots qui se rencontrent dans la poésie arabe*, in *Journal Asiat.* 3e *Série*, T. VII. p. 167 sqq., praesertim p. 175 sqq.

[b] Eâdem illâ primi possessoris manu etiam alii versus memoriae causâ in hoc folio notati sunt, nempe duo distieha, quibus tanquam poëtae nomen superscriptum est ابـن الزعيفريني سامحه الله تعالى. Prius distichon hoc est:

(الرَّمَل) عارِضُ المَحْبوبِ نادَى   جِئْتُ مختارًا لوَصْلِكْ

Nubes apparens (in regione) amatae puellae (me) vocavit: veni, optans (o dilecta!) tecum conjungi.

Alterius dimidia pars per bibliopegi culpam interiit, unde nequit hic in medio poni. Ad nomen vero poëtae quod attinet, hoc non tantum plane ignotum mihi est, sed etiam rationem ejus non satis perspicio: si enim ابن الزعيفرانيّ scriptum esset, illud زُعَيْفِرَانِيّ, tanquam deminutiva forma usitati nominis relativi زَعْفَرَانِيّ, optime se haberet (conf. Sacyi *Gr. Ar.* I. p. 313 N. 710); nunc vero, si الزُّعَيْفَرِينِيّ pronuntiandum, nec mendum in eo latere censendum est, deminutiva forma illa a communi ratione recedit.

الضعيف سليمان راجى عفوِ ربّه اللطيف الرحمن من الزَّلَل والخَطايا ومن هَفَوات اللسان وكان ذلك فى اواخر شهر شوّال سنة ١٠٠٣ بثَغْر رَشِيد المحروس. Quae ergo vides ab *ipso* illo scripta esse, cujus nomen, tanquam possessoris libri, etiam *alius quispiam* in prioris voluminis fronte notavit. — De externo hujus Codicis habitu, dixi jam utrumque volumen unâ manu exaratum esse, quae tamen longe abest ut ubique sibi constet, nec passim per festinationem aut lassitudinem multo incomtior fiat et minus perspicua. Litterae majores sunt et crassiore calamo ductae, plerumque a se invicem satis distinctae agnituque facillimae[a]; paucis tantum in locis nonnihil implicitae et per rapidiorem scripturam incertae. Puncta diacritica saepissime desiderantur, multo tamen magis in posteriori quam in priori volumine: patet enim, hoc majori curâ scriptum esse, in illo autem non raro festinasse librarium; quae quidem res praesertim in nonnullis paginis (ut ex. gr. II. p. 33 et 34) in oculos cadit, et nusquam certe graviores molestias creat, quam ubi in carminibus aut in difficiliori prosâ complura deinceps vocabula punctis illis plane destituta sunt[b]. Vocales et reliqua pronuntiandi signa ab ipso librario magno numero litteris apposita sunt; in multis paginis, praesertim prioris volumi-

[a] Quo etiam pertinet, quod litteris ر et س, ne cum ز et ش confunderentur, plerumque coronulae impositae; quod litterae ة finali, si feminini generis nota non esset, nonnunquam altera ه superscripta; itemque, quod litterae ط, ut a ظ, et ـعـ, ut a ـغـ, et ص, ut a ض distinguerentur, non raro ح et ع et parva ص, subjectae sunt.

[b] In utroque volumine pauci sunt loci, in quibus puncta diacritica (aut etiam vocales reliquave signa) *rubro colore* sunt addita (conf. supra p. 417 vs. 1 seqq. annis, et p. 443 vs. 4 a f. annis). Talia autem sine dubio recentior manus, nec semper bene, supplavit.

nis, paene omnia. Toti Codici, at longe magis tamen priori voluminі, aliquantum detrimenti illatum est, partim inde quod, primis foliis per vetustatem tritis et atramento eorum obscurato, recentior manus ei incommodo sic imperitius occurrit, ut aut novâ chartâ agglutinandâ quaedam in margine posita mutilaret (vid. supra p. 405 ann. *c*), aut detrita obscurataque vocabula non semel inepte restitueret (vid. p. 389 ann. *d*, et p. 390 ann. *e* et *i*[a]); partim illius culpâ, qui seriori tempore volumina refecisse et denuo colligasse videtur, quique artem suam tam parum prudenter exercuit, ut foliis multo latius quam oporteret resectis, haud pauca in extremo eorum margine scripta perderet, et sic plerumque reliquorum sensui officeret[b]; partim vero etiam, et maxime quidem, per blattarum aut vermium injuriam, qui aliquot paginas, praesertim e primâ centuriâ prioris voluminis, ita a supernâ ad infernam usque partem exederunt, ut plurima verba lacerata sint nec nisi alio adhibito Codice jam legi queant. In majori parte prioris voluminis, post extrema articulorum verba quae sibi invicem resonant, et in fine singulorum versuum, puncta rubra aureave apposita sunt; non tamen ab ipso, ut puto, scribâ, sed a possessore quopiam libri, qui ea quae intentius considerasset Capita hoc facilioris lectionis adminiculo instruxerit: in altero volumine solum *quarti* Libri *primum* Caput ejusmodi punctis ornatum est. *Unum* folium plane alieno loco nunc insertum esse, e supra dictis (p. 398 vs. 1 a f. seqq.) jam liquet: quae

---

a Luculentum ejusdem rei exemplum est in prioris voluminis p. 37 vs. ult., coll. Codicis B. fol. 11 a. vs. ult.

b Factum hoc est in prioris vol. pag. 38 et 243; in posterioris p. 166, 164, 169—172, 177, 254, 266, 272, 276, 302 et 314.

res simul indicio est, custodes, ut ajunt, paginarum, qui plerumque adscripti sunt, recentioris manûs esse: his enim si fidem haberes, nec eo in loco ubi illud folium deëst, nec in eo ubi male nunc insertum est, commissum errorem deprehenderes. — Quod ad illa attinet, quae multa numero et aliis quam librarii manibus in *margine* bujus exempli sunt addita, partim varias lectiones exhibent, inter quas complures optimae notae quae in ipso textu Codicis B. aut G. exstant [a]; partim correctiones, sive e Codicibus petitas, sive conjecturâ propositas, quarum haud paucae auctoritate Codicis B. confirmantur [b]; partim repetitio sunt vocabulorum in textu obscurius scriptorum et a vermibus arrosorum [c], aut restitutio illorum quae vetustate prorsus interierant [d]; ac partim quoque ea supplent quae a librario omissa videbantur [e],

---

[a] His variis lectionibus semper solenne signum خ (فى نُسَخٍ أُخَرَ) aut خه (فى نُسْخَةٍ) praemissum est; fere in solo autem *priori* volumine offenduntur, et maxime quidem in ejus initio (nempe in paginis 4, 6, 7, 10, 18, 20, 21, 22, 23, 24, 27, 32, 33, 37, 39, 46, 47, 48, 54, 57, 77, 78, 94, 97, 208, 221, 224, 257 et 262): in *posteriori* volumine una tantum exstat in p. 202, et una praeterea locus est (p. 257), in quo dubium videri potest, utrum id quod in margine legitur, pro diversâ lectione cum praemissâ litterâ ح, an pro emendatione cum praemissâ voce صح, habendum sit.

[b] His aut praemissa est vox لعلّى (*fortasse ego scriberem*; ut I. p. 10, 12, 13, 14; II. 147), aut simpliciter حـ, id est حاشِيَةٌ (*nota marginalis*; ut I. p. 19, 52, 66, 70, 73, 76, 82, 83, 86, 87, 89, 90, 97, 98, 99, praetereaque in 24 aliis *prioris*, at in 9 *posterioris* voluminis paginis), aut denique صحّ (ut I. p. 26, 27, 30, 51. 106, et II. 257).

[c] Praemissâ voce بيان (*illustratio*; ut I. p. 12, 14, 17, 18, 24, 37, 40, 43, 44, 45, 47, 50, 52, 53; II. p. 63, 71, 142, 330); et semel praemisso صحّ, I. p. 16.

[d] Ut in posterioris voluminis p. 28, et praemisso لعلّه, ibid p. 27.

[e] Praemisso لعلّى, I. p. 56; in caeteris vero locis, cum talia sine dubio e

aut brevius ab auctore dicta quodammodo illustrant et explicant[a]. Porro notae sunt transpositionis, quae indicant, vocabula quaedam, aut carminum disticha, aut integras pericopas, aliter inter se ordinanda, et quae praecedant post ea quae sequantur collocanda esse[b]. Ac tandem animadversione praesertim digna sunt ea in margine scripta additamenta, quibus aut poëmatum, a libri auctore tantum *ex parte* traditorum, plures paucioresve versus suppleti sunt[c], aut *novae* res, ab hoc plane non commemoratae, continentur[d]: quae cum passim *omne* marginis spatium impleant, plurimum jacturae acceperunt per bibliopegi imprudentiam,

collato Codice soppleta sint, subjunctum eat صح (ut I. p. 36, 41, 50, 55, reliq.; II. p. 52, 74, 77, reliq.). Raro *ipse librarius* verba a se in textu omissa hoc modo in margine addidit: quod tamen factum esse apparet in II. p. 8 et 267.

[a] Ut, praemisso ـــــــــح, I. p. 80, et subjuncto صح, I. p. 19 et 236 (conf. supra p. 438 vs. 6 seqq. ann[is], et p. 401 vs. 2 seq.).

[b] Talia transponendi nota (مؤخّر, مقدّم) offenditur in I. p. 23, 39, 40, 87, 109, 127, 144, 223, et in II. p. 88. Plerique horum locorum in Cod. B. ita reverâ collocati sunt, ut hic recentior illa manus praecepit.

[c] Sic (praeter versus ab *ipso librario* adscriptos, postquam omissionem a se commissam animadverterat; I. p. 38, 90, 137, 241; II. p. 98 et 310) in multis locis unum pluravе carminum disticha recentiori manu sunt addita, quae reverâ in B. his mediis inserta exstant; ut I. p. 40, 48, 49, 82, 104, 180, 225, 236, 237; II. p. 88, 175, 203, 254 et 276. In aliis locis *unum* distichon adjectum est, quod in B. non comparet (ut I. p. 18 (1[um] carminis), 49, 50, 57, 149 (1[um] carminis), 166, et II. p. 255); et in aliis denique plura, itidem in B. desiderata (I. p. 37, 38, 48, 104, 143, 144, 160; II. p. 254, 256 et 266).

[d] Nempe alia virorum de quibus agitur poëmatia aut prosae orationis specimina, quam quae ab Ibn-Khakane in medio posita erant: ut I. p. 157, 243; II. p. 30, 140, 164, 169, 170, 171, 172, 231, 256, 257, 260, 263, 264, 266, 289, 293, 299, 302, 306, 314, 315. Prorsus ejusdem generis additamenta etiam in II. p. 174, 177 et 237 offerri non dubitares, at quae ibi in margine leguntur, ipse textus Codicis B. quoque exhibet.

et in universum quoque tam negligenter et obscure exarata sunt, ut plerumque non sine magno labore legi atque intelligi possint. — Praeter omnia ista in margine oblata, nonnulla etiam *inter versus* adscripta sunt: nempe aut unum plurave disticha, quae quis viderat mediis carminibus, ut hic ab Ibn-Khakane traderentur, deësse[a]; aut simplices glossae, rubro colore supra aut infra textûs vocabula adjectae: quales tamen et in solis fere duabus primis paginis prioris voluminis reperiuntur, et, ut facile apparet, satis recentis sunt aetatis[b]. In uno quoque loco ejusdem voluminis, nempe inter paginas 159 et 160, charta inserta est, quae 45 disticha continet, ad carmen pertinentia, cujus ipse libri auctor (in p. 160; B. fol. 41 b. et seq.) 7 tantum in medio posuit, dum etiam in margine paginae 160 *quatuor*, et inter versus *tria* ejusdem carminis disticha adscripta leguntur. Inter ista 45 autem *duo* sunt, et inter 4 illa *unum*, quae

[a] Quod factum est in I. p. 38, 143, 144, 160, 178; II. p. 254, 266 at 268.

[b] Glossas illas supra, praefationem operis edens, in annotatione exhibui. Praeter duas istas paginas, in solâ I. p. 18 *una* talis interlinearis explicatio offenditur; alius vero generis scholia *duo* tantum in toto Codice exstant, nempe in I. p. 3 illud, de quo supra jam dixi p. 405 in ann. *c*, et alterum in p. 19, ubi ad verba textûs فقلّ اللهُ غَرْبَهٗ, haec in margine longe diversâ manu scripta sunt: فقلّ اللـه غربه اى أكَـلَّ اللهُ حَدَّهٗ. — Non sine causâ me glossis illis satis recentem aetatem adjudicasse, evidentissima apparebit collatis iis, quae p. 390 in ann. *s* dixi: quo scilicet loco a glossatora verbum explicatum est, quod recentior demum manus, laceratum folium reficiens, perperam pro verâ lectione substituerat. Vides etiam inter illas esse, quae sensum loci non bene exprimant (ut p. 387 ann. *c*, ubi verbo راض, *domuit*, male ea hic potestas tribuitur, quae ei nonnunquam cum مَهَّدَ, *bene disposuit*, communis est), aut quae suspectae fidei sint (ut p. 387 seq. ann. *g*), aut a manifesto errore ortae (ut p. 390 ann. *l*).

jam inter septem ab Ibn-Khakane tradita exstant: quare alius quis, hoc animadvertens, ex his tria illa in textu leviter erasit. — Ut jam, omissis additamentis illis, recentiori tempore adjectis, quae unde petita et quanti aestimanda sint, difficile quidem foret hic universe definire; ut igitur de ipsius Codicis internâ virtute et de pretio ei statuendo nunc dicam, inprimis Lectori referendum est, haud uno in loco prioris voluminis annotationem exstare, ab eâdem manu profectam quae plerasque varias lectiones adscripserit, e quâ discamus, hoc exemplum collatum fuisse cum Codice, qui ipse cum autographo auctoris collatus fuisset. Nempe in exitu Capitis de al-Mo'tamido (I. p. 50) haec in margine offeruntur: بلَغ مُقابِلَه على نُسْخة مُقابَلةٍ على أَصْلِه, *ad finem (hujus Capitis) pervenit is qui* caet.; et eadem plane annotatio repetita est in exitu Capitum de al-Motawaccilo (p. 77) et de Ibn-Razino (p. 94), tandemque etiam in fine totius *primi* Libri (p. 121); dum praeterea in I. p. 47 ad carmen sex distichorum, quod ibi in textu exstat, at in Cod B. prorsus deëst, hoc adscriptum reperitur: هذا الشعر الى اخره فى غير الأَصْل. Ista vero collatio ultra *primum* operis Librum non perducta videtur: certe in sequentium Capitum fine nihil eâdem illâ manu annotatum est. At fuisse tamen aliquem, qui etiam ex his nonnulla cum aliis Codicibus contulerit, quatuor loci evidenter probant. In Capite de Ibn-Ammaro (I. p. 166) ad carmen, cujus in textu Codicis A. sex, in B. quinque tantum disticha sunt tradita, in illius margine praeterea septimum distichon aliâ quam librarii manu adscriptum est, eique haec praemissa: فى بعض النُّسَخ هذا البيتُ زائِدٌ على الأَصْل. In eodem Capite (I. p. 178 seqq.) locus quidam multo longior et elabo-

ratior in A. quam in B. offenditur, jamque in illo (in margine paginae 178) recentior manus hunc ita plane, ut brevius in B. exstat, apposuit, praemisso فى بعض النّسخ. Porro in ipso initio Capitis de Ibn-Labbuno (I. p. 182) prorsus idem factum videmus, et ibi etiam brevior recensio in margine hujus exempli est addita, praemisso وجدتُ فى بعض النّسخ بعد ذِكْر اسمه. Ac denique in posterioris voluminis p. 129, in fine *tertii* Libri, recentiori manu aliquid adjectum est, de quo deinde dicendum erit, in ejusque initio positum: فى بعض النّسخ*. Haec igitur cum spem jam faciant, non vulgarem fore hujus exempli auctoritatem, ipsius usus eandem rem egregie confirmat: licet enim qui locos, ab Hoogvlieto ex hoc Codice et ex B. (et G.) editos, et qui praefationem operis, supra a me in medio positam, accurate consideraverit, facillime viderit, menda in eo nequaquam deësse, simul tamen omnibus manifestum erit, non tantum Codici G. sed etiam B. eum aliquanto anteponendum, et in longe plerisque locis lectionem in eo oblatam (certe, nisi recentior manus obscuratum textum reficiendo corruperit) sequendam esse. Quo inprimis accedit, quod hoc demum perspicuo exemplo cum perplexae scriptu-

* Primo adspectu etiam videri possent huc ea pertinere, quae in exitu Capitis de Ibn-Simaco (II. p. 160) in margine exstant, ubi nimirum *finis* adjectus est epistolae cujusdam, ad ipsum Ibn-Khakanem datae ibique ab hoc in textu traditae, atque additamento illi hoc subscriptum: من الاصل. Verum manifestum est, *ipsum* Codicis scribam ea addidisse, cum per errorem in textu omisisset: exstant quoque in B., nec possunt abesse, quia sine his epistola illa prorsus abrupta desineret. Verba igitur من الاصل ibi non significant, *ex auctoris autographo* ista sumta esse, sed ideo simpliciter a librario adjecta sunt, ut ne Lector putaret, ea aliunde quam *ex ipso Codice ex quo hoc apographon duxisset*, a se sumta esse.

rae Codice B. collato, hujus quoque utilitas maxima fiat, et hic vicissim praeclaro adjumento sit ad vocabula, in A. aut a vermibus arrosa aut punctis diacriticis destituta, ita ut oporteat legenda. Nec sane hic silentio praetereundum est, vocales quoque, in A. magno (ut dixi) numero additas, quantivis pretii esse ad difficillimum librum celerius meliusque intelligendum: inter quas haud nullae quidem sunt (maxime vero in paginis, quarum atramentum recentiori manu instauratum est), quae minus bene se habeant aut etiam quas plane spernendas esse appareat; at pleraeque tamen omni ex parte sic ut locorum ratio et linguae leges postulant, adscriptae sunt. Unde cum in universum nos confidere possimus, si quam libri partem hic nunc edere necesse sit, nos e duobus nostris exemplis, quam studiosissime semper inter se collatis, sat emendatum textum constituere posse, non tamen diffiteor, inprimis e collatione illâ Codicum Parisiensium, quam per Müllerum accepi, mihi apparuisse, non ubique utrumque nostrum ad veram lectionem assequendam sufficere; esse vero locos, in quibus ad perfectam integritatem praesertim Parisiensis D. auxilium requiratur: quo si quis conjunctim cum nostris posset uti, non dubito (ut supra jam dixi, p. 458 vs. 9 seqq.), quin rarissime tantum necesse habiturus esset, praeter haec etiam alia exempla inspicere. Quod tamen, ut facile sentis, minime ad eos locos eaque Capita spectat, quae aut in uno Codice A. reperiuntur, aut huic cum solo C. communia sunt: quae si quando edentur, perquam utile erit, hoc Parisiense exemplum, quateuus eadem additamenta continet, summâ cum diligentiâ adhibere, ubi vero hujus quoque auxilium deficit, geminatam operam impendere, ne ex unico Codice

male sana in lucem prodeant. Hic autem locus est, de additamentis illis paullo accuratius dicendi, et simul quaestionem agitandi, utrum ipsi Ibn-Khakani an librariis accepta referenda sint. Quare, cum duplicis sint generis, nempe aut integra Capita, aut Capitum in reliquis etiam Codicibus exstantium partes, de utrisque singillatim videbimus.

In A. et C. *duodecim* offerri Capita, quae in caeteris desiderentur, tum ex indice quem exhibui liquet, tum supra quoque dixi, p. 456 vs. 26 seqq. In *solo* A. praeterea *quinque* reperiuntur, e quibus unum quidem et fortasse duo (II. 17 et 19) etiam in archetypo Codicis C. exstiterunt (vid. supra l. l., coll. ejusdem pag. vs. 2 seqq.), at quorum *tria* saltem (II. 2, 5, et III. 6) illi unice sunt propria. Quaeritur ergo, utrum haec *septendecim* plane ut reliqua ab Ibn-Khakane profecta, an vero, uti in Arabum operibus non raro factum esse novimus, deinde a librariis suppleta sint et propterea adhuc in multis Codicibus desiderentur? Non dubitabit, credo, Lector in priorem sententiam mihi assentire, si tria quae sequuntur expenderit. Primum, in his Capitibus, quatenus per nonnullorum brevitatem eâ de re judicari potest *, tanta cum reliquis conspicitur universae dictionis similitudo, ut ejusdem scriptoris manus in omnibus manifesto se prodat: talia enim vocabula et verba, quae plurimum in hoc opere redeunt et Ibn-Khakani fere propria habenda sunt, tales

* Sunt enim pleraque parvi ambitûs, ac licet inter caetera etiam sint, quae in Cod. A. duas tantum aut tres paginas impleant (ut II. 31, 32; III. 2; IV. 12, 18 et 19), inter illa tamen omnium brevissima se offerunt (ut II. 17, 24; III. 3, 6; IV. 2 et 14). Paucissima longiora sunt, et inter haec certe eminet II. 35, quod 28 paginas occupat.

locutiones et figurae, quae ab hoc frequentissime et ad fastidium usque usitantur, ita in his etiam se identidem offerunt, ut Lector unum in omnibus sonum audire unumque agnoscere sensum videatur. Deinde, prorsus aequalis est horum atque illorum Capitum ratio, ut ex hac quoque una cunctorum origo pelluceat: nimirum ut in Capitibus de Ibn-Zaiduno et de Ibn-Abduno hanc normam observari vides, ut primum pauca in universum praemittantur de eorum dignitate et meritis, tum vero statim fiat transitus ad specimina stili eorum tradenda, et quidem his verbis: وقد أثْبَتُّ الخ (vid. *Spec.* mei p. 20 vs. 14, Hoogvlieti p. 99 vs. 3 a f.), ita in reliquis omnibus et eadem illa ordinatio apparet, et paucissimis tantum exceptis * *plane iisdem* quae dixi verbis ad primariam eam rem transitur. Jam vero inter septendecim haec Capita nullum est, quod vel tantillum diversâ ratione constructum sit, *undecim* vero sunt, in quibus haud longe ab initio solenne istud وقد اثبتُّ الخ offendatur (II. 5, 17, 19, 22, 35; III. 15, 18; IV. 7, 13, 14, 21). Ac denique, ut in caeteris Capitibus nonnunquam de se ipso auctor mentionem injicit, epistolasve ad se scriptas aut carmina in honorem suum composita tradit, ita inter haec quoque sunt, in quibus idem fieri videamus. In II. 5 (quod animadvertat Lector, similiter ac Caput de quo statim dicturus sum, III. 6, *in solo A.* reperiri) hoc legitur, I. p. 188: أَخْبَرَنى الوزيرُ الحكيم ابو محمد المِصْرىُّ الخ. In III. 6 (II. p. 144): أَخْبَرَنى مَنْ دخَل عليه بالمَرِيَّة الخ. In II. 35 (A. II. p. 114): كتبتُ اليه من مُرْسِيَةَ — فراجعنى,

* Nempe I. 3 (quod Caput est de al-Motawaccilo, ab Hoogvlieto editum), 4; II. 6, 8, 11; III. 1; IV. 3, 5, 6 et 20. In his igitur transitus a generali laudatione ad stili specimina paullo aliter quam ipsis illis verbis institutus est.

ubi epistola Ibn-Mas'adae ad Capitis auctorem sequitur, quae paginas 114 et 115 totas implet, at in quâ hujus nomen non expressum est. Hoc ipsum tamen in duobus aliis locis reverâ factum est, quare hi sane maximam vim habent ad id de quo quaerimus conficiendum. Nempe in II. 34 (A. II. p. 100 seq.), praemisso ولهُ الىّ, poëmation trium distichorum in medio est positum, cujus primus versus sic sonat:

(الطويل) قَدِمْتَ ابا نَصْرٍ على حالٍ وَحْشَةٍ

itidemque in IV. 7[a] (A. II. p. 267 seqq.) auctor Capitis inter complura quae ad ipsum spectabant, carmen quoque novem distichorum (quibus recentiori manu duo alia in Codice sunt addita) tradidit, hoc modo incipiens:

(السريع) إيهٍ ابا نَصْرٍ وكَمْ زَمَنٍ الخ

Quibus argumentis jam abunde constare videtur, Capita illa, tam quae in *solo* A., quam quae in A. et C. offerantur, non minus quam ea quae in omnibus Codicibus exstent, ab *ipso* Ibn-Khakane conscripta esse; si vero porro sciscitaris, quâ causâ factum sit, et ut in reliquis exemplis ea desint, et ut in A. plura etiam quam in C. reperiantur, fere duo tantum cogitari posse credo, e quibus ad eam rem explicandam optio sit: nimirum, ut aut negligentiae et ignaviae librariorum id tribuatur, qui jam pridem, hoc opus describentes, nonnulla ejus Capita, et alii quidem plura quam alii, omiserint; aut

---

[a] Inprimis animadvertendum est, *hoc* quoque Caput tam manifesto apparere ab ipso Ibn-Khakane scriptum esse: cum enim vir, de quo in illo agitur, *Jurisperiti* et *Judicis* (aut etiam, ut infra videbimus, *Vesiri*) appellationes gerat, cumque propterea exspectasses, auctorem, si ipse de eo retulisset, non in hoc, sed in *tertio* Libro, qui *Jurisperitis et Judicibus* (aut in *secundo*, qui *Vesiris*) destinatus est, ei locum assignaturum fuisse, facile hinc coëgisses, hujus certe Capitis genuinam originem valde suspectam esse.

ut librarii culpâ vacent, utque omnia illa Capita *supplementa* sint, quae auctor deinde operi suo diversis temporibus adjecerit: sic enim reliqui Codices hoc ita exhibere censendi sunt, ut primum ab Ibn-Khakane editum fuerit; in A. autem talia additamenta offerri, quae serius etiam quam illa, quae cum C. ei communia sint, ipsius auctoris manus suppleverit. Mihi quidem, quoniam tantus est eorum Capitum numerus, posterius longe probabilius videretur, si in aliis Codicibus *haec sola* desiderarentur, reliqua vero omnia aequali numero exstarent; at cum supra viderimus, nullum esse inter exempla, adhuc nobis cognita, cui non praeter illa unum certe aut plura etiam Capita, in caeteris oblata, desint (conf. p. 451 vs. 3 seqq., p. 453 vs. 3 a f. seqq., p. 457 vs. 1 seq., p. 458 vs. 16 seq., p. 462 vs. 4 seqq.), fateor hoc persuasionem meam summopere labefactare, et efficere saltem ut alterum non multum alteri praeferam. Res igitur in medio relinquenda est; si vero deinde videbitur ex aliis indiciis efficiendum esse, Ibn-Khakanem hoc suum opus, etiam postea quam in lucem ediderit, repetitis curis limasse et expolivisse, tum certe nihil erit quod obstet, quominus ex septendecim quoque Capitibus illis pleraque dein supplevisse, nec uno quidem tempore, sed alia aliis serius, pro eo ut materia se ipsi offerret, existimetur *.

Quod jam ad *locos* illos attinet, qui in iis Capitibus, quae

---

* Dolendum est, libri مَطْمَحُ الأَنْفُس nullum exemplum exstare (vid. supra p. 436 ann. vs. 9—12): vellem enim, me hoc ejusdem auctoris opus, in simili argumento versatum eodemque stilo compositum, conferre posse, ut viderem, an fortasse 17 illa Capita inde simpliciter a librariis desumta sint, itidemque in reliquis Capitibus ii loci, de quibus nunc porro dicendum est. Fateor tamen, donec ipse ille liber repertus sit, huic nudae suspicioni non magnam vim posse tribui.

utrumque nostrum exemplum exhibet, in solo A. reperiuntur, hi et plurimi numero et diversi quoque generis sunt. Primum enim carmina, in utroque Codice tradita, haud raro in A. pluribus quam in B. distichis constant[a]; deinde multa integra specimina, sive poëseos, sive elegantioris prosae, quae in hoc plane desunt, in illo sic offeruntur, ut paucissima tantum verba praemissa sint, quibus nonnunquam tamen eorum componendorum opportunitas simpliciter breviterque indicetur[b]; ac denique inter illos locos tales quoque sunt, qui non nova tantum carmina epistolasve eorum de quibus agitur virorum contineant, sed etiam his praemissa quaedam (modo longiora, modo breviora) eâdem illâ resonanti et elatâ prosâ, quae auctori hujus operis usi-

[a] Exempla *unius* distichi additi haec sunt: I. p. 44 vs. ult., p. 140 vs. 1, p. 155 vs. 5 a f., p. 166 vs. 6, p. 167 vs. 2 a f., p. 172 vs. 3 a f., p. 186 vs. 9, p. 209 vs. 3, p. 210 vs. 2, p. 222 vs. 2, p. 258 vs. 4 a f.; II. p. 2 vs. 5 a f., p. 3 vs. 2 a f., caet. *Duorum*, II. p. 251 vs. 7 et 8; *quinque*, II. p. 315 vs. 11—15; *novem*, II. p. 278 vs. 1 a f. — 279 vs. 8; *duodecim*, I. p. 177 vs. 3—5, vs. 11—17, et 178 vs. 1 et vs. 7 a f.; denique *duorum et triginta*, II. p. 215—218 (conf. supra p. 398 vs. 4 a f.).

[b] Quo palam fiat Lectori, ubinam talia in A. exstent, ut, si Ipse etiam *duos* hujus operis Codices inter se conferre possit, sciat in quibus maxime Capitibus *nostri* a se invicem discrepent, accurate omnes huc pertinentes locos notabo: I. p. 47 vs. 5—11 (conf. supra p. 472 vs. 17 seqq.), p. 137 vs. 2—12, p. 144 vs. 10—145 vs. 3, p. 145 vs. 2 a f. — 146 vs. 7, p. 192 vs. 12—15, p. 195 vs. 4 a f. — 190 vs. 4, p. 211 vs. 8—212 vs. 4, p. 227 vs. 4 a f. — 231 vs. 1, p. 232 vs. 5 a f. — 233 vs. 4 a f., p. 266 vs. 4 — 7, p. 267 vs. 4 a f. — 268 vs. 7; II. p. 5 vs. 4—6 vs. 7 a f., p. 33 vs. 4 a f. — 36 vs. 3, p. 37 vs. 4—6, p. 40 vs. 5—12, p. 44 vs. 5—45 vs. 4 a f., p. 63 vs. 9—64 vs. 9, p. 86 vs. 9 med. — vs. 3 a f., p. 94 vs. 7—95 vs. 2, p. 96 vs. 7—97 vs. 2 a f., p. 98 vs. 4—99 vs. 6 a f., p. 133 vs. 9—135 vs. 4, p. 140 vs. 3 a f. — 141 vs. 9, p. 143 vs. 4 — vs. 6 a f., p. 144 vs. 3—9, p. 147 vs. 2—11, p. 148 vs. 3 a f. — 149 vs. 9, p. 151 vs. 5—152 vs. 4, p. 153 vs. 4 a f. — 154

tata est [a]. Apparet igitur, diversa haec aut male nunc in B. deësse, aut ad ipsum librum, ut ab Ibn-Khakane scriptus sit, non pertinuisse, sed deinde a librariis fuisse addita. Et in aliis quidem prius, in aliis posterius pro vero habendum esse, nullus dubito: quod enim praesertim ad disticha illa attinet, de quibus primo loco dixi, haec manifestum est, certe si de *uno* tantum aut de *duobus* agitur, tam per scribarum imprudentiam omitti, quam per aliorum temeritatem postea e margine in textum recipi potuisse [b]; et si de *pluribus* judicandum est, etiam haec, donec alii Codices collati sunt, prorsus incertum manet, utrum socordes ignavique librarii consulto praetermiserint, an incauti et male seduli, sive ex antiquioris exempli margine, sive ex aliis ejusdem argumenti operibus, suppleverint [c]. Nec multo evidentius est, quid de

vs. 6, p. 167 vs. 7 a f. — 168 vs. 8 a f., p. 171 vs. 7 a f. — 173 vs. 6, p. 223 vs. 2—4, p. 240 vs. 1—241 vs. 4, p. 261 vs. 4 a f. — 263 vs. 6 a f., p. 256 vs. 8—258 vs. 5, p. 264 vs. 11—267 vs. 3, p. 284 vs. 1—285 vs. 10, p. 287 vs. 1—3, p. 309 vs. 10—310 extr., p. 325 vs. 11—326 vs. 4 a f., p. 327 vs 2 a f. — 328 vs. 2. Vides, multo plures ejus generis locos in *posteriori* volumine quam in *priori* offendi.

[a] Hae quoque pericopae ubinam inveniantur, accurate Lectori indicabo: I. p. 123 vs. 4—130 vs. 2 (de quâ infra deditâ operâ dicendum erit), p. 133 vs. 1—13; II. p. 39 vs. 2—10, p. 67 vs. 5 a f. — 69 vs. 5 a f., p. 221 vs. 7—14, et p. 223 vs. 5 a f. — 224 vs. 8.

[b] Supra dixi (p. 453 vs. 4 seqq.), etiam in B. vicissim disticha exstare, quae in A. desiderentur; atque in alio loco (p. 470 vs. 7 seq. et ann. *c*) retuli, in *margine* Codicis A. nonnulla, quae in B. plane desint, *recentiori manu addita* reperiri: qualia ergo nunc, si quis hoc exemplum describeret, ei in mentem venire posset, etiam ipsa in textum recipere.

[c] Conferatur hic ab unâ parte, quod de Cod. B. exposui in p. 461 seq. ann. *a*; et ab alterâ praesertim illud, quod de chartâ singulari in A. insertâ tradidi, p. 471 vs. 10 seqq. Notabile etiam est, quod in p. 464 vs. 1 seqq. de *quatuordecim*

iis, quae secundo loco commemoravi, statuendum sit: nam talia quoque non minus a librariis, ad finem laboris properantibus, omitti, quam (inprimis si breviora sunt) deinde e margine in textum adsciscì potuisse [a], facillimum intellectu est. Utque supra (p. 480 vs. 5 seq. ann[a]) animadvertimus, longe plures ejusmodi locos in *posteriori* parte operis quam in *priori* offendi, et hoc igitur verisimile reddit, multos eorum non in A. redundare, sed in B. brevitatis gratiâ suppressos esse, ita idem maximopere confirmatur eo exemplo, quod in II. p. 140 vs. 3 a f. ad p. 141 vs. 9 se offert. Ibi enim, in fine Capitis de Ibn-Hamdino (III. 4) pars epistolae traditur, ab hoc ad *ipsum* Ibn-Khakanem scriptae, eique haec verba ab auctore praemissa leguntur: وكتب الىّ مُراجِعا بِرُقْعة منها. Nec propterea tamen statuendum esse, *omnes* aut vel *plerosque* eos locos in B. librarii culpâ deësse, manifesto mihi ostendit collatio Codicis Gothani et utriusque Parisiensis in Capite de Ibn-Zaiduno, et unius Gothani in Capite de Ibn-Abduno. Cum enim ex omnibus Capitibus quae in A. longiora sunt quam in B., haec duo tantum quomodo in aliis exemplis se habeant sciamus, maximi sane momenti est tenere, utrumque in iis qui collati sint Codicibus universe ita plane ut in nostro B. exstare, et partes igitur quae praeterea in A. legantur, in illis etiam totas desiderari [b]: quod inprimis, ut supra jam dixi (p. 457 vs. 9 seqq.), de Parisiensi C. notabile est, quoniam hic Codex in novis illis Capitibus offerendis plerumque contra caeteros cum

illis distichis, *in solo G.* exstantibus nec igitur ab ipso, ut puto, auctore in medio positis, dixi.

[a] Ad hanc rem illustrandam vide quae supra de A. retuli, p. 470 vs. 9 et ann. *d*.

[b] Conf. Hoogvlieti *Spec.* p. 103 ann. *s*.

nostro A. conspirat. Ex istâ igitur collatione cum fere pro certo effici possit, si in reliquis etiam locis instituatur, appariturum esse, multa quoque alia ex magno illo additamentorum numero *soli A.* propria esse, rursus haec dubitatio oritur, an fortasse haud pauca eorum ab ipso auctore profecta sint, qui ea, serius a se reperta, operi suo inseruerit, postquam hoc jam dudum vulgatum esset et complura ejus exempla inter homines ferrentur. Quae quidem suspicio non parum augetur, si tertium quod dixi locorum genus accuratius consideraveris: nam hos certe ipsi Ibn-Khakani tribuendos esse, idem illud argumentum, quod supra e dictionis aequalitate duxi (p. 475 vs. 20 seqq.), manifesto ostendere videtur; et inter hos tamen etiam esse (licet plerosque simpliciter in B. omissos putem), qui in caeteris Codicibus non magis quam in hoc reperiantur, Caput de Ibn-Zaiduno perspicue probat: ea enim omnia, quae in A. I. p. 123 vs. 4—130 vs. 1 et p. 133 vs. 1—13 exstant, in utroque Parisiensi exemplo aeque atque in B. et G. desiderantur. Quare, cum dubitari vix possit, quin prosa resonans, quae ibi passim inter nova specimina poëseos et facundae orationis Ibn-Zaiduni interposita est, eidem manui quae totum librum confecit, ipsa se vindicet, hoc tanquam longe verisimillimum inde cogi videtur, Ibn-Khakanem jam edito operi suo nonnulla dein addidisse, et talia supplementa in nostro Codice A. servata esse.

Quod fortasse etiam aliâ re, de quâ nunc paucis dicendum est, confirmatur. Nempe in eodem Codice indicia quaedam se offerunt, quae auctoris manum, opus suum denuo limantis et expolientis, prodere videntur. Illos dico locos, qui in A. *diverso modo* quam in B. (et, quantum ex uno Capite eâ de re judicare possum, etiam in reliquis Codi-

cibus) constituti, in illo plerumque longiores sunt quam in hoc, et majori etiam studio artificioque compositi. Sic differt illud quod in Capite de Ibn-Ammáro (II. 3) in A. legitur, I. p. 161 vs. 2—7, ab eo quod in B. exstat, fol. 42 a. vs. 11, 12; et plane aliud est initium Capitis de ابو محمد ابن عَطِيَّة (III. 12) in A., II. p. 165 vs. 6 a f. — 166 vs. 3, quam in B., fol. 100 b. vs. 18—23; itemque initium Capitis de ابن السّيد البَطَلْيَوْسيّ (III. 17), in A., II. p. 189 vs. 1—11, quam in B., fol. 91 b. vs. 3 a f. Ac magis etiam ii loci animadvertendi sunt, in quibus ipse quidem A. diversam et ampliorem recensionem quam B. offert, at in illius margine plane eadem, quae in hujus textu leguntur, recentiori manu adscripta sunt. Quod factum est in exitu Capitis de Ibn-Ammáro, ubi pro paucioribus quae in B. exstant, fol. 47 a. vs. 7 a f. — 47 b. vs. 3 a f., alia et longe copiosiora offeruntur in A., I. p. 178 vs. 4 a f. — 181 extr.; at ibidem in margine paginae 178, praemisso في بعض النسخ (conf. supra p. 472 vs. 2 a f. seqq.), ad litteram ea, quae B. exhibet, annotata sunt. Itemque initium Capitis de Ibn-Labbuno (II. 4) in textu Codicis A., I. p. 182 vs. 3—13, multum differt ab iis quae in B., fol. 47 b. vs. 2 a f. — 48 a. vs. 4, leguntur; at eadem haec in illius margine, praemisso وجدتُ في بعض النسخ بعد ذكر اسمه (vid. supra p. 473 vs. 3 seqq.), adscripta sunt. Maxime vero omnium notabilis est locus in Capite de Ibn-Zaiduno, in quo pro iis quae in *Spec.* mei p. 20 vs. 8—16 (a فتحيل ad متغزلا) sunt edita, quaeque in reliquis qui collati sunt Codicibus universe eodem plane modo se habent, Codex A. non minus quam septem integras paginas continet (I. p. 123 vs. 4—130 vs. 1), in quibus partim quidem nova specimina poëseos et prosae Ibn-Zaiduni

sunt tradita, partim vero etiam ipsius qui haec suppleverit ornata prosa ita interposita est, ut cum haec, certe in p. 125 et 126, tantum amplior elaboratio sit eorum quae reliqui Codices offerant, recentior manus haec ipsa ad diversos earum paginarum locos in margine adscripserit[a]. Talia igitur si quis accurate consideret, fieri non potest quin suspicetur, Ibn-Khakanem, postquam librum suum jam edidisset, iteratam in illo expoliendo et perficiendo operam posuisse, neque aliâ ergo quam *ipsius* manu eos quos dixi locos mutatos esse. Quam rem equidem profiteor me pro certâ habiturum fore, nisi nonnulla reperissem, istis indiciis aut prorsus fere contraria, aut certe persuasionem quae ex iis nasci videretur, labefactantia. Primum enim supra jam dixi (p. 453 vs. 3 seq.), unum Caput esse (III. 17), quod in B. vicissim multo longius[b] quam in A., nec parum quoque diversâ ratione elaboratum sit: in hoc 5 tantum *paginas* complet (II. p. 188 extr. — 193 extr.), in illo fere 5 *folia* (f. 91 b. vs. 4 a f. — 96 b. vs. 2); quae vero in A. a p. 192 vs. 5—193 vs. 5 a f. exstant, haec paene ad verbum conveniunt cum iis, quae alio ordine in B., fol. 92 a. vs. 5 a f. — 92 b. vs. 2 et fol. 92 a. vs. 5—6 a f., leguntur; at quae A. a p. 190 vs. 1—192 vs. 4 offert, ea aut prorsus diversa aut longe breviora sunt quam ea quae B. a fol. 92 b. vs. 2—96 b. vs. 2 exhibet. Deinde, duo etiam loci

[a] Etiam in uno alio loco Capitis de Ibn-Zaiduno, prosa auctoris in A. differt ab eâ quam reliqui Codices exhibent. Nempe pro verbis, quae in *Spec.* mei p. 25 vs. 5 et 6 leguntur: ولم تزل — بَلَنْسِيَةَ, in A. est: ولم تَزَل المَطَالِبُ تَزْعَجُهُ وتُنْبِهِمُ بابَ ٱسْتِقْرارِهِ ولا تُفْرِجُهُ الى ان وصَل بَلَنْسِيَةَ. Quae quidem vides illis paullo *breviora* esse.

[b] Praeter ipsum initium, de quo modo dixi, p. 483 vs. 7 seqq.

sunt, ubi in *textu* Codicis A. eadem plane atque in B. legantur, in illius autem *margine* pro iis alia verba, consimili sensu, adscripta sint: nempe factum hoc est in initio Capitis de ابو محمد بن صارة (IV. 6), II. p. 250 seq., et in initio Capitis de ابو بكر بن بَقِيّ (IV. 18), II. p. 314, quo posteriori loco quae in margine leguntur, eadem sunt, quae in utroque Codice initium constituunt Capitis de ابو جعفر بن البَتِّيّ (IV. 9), A. II. p. 285 vs. 12—14, B. fol. 127 a. vs. 22 seq.[a]. Ac denique etiam ipsum illud initium Capitis de Ibno-l-Battíjo animadvertendum est, nimirum quod in Cod. A. eo usque erasum est, quo usque in margine illius quam dixi paginae (314) adscriptum reperitur, dum eadem recentior manus, quae haec verba illic apposuit, hoc loco *alia breviora* pro iis in margine substituit, quorum extrema etiam in ipso textu Codicis B., statim post ea quae in A. erasa sunt, inveniuntur. — Ex his igitur cum primum quidem explicatu difficilius sit[b], reliquas vero variationes, quanquam non plane perspectas, magna tamen suspicio sit, nequaquam ab ipso Ibn-Khakane, sed a librariis profectas esse, non sine causâ quis opinetur, omnia quoque illa, quae prius commemoravi, ineptae aliorum sedulitati, non auctoris librum suum limantis curae, tribuenda esse:

---

[a] Et haec ipsa tamen verba etiam Ibn-Khallican, in Capite de Ibn-Bakíjo (N. 813), citavit tanquam initium Capitis de *hoc* viro in libro قلائد العقيان. Is ibi (paullo superius) ea quoque in medio posuit, quae Ibn-Khakan de eodem viro in opere suo مطمح الانفس scripserat, et mirum sane, horum *prima* verba (non vero reliqua) convenire cum initio istius Capitis, ut in textu utriusque nostri exempli offeratur.

[b] Unica fere explicandi ratio haec esse videtur, ut putemus, auctorem ipsum, uti multa Capita operis sui deinde *amplificaverit*, ita, nescio quâ de causâ, hoc postea *contraxisse*.

nec diffiteor, *iis* locis, in quibus Capitum *initia* aliter et fusius elaborata se offerant, hanc posse originem tribui, ut quae universe de illorum virorum laude et meritis in aliis ejusdem argumenti et stili operibus[a] dicta essent, ea a librariis hic primum in margine adjecta, et mox nonnunquam pro iis quae auctor scripsisset, in textum recepta fuerint; at sine dubio tamen negandum est, eandem causam etiam uberiori illi recensioni, quae in Capite de Ibn-Zaiduno et in exitu Capitis de Ibn-Ammáro exstat, subjectam esse. Ista enim et ipsa sic comparata sunt, et tam perfecte cum antecedentibus et sequentibus cohaerent, ut nequeant aliunde huc translata esse, sed aut ab ipso Ibn-Khakane, aut ab alio quopiam, illius sensu penitus imbuto, deditâ operâ retractata, et in eorum quae prius scripta essent locum substituta esse debeant. Quare, quamvis haec quoque res nondum plane ad liquidum perducta sit, mihi tamen, unum et alterum illorum, de quibus in hac disputationis parte singillatim egi, nunc conjunctim consideranti et ponderanti, plusquam verisimile videtur, discrimen quod inter Codices nostros A. et B., cum reliquis collatos, intercedat, pro parte tantum librariorum negligentiae aut imprudentiae et teme-

[a] Sic, quum ex Ibn-Khallicanis locis quos supra citavi (p. 434 vs. 18—20, coll. ann. *a* in p. 485) appareat, etiam ipsum Ibn-Khakanem in libro suo مطمح الانفس de nonnullis ex eorum numero exposuisse, quibus in hoc quoque opere peculiare Caput assignatum est, facile fieri potuit, ut quae in illo de iisdem viris dicta essent, hic passim a librariis in margine adderentur. E reliquis operibus, quae ad historiam litterariam Arabum Hispanorum istius aetatis pertinent, solum Ibn-Bassámi librum nominabo, qui الذخيرة فى محاسن اهل الجزيرة inscriptus, haud raro ab Ibn-Khallicane citatur (ut in Capitibus de Ibn-Zaiduno, N. 56, et de Ibn-Sárâ, N. 353), eâdemque illâ ornatâ dictione compositus est.

ritati tribuendum esse, maxime vero inde explicandum, quod auctor ipse non intermiserit, *tum* novas accessiones identidem huic operi adjungere, *tum* etiam nonnullos locos ejus amplificando et exornando paullulum immutare.

Quod ad *ordinem* attinet, quo Capita libri se invicem in hoc exemplo, secus quam in B. (G.?) et C., sed praesertim quam in D. et E. (vid. supra p. 451 vs. 6 seqq., p. 454 vs. 10 seqq., p. 457 vs. 6 seqq., p. 458 vs. 6 a f. seqq., et p. 460 seq.), excipiunt, fieri potest, ut hujus quoque diversitas non soli arbitrio aliorum, sed aliquatenus etiam ipsi Ibn-Khakani, nonnihil mutationis ei deinde inferenti, adscribenda sit[a]. Credo tamen, longe maximâ ex parte eam a librariis aut Codicum possessoribus repetendam esse, qui si qualemcunque ob causam ipsis praestare videretur, ut Capita quaedam inter se transponerentur, id, si de *duobus* ageretur, sic simpliciter in exemplo suo indicarent, ut ad initium Capitis quod *postponendum* ducerent, vocem مؤخّر, quod *praeponendum*, vocem مقدّم adscriberent; si vero de *pluribus*, paullo longiori annotatione eandem rem significarent: quales quidem notae posterioribus librariis ultro persuaderent, ut in suo apographo diversum istum ordinem sequerentur. Uti vero inter exempla transpositionis, quae in Codicibus hujus operis exstant, unum praesertim est,

[a] Sic fortasse illud Caput (III. 17), de quo supra p. 484 vs. 13 seqq. et p. 485 in ann. *b* dixi, reverà ab ipso Ibn-Khakane prius post III. 4, deinde vero, postquam in breviorem formam illud contraxerat, etiam alio loco, post III. 16, collocatum est. Certe de priori ordine inter se conspirant B. (G.?) D. et E.; de posteriori tantum A. et C., quorum Codicum, ut in novis illis Capitibus offerendis, ita in serie quoque Capitum maxima inter se convenientia est. Operae igitur pretium est inquirere, utrum Caput illud in utroque exemplo Parisiensi aeque longum et eodem modo constitutum, an in C. brevius quam in D. offeratur.

cujus causa manifesto intelligatur — nempe in D. et E. III. 12 statim post III. 9 collocatum est, quoniam librario cuipiam visum fuit, Caput de *filio* necessario Caput de *patre*, nullo alio intercedente, sequi debere —, ita in A. aliquid factum videmus, quod eandem quoque rem illustrat et valde notabile est. Nimirum post finem *secundi* Libri (II. p. 129), infra subscriptionem librarii, hoc in illo recentiori manu adjectum est (conf. supra p. 473 vs. 7 seqq.): فى بعض النسخ الوزير الفقيه القاضى ابو الفضل بن الاعلم كهْلُ الطَّرِيقه، وفَتَى الحَقِيقه، الخ. Haec autem verba et quae sequuntur (de *sex* enim versibus, quibus ista constant, *unum* tantum in medio posui) initium sunt illius Capitis, quod in A. et C., in quibus solis reperitur, est IV. 7. Sine dubio igitur librarius aliquis, cui iste locus Ibno-l-A'lami personae et muneri non convenire videbatur (conf. supra p. 477 ann. *a*), Caput illud in suo apographo *secundo* Libro (de *Veziris*) subjunxit, et talem igitur Codicem is vidit, qui hic ejusdem initium, praemisso فى بعض النسخ, adscripsit. Mox vero agnovisse videtur, hoc idem Caput esse, quod in ipso hoc Codice inferius offerretur, et propterea, postquam sex versus absolverat et septimi jam primum vocabulum posuerat, prorsus abrupte desiit, et ea etiam quae scripserat, transversis lineis induxit. Cujus facti causam perspiciens, quo eam aliis quoque hujus Codicis lectoribus explicaret, rursus recentior quis hic super istis annotavit: ياتى بعد ترجمة ابن سارة فى القسم الرابع (vid. IV. 6).

De transpositionibus, quae passim *in mediis Capitibus* offenduntur, jam verbo etiam supra (p. 452 vs. 7 seqq.) mentionem injeci. Et praecipue quidem ultimam partem Capitis IV. 3 multipliciter diverso ordine in nostris Codicibus

exstare dixi; verum praeterea hic prae reliquis commemoranda sunt Capita II. 10 et IV. 6, in quorum utroque integra carmina longiori intervallo inter se sunt transposita. Talia autem ut egregie illustrantur istiusmodi librariorum notis, cujusmodi passim in A. reperiri, supra (p. 470 vs. 2 seqq.) retuli *, ita nonnunquam etiam alia origo iis assignari non nequit: nempe magna esse suspicio potest, haud pauca eorum, quae in diversis exemplis diversum locum occupent, plane non ab ipso auctore profecta, sed alienâ manu primum in margine antiqui alicujus Codicis adscripta, ac deinde a posterioribus librariis e tali exemplo in ipsum textum, ab aliis vero in alium locum, adscita esse. Quare aliquanti momenti est, ut harum quoque transpositionum ratio accuratius cognoscatur, reliquos Codices, et eos maxime qui in universum a se invicem distent (ut Parisienses C. et D.), inter se studiose conferre: donec hoc vero factum sit, certe singularum causae nec bene perquiri nec caute definiri poterunt.

Et hic igitur longioris disputationis de libro قلائد العقيان

* Tales transponendi notae facile quoque videri possent causa esse mirae illius repetitionis, quam dixi (p. 482 in fine annis) semel in B. locum habere. Per se enim nequaquam a verisimilitudine abhorret, ut istud carmen in exemplo, e quo B. descriptus sit, semel tantum exstiterit, et ibi quidem, ubi in A. offeratur; ut vero in illo exemplo signis transponendi indicatum fuerit, potius id ibi collocandum esse, ubi nunc *priori* loco in B. reperiatur, cujus ergo scriba istud indicium secutus sit; utque hic deinde, cum ad idem rursus carmen pervenisset, jam denuo illud in medio posuerit, transpositionis a se institutae plane oblitus. Quominus tamen id reverâ sic factum putemus, obstat varietas lectionis, quae passim in duobus illis locis se offert, quae quidem talis est, ut ex imprudentiâ et negligentiâ librarii, *unum* textum bis describentis, nullo modo explicari queat. Itaque alia rei causa esse debet, quam ipsam certâ conjecturâ assequi difficile est.

finis esset, nisi verbum adjiciendum videretur de Codice illo 639, quem supra in Capitum indice fere singulis iu locis citavi: nimirum ut Lectori appareat, quâ peculiari de causâ id fecerim, et quae necessitudo mihi inter utrumque opus intercedere videatur. Codex ille, ut in *Spec.* p. 13—15[a] ostendi, unum continet tomum, et quidem paenultimum, operis majoris فى طبقات الشعراء, scripti a Principe urbis Hamátae, al-Malico-l-Mansúro Mohammade ibn-Omar ibn-Schahanschah, mortuo a. Ar. 617[b]. De consilio et ratione

---

[a] Per nudum errorem ibi in p. 13 vs. 1 a f. *Omaris* scripsi pro *Mohammadis.*

[b] *Paenultimum* esse hujus exempli tomum, evidenter apparet ex subscriptione librarii, quam l. l. p. 14 vs. 7 seqq. in medio posui; *quotus* vero hic fuerit, non aeque certum est: verba enim quibus id indicatum erat, deinde consulto sunt erasa, et post تم pro....الجزء ال, quod librarius scripserat, recentiori quoque manu substitutum المختار: scilicet ut emtori fucus fieret, putaretque à non separatam aliquam partem, sed *integrum excerptum*, illius operis hic offerri. Quare dubium est, utrum hoc exemplum ex totidem tomis constiterit, quot ipsum opus volumina complevisse legatur (nempe *decem*), an vero pluribus; si totidem, manifestum est, *nonum* nos volumen possidere. — In *Spec.* p. 15 ann. 1 dixi, me in Hadji-Khalifae Lexico nusquam de hoc libro mentionem injectam reperisse; id autem scripsi, solum Codicem O. ad manum habens. Noster Codex 1370, in v. طبقات الشعراء, inter alia in O. desiderata, haec etiam offert: (صنّف فيها) الملك المنصور محمد بن عمر بن شاهَنْشاه صاحبُ حماةَ فى عَشْر مجلّدات توفى سنة ٦١٠. Vides, numerum 610 non convenire cum anno mortis ejus (617), quam in *Spec.* p. 14 vs. 2 a f. ex Abulfedăi *Annalibus* (IV. p. 288) tradidi; at Codex ille noster, cum universe sat multos errores contineat, tum inprimis mendosus est in numeris, quos ut hoc loco, ita ubique *signis* expressos habet. In alio ejusdem Lexici loco itidem de al-Malico-l-Mansuro fit mentio, tanquam scriptore operis مِضمار الحَقائق وسِرّ الخَلائق, et ibi quidem in Codice nostro recte anno ٦١٧ obiisse legitur. Hoc ipsum quoque opus semel iterumque in Cod. 639 ab auctore tanquam suum laudatum inveni, ut p. 137 vs. 4 seqq. (in fine Capitis de المعتمد محمد

hujus libri, ac de subsidiis quibus ad eum componendum usus sit, auctor fortasse in initio ejus ipse exposuit; ex hoc autem tomo nihil aliud eâ de re effici potest, quam neque temporis nec regionum* nec nominum ratione habitâ eum poëtas, de quibus hîc mentionem fecit, ordinasse, sed ita simpliciter, ut in illis quos in usum suum adhiberet libris eos se invicem excipientes reperisset: ex quibus igitur alium post alium presse secutus esse, et poëtarum nomina quae in singulis occurrerent, deinceps descripsisse videtur. Quinam ii libri fuerint, in hoc quidem tomo nusquam professus est, in quo praeter suum opus مِضْمار الحقائق (conf. in superiori pag. ann. *b*), unum tan-

(ابن عبّاد his verbis: وقد استوفيتُ ذكرَ بنى عَبَّاد وابن تاشِفين فى كتابى الكبير المَوْسوم بكتاب مِضْمار الحَقَائِق فى عُلوم الخَلَائق; itidemque p. 556 vs. 4 seq.: nnde ergo magis etiam evidens fit, illo Codice id reverâ contineri, quod subscriptio doceat. Caeterum in nullo Europaearum Bibliothecarum Catalogo aut unum aut alterum al-Malico-l-Mansuri opus enotatum vidi, et hanc igitur ob causam aliquanti momenti est, nos unum certe tomum de طبقات الشعراء possidere.

* In *Spec.* p. 15 ann. 2 dixi, *de ordine, quem auctor in poëtis commemorandis observasset, ex solo hoc volumine non plane constare; at putare me, quia ingens Hispanorum numerus hîc continuâ serie occurreret, eum pro* regionum diversitate *illos a se invicem distinxisse, sicut ab aliis istius generis auctoribus, in his ab at-Thadlibio in libro* يَتِيمة الدَّهْر, *factum esset.* Ista autem scribens nondum accurate totum hoc volumen pervolveram omniaque in illo oblata nomina deinceps notaveram: quo demum facto mihi apparuit, *tum* eam potius ob causam Hispanos illos juxta se invicem collocatos esse, quod libri auctor in iis commemorandis simpliciter Ibn-Khakanis opus secutus esset; *tum* in reliquis ejusdem voluminis locis, si qua passim in his quoque ratio *diversitatis regionum* habita videretur, nequaquam tamen hunc ordinem satis constanter observari, et multo verisimilius esse, auctorem in his etiam non suam sibi rationem scripsisse, sed eam Capitum seriem secutum esse, quam in diversis quibus uteretur antiquiorum scriptorum operibus offendisset.

tum aliud ita ab auctore commemoratum vidi, ut certo appareat eum id ipsum vidisse eoque in conficiendo hoc libro usum esse: nempe Ibno-'l-Labbánae opus, inscriptum نَظْمُ السُّلُوك الخ [a], quod in Capite de al-Mo'tamido (p. 134 vs. 2 seqq.) his verbis citavit: وحَكَى ابو بكر محمد بن عيسى الدانيُّ المعروف بابن اللَّبَّانة [b] فى كتابه الموسوم بنَظْم السُّلُوك فى وَعْظ المُلُوك فى أَخْبار العَبَّاديّة الخ. Singula Capita (quorum longe pleraque unius duarumve paginarum spatium non excedunt, multa vero etiam dimidiam tantum paginam complent [c]) sic com-

---

[a] Commemoratur etiam ab Hadji-Khalifá, et in nostro quidem Codice 1370 haec ibi leguntur: نظم السلوك فى وعظ الملوك لابى بكر محمد بن عيسى بن اللبانى (اللبانة .l) اللَّخْمى الاندلسى الشاعر توفّى سنة ٥٠٧. Haud certo scio, an annus quo hoc loco mortuus esse dicatur, recte se habeat. Ibn-Khallican (ut ex *Spec.* mei p. 133 seq. ann. 203 apparet) de eo plane incertus erat, et ex Ibn-Khakanis Capite de hoc viro (IV. 4) nihil quoque effici potest, quo hanc quaestionem illustrem: quin imo nullum in eo indicium exstat, Ibno-l-Labbánam tum cum illud opus ederetur, jam de vitâ decessisse.

[b] Hic in ipso Codice supra litteram ب geminationis signum adjectum est: quo igitur ut id confirmatur, quod supra (p. 426 seq. ann. *n*) de illius nominis pronuntiatione dixi, ita simul apparet, librarium sibi non constitisse, in p. 140 ابن اللُّبَانة scribentem.

[c] Singulas has paginas *undecim* modo versibus constare, praetereaque litterarum ductum latiorem esse, in *Spec.* p. 15 jam dixi: unde ergo concludi potest, quam paene nihil ea certe Capitula contineant, quae ne integram quidem istiusmodi paginam efficiant. Omnes poëtae, de quibus in hoc volumine (580 paginarum) separatim mentio facta est, numero sunt 419. Ex his Capitibus longissimum est de ابن مُنِيرٍ الأَطْرابُلُسىُّ وهو ابو الحسين احمد بن مُنِير بن احمد بن مُفْلِح (n. 336; conf. Ibn-Khall. n. 63), quod a pag. 353 ad 374 pertinet; tum vero longitudine proximum est illud, quod statim antecedit locum de al-Mo'tamido, nempe Caput de مِهْيار بن مَرْزَوَيْه الكاتبُ الدَّيْلَمىّ كنيتُه ابو الحسن (n. 107; conf. Ibn-Khall. n. 765), quod paginas viginti, inde a p. 106 ad 125, complet. Porro a longioribus sunt Capita de الحَيْصُ

parata sunt, ut nomen poëtae, in fronte positum, brevissima quaedam et valde generalis laudatio excipere soleat, utque continuo post hanc, ac saepe etiam ne hac quidem praemissâ, unum duove aut plura poëseos ejus specimina, hoc est, disticha e majoribus carminibus selecta, in medio ponantur: quo facto sine ullâ clausulâ, sive de anno quo mortuus sit, sive de aliis rebus ad vitam ejus spectantibus, statim ad aliud rursus Caput transitur. Jam vero ea Capita, quae de iisdem agunt viris quibus etiam Ibn-Khakan in libro suo قلائد العقيان peculiarem locum assignavit, ita se habent, ut certissimum videatur, al-Malico-l-Mansurum tantum non ad omnia eorum conscribenda nullo alio fonte nisi hoc ipso Ibn-Khakanis opere usum esse: quod partim ex ordine apparet, quo Capita ista non interruptâ serie se invicem sequuntur, partim vero et maxime inde liquet, quod inter omnia poëseos specimina, quae diversorum illorum virorum ab al-Malico-l-Mansuro citata sunt, paene *nullum* inveniatur, quod non itidem apud Ibn-Khakanem offendas[a].

بَيْصُ التَّمِيمىّ واسمُه سَعْدُ بن محمد بنِ سَعْد بن الصَّيْفِىّ التميمىّ وكنيتُه ابو الفَوَارِسِ (n. 360; conf. Ibn-Khall. n. 257), quod a p. 439 ad 456; de الملك الصالِح بن رُزِّيك الغَسّانىّ هــو ابــو الغَارَات طَلَايِعُ (n. 413; conf. Ibn-Khall. n. 310), quod a p. 552 ad 569; de ابو الغَنَائِم محمد بن المُعَلِّم الواسطىّ (n. 409; conf. Ibn-Khall. n. 692), quod a p. 523 ad 534; de ابو الحسن على بن محمد التِّهَامىّ (n. 1; conf. Ibn-Khall. n. 482), quod a p. 2 ad 13 pertinet, caetera. Cum mihi ipse accuratum indicem totius voluminis fecerim, fortasse operae pretium erit, ut hunc deinde in his *Commentariis* cum Lectore communicem.

[a] Sola quae excipi debent Capita, haec octo sunt: de *al-Mo'tamido* (n. 108 = Ibn-Khak. I. 1); de filio ejus *ar-Rádhio* (n. 109 = I. Khak. I. 2); de *Ibno-l-Labbánd* (n. 110 = I. Khak. IV. 4); de *Ibn-Abduno* (n. 111 = I. Khak. II. 15);

Cum ergo evidens sit, Principem illum hujus operis Codicem possedisse, qui qualis universe fuerit et quae continuerit,

---

de *Ibn-Razino* (n. 113 = I. Khak. I. 5); de *al-Mo'tasimo* (n. 114 = I. Khak. I. 4); de *Ibno-d-Dabbâgo* (n. 119 = I. Khak. II. 8), et de *Ibno-l-Kasird* (n. 121 = I. Khak. II. 7). In singulis igitur horum nonnullos ab auctore versus citatos reperi, qui in Ibn-Khakanis opere non exstant, et quos ergo ex alio quam hoc fonte petere debuit. Jam quod ad Capita 108, 109, 110, 111, 113 et 114 attinet, infra dicam, per ipsam etiam ordinis diversitatem probabile esse, al-Malico-l-Mansuro in his componendis alia subsidia ad manum fuisse: utque modo vidimus, eum in n. 108 nominatim Ibno-l-Labbánae opus citasse (conf. p. 492 vs. 3 seqq.), ita animadvertendum quoque est, in p. 113 (p. 156) Ibn-Razíni Diwánem sic commemorari, ut verisimile sit eum hunc ipsum cognitum habuisse (وله ديوانُ شِعْرِ ٱلَّفه بعضُ اهلِ دَوْلتِه وسمّاه قُرَاضَةَ الذَّهب وشَرَارَةَ اللَّهَب وهو ممّا قاله فى زَمَن صِبَاه وهو قليلُ المُلَح); at ab altera tamen parte non desunt indicia, quibus certum videatur, in his etiam Capitibus conscribendis Ibn-Khakanis librum auctori ante oculos fuisse: quo praesertim pertinet, quod in n. 114 (p. 157 extr. et 158 init.) plane eadem verba occurrant, quibus ille in initio Capitis I. 4 (Cod. A. I. p. 77 vs. 5 seqq.) al-Mo'tasimi laudem praedicavit. In duobus autem postremis (n. 119 et 121) evidentissima causa se offert, cur auctor necesse habuerit alium fontem adire: Ibn-Khakan enim in suis de *Ibno-d-Dabbâgo* et de *Ibno-l-Kasird* Capitibus *nullum* tradiderat eorum *ligatae orationis* specimen (noster Codex A. hujus quidem offert poëmation 6 distichorum, I. p. 195 vs. 2 a f. — p. 196 vs. 4, at deëst hoc in B., itaque probabile est, postea demum operi additum fuisse, nec in exemplo etiam quod al-Malico-l-Mansurus possideret, exstitisse); et cum tamen in طبقات الشعراء elegans *prosa oratio* citari non posset, auctori, si vellet hunc defectum supplere, necessario hic aliud quoddam opus, in quo de iisdem ageretur, in subsidium vocandum fuit, et illinc igitur *duo* illa disticha quae Ibno-d-Dabbâgi, et *unum* quod Ibno-l-Kasírae in medio posuit, mutuatus est. — Caeterum vero al-Malico-l-Mansurum in reliquis Capitibus, quae ei cum Ibn-Khakane communia sunt, *unice* hujus librum secutum esse, praeter ordinem quo ea continuo se invicem excipiunt, at praeter ipsa poëseos specimina, in quibus nullum est quod non ab hoc quoque citatum sit et ex hujus igitur opere excerpi potuerit, haec porro argumenta egregium in modum confirmant. In Capitulo de *Abu-Dja'fare ibn-Ahmad* (n. 132 = I. Khak. II. 23) al-Malico-

ex hoc ejus scripto adhuc effici queat *, certe alicujus momenti est, quaestiones supra tractatas, tum de novis illis quae in A. et C. exstant Capitibus, tum de diversorum Capitum ordine, sic etiam paullo magis explicare, ut primum

---

l-Mansurus nullum hujus viri versum exhibuit, dicens (p. 189): لم يَقَعْ الىّ من شِعْرِه شىء لعِزّته ونَفاسته: jam vero si Ibn-Khakanis de eodem locum contuleris, hunc etiam videbis *prosae* quidem orationis aliquot specimina, *ligatae* vero nullum attulisse. Plana idem conspicitur in Capitulo de *Ibn-Hamdino* (n. 145 = I. Khak. III. 4), ubi scribit al-Malico-l-Mansurus (p. 204): وله رسائلُ جَمّةٌ وشِعْرٌ لم يقع الىّ منه شىء: scilicet in Ibn-Khakanis libro tantum epistolae hujus viri, non item carmina, adducta sunt. In Capite de *Ibn-Abdol-gafûro* (n. 130 = I. Khak. II. 20) carmini cuidam nonnulla praemissa sunt, quibus opportunitas illius confecti explicatur (p. 187 med.); et plana omnia haec verba eodem consilio in Ibn-Khakanis etiam opere (II. p. 32 extr. et 33 init.) exstant. Similem denique rem offendimus in Capite de *Abu-Mohammede ibn-Malio* (n. 134 = I. Khak. II. 26), in quo nota poëmation duorum distichorum auctor quaedam praefatus est (p. 191 vs. 1 a f.), quae nullâ diversitate et eodem loco apud Ibn-Khakanem (II. p. 57 vs. 7 seq.) se offerunt.

* Exemplum illud non omni ex parte integrum fuisse, tum pauca alia menda quae in Cod. 639 in versibus citatis deprehendi, tum nonnulli errores in nominibus virorum commissi (de quibus ex indice Capitum, quem supra cum lectionis diversitate in medio posui, jam cuique judicandi copia est), manifesto arguere videntur. Nisi enim statuere placeat, ista menda non ab al-Malico-l-Mansuro etiam in suo Ibn-Khakanis exemplo inventa, sed aut ab eo ipso inter dictandum, aut a scribâ qui dictata calamo exciperet, commissa esse, fieri vix potest ut eorum originem alio quam dixi modo explices. Codex enim noster 639 cum ex *primo* operis exemplo, uno tantum mense interjecto, descriptus sit (conf. *Spec.* mei p. 14 seq.), et manum librarii perquam accurati et periti prodat, certe huic non minorem fere auctoritatem quam illi ipsi assignandam existimo, nec credo igitur, in hoc corruptum fuisse quod in illo se bene habuisset. *Vocales* tamen, quae in Cod. 639 ubique litteris sunt additae, fortasse maximam partem hujus scribae acceptae referuntur, et quae inter has ergo minus recte sunt positae, non necesse est ut ex archetypo desumtae videantur.

htc Lectori in faciliori conspectu ponam, quae Capita al-Malico-l-Mansuri opus cum Ibn-Khakanis communia habeat, et quomodo haec inter se ordinata sint; tumque inde efficiam, quid de vetustissimo illo exemplo quod is in usum suum adhibuerit [a], statuendum sit.

In Codice igitur 639 inde a paginâ 125, in quâ primum de quo htc agimus Caput se offert, sequentia continuo ordine se invicem excipiunt (pro virorum autem nominibus brevitatis causâ eos adscribam numeros, quibus supra, p. 413—431, Capita de iisdem notata sunt): I. 1, 2; IV. 4; II. 15; II. 1; I. 5, 4; II. 3, 4, 6; Caput de ذو الوزارتَيْن ابو بكر بن حَمْدِيس الصِّقِلّى (p. 167, 8); II. 8, 9, 7, 10, 12, 13, 14, 16, 18, 20, 21, 23, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33; III. 1, 2, 3, 4, 5, 7, 8, 10, 11, 12, 13, 14, 16; IV. 2, 1, 3, 5, 6, 8, 9, 10, 11, 12, 15, 16, 17, 18, 19, 20; II. 34; tumque etiam, interpositis (a p. 236 ad 247) 21 aliis Capitibus, IV. 21. — Hinc ergo apparet, in al-Malico-l-Mansuri opere prorsus quidem desiderari *quinque* ista Capita, quae in *solo* Ibn-Khakanis *Codice A.* exstant (vid. supra p. 475 vs. 10 seqq.); in eodem vero e *duodecim* illis, quae *Codicibus A. et C.* communia sunt (vid. p. 456 vs. 5 a f. seqq.), *quatuor* offerri, II. 34, III. 3, IV. 2 et 21: quorum *duo* tamen (II. 34 et IV. 21) eo ordinc, ut credi non possit, etiam haec e قلائد العقيان

[a] Quum e subscriptione Codicis 639 appareat, al-Malico-l-Mansurum librum فى طبقات الشعراء absolvisse mense quarto anni 602, sequitur, si supra recte conjeci (p. 447), Ibn-Khakanem suum opus قلائد العقيان post a. 520 et antè 526 edidisse, ut hujus exemplum quod ille possederit, certe nequaquam potuerit post annum 75[um], quam ipsum opus prodierit, exaratum esse. Quin ergo veri dissimile non est, illud antiquius etiam fuisse quam Codicem Escurialensem, anno 591, ut supra (p. 469) vidimus, scriptum.

sumta esse. Porro manifestum est, praeter tredecim quae dixi Capita, adhuc pauca alia in Cod. 639 deësse: nempe *tria* (I. 3, 6, et III. 17), quae in omnibus, qui mihi noti sunt, Ibn-Khakanis Codicibus offenduntur (certe si, ut p. 414 in ann. *h* conjeci, I. 6 etiam in E. reverâ exstat), et *duo* (II. 11 et III. 9), quae meminerit Lector (vid. p. 451 et 453), in B. quoque et G. desiderari. Tum vides, mediis illis Capitibus *unum* interpositum esse (de *Ibn-Hamdiso Siculo*), cujus in Ibn-Khakanis Codicibus nullum se vestigium obtulerit; ac denique, si septem prima Capita duoque ultima, de quibus quid censeam mox dicturus sum, exceperis, duobus tantum in locis eorum *ordinem* ab eo quem supra exhibui, diversum esse: transposito videlicet II. 7 post II. 8 et 9, et IV. 1 post IV. 2.

Itaque, si jam inde concludendum est, quomodo se habuerit antiquissimum illud exemplum libri قلائد العقيان, quo al-Malico-l-Mansurus usus sit, ante omnia teneamus, e supra dictis (p. 493 seq. in ann. *a*) certum esse, eum hunc librum non jam a *primis* inde Capitibus, sed a Capite demum de *Ibn-Ammâro* (II. 3), unice secutum esse: videtur ergo septem prima (I. 1 usque ad I. 4) ex alio opere petivisse, in quo fortasse de his solis viris, et eo quidem ordine, quo hic se invicem excipiunt, expositum esset; tum vero ad قلائد العقيان transiens, hujus quidem excerpendi initium duxisse a *secundo* ejus Libro *, nullum vero Caput, quod ab

* Cur e *primo* etiam Libro non ea tetigerit Capita, quae nondum inter *septem* illa antecessissent (nempe I. 3 et 6), fateor me haud satis perspicere. Potius tamen credam, eum id incautum fecisse, opinantem in primo illo Libro de nullo mentionem fieri, quem non ipse jam aliunde commemorasset, quam reverâ in Ibn-Khakanis Codice, quo uteretur, duo illa Capita defuisse.

hoc inde loco ad finem usque operis in suo exemplo reperiret, praeteriisse, exceptis tribus illis (II. 1, 15, et IV. 4), quae supra jam ex alio fonte derivasset. Ultimum autem Caput, quod in illius Codice exstaret, fuisse credo IV. 20, et casui tantum tribuendum puto, quod hoc in طبقات الشعراء statim excipiat Caput de *tali* viro, de quo etiam in Ibn-Khakanis Codicibus A. et C. peculiaris locus se offerat: al-Malico-l-Mansurus igitur, simulatque ad finem libri قلائد العقيان pervenit, aliud opus sumsisse videtur, in cujus ipso initio *Abu-Zacarija ibn-Somádih*, et post 21 alios viros, etiam *Abu-Abdillah* ille *ibn-Ajischa* commemoratus esset, de quo itidem in Codicibus A. et C., ultimo omnium loco, exponitur*. Quae si bene conjeci, consequens tamen est, ut in vetustissimo illo exemplo *duo* Capita exstiterint (III. 3 et IV. 2) ex eorum numero, quae in solis A. et C. offenduntur; utque igitur, quemadmodum A. plura etiam talia quam C. contineat, ita illud multo quidem pauciora quam hi duo Codices, at initium tamen istius accessionis — si reverâ illa Capita pro *accessione* habenda sint — jam exhibuerit. Quod ad novum illud de *Ibn-Hamdiso* Caput attinet, hoc (quoniam alibi nullum ejus vestigium est) fortasse alienâ manu in margine illius exempli adscriptum fuit, et nihilo tamen secius ab al-Malico-l-Mansuro in usum suum adhibitum est. Porro, si quae dixi probantur, in illo Codice *unum* tantum Caput manifesto defuit, quod in omnibus quae adhuc collata sunt

* In neutro quidem Capitulo, quo in Cod. 639 de his viris actum est (n. 171 et 193), pro specimine eorum poëseos versum citatum reperi, qui non itidem apud Ibn-Khakanem inter plures alios offendatur; verum hoc argumento per se solo cogi non potest, reverâ hos etiam locos non aliunde quam ex illius opere excerptos esse.

exemplis offertur: nempe III. 17, quod inprimis animadvertendum puto illud ipsum esse, quod in B. D. et E. post III. 4 transpositum (vid. p. 451), et in B. longe aliter et copiosius quam in A. elaboratum est (conf. p. 453 et 484). Ac denique, si in illo Codice haud alia fuit ordinis diversitas, quam quod II. 7 post II. 8 et 9, et IV. 2 ante IV. 1 collocatum esset, sane haec non major certe quam illa habenda est, quae, ut e locis supra (p. 487 vs. 7 seqq.) laudatis apparet, in reliquis omnibus Ibn-Khakanis exemplis se offert.

Jam igitur ad alterum opus transirem, quod in hoc etiam volumine me descripturum promisi (p. 384 *); at cum ea, quae de libro تلائد العقيان dicenda habui, longe plures quam sperassem paginas impleverint, et bibliopolae rationes flagitent, tum ut hoc primum volumen tandem in lucem edatur, tum ut in majorem molem ne crescat, praestare videtur, ut quae nunc sequi debuissent, secundo volumini reservem, et hic nihil aliud addam, quam quod in superioribus aut corrigendum esse aut supplendum viderim. Hi enim *Commentarii* cum jam ineunte anno 1839 prelo exprimi coepti sint, et diutius ergo in typothetae manibus haeserint, necessario

* In universum ibi tantum dixi, id non ad ipsam historiam litterariam spectare, sed paullo diversi argumenti esse; significabam vero librum satis notum et celebratum, cui titulus est حَلْبَةُ الكُمَيْت, et auctor شمس الدين محمد بن حسن النَّوَاجى. Pertinet ad illud librorum genus, in quibus varia tractantur quae ad jucundam confabulationem usui sunt (الكتب فى علم المُحَاضَرة); peculiari autem hoc proposito scriptus est, ut de omnibus agat rebus, quae cum vino ejusque in epulis usu conjunctae sunt. Bibliotheca nostra nunc quatuor illius exempla possidet.

accidit, ut in nonnullis locis aliquid addendum, eo temporis intervallo a me repertum, nunc habeam. Quod facienti simul se occasio offert, Lectori errores indicandi aut a me aut a typothetâ commissos:

Ad p. 313 vs. 5—7. Codices, de quibus ibi locutus sum, reverâ ut sperabam coëmti et mense Aprili anni 1839 thesauris nostris adjuncti fuerunt. Numero sunt 62, quo igitur factum, ut Bibliothecae nostra nunc (praeter Hebraeos) 1569 Orientales Codices possideat.

Ad p. 327 ann. *a*. De pronuntiatione nominis relativi الجزولّى inprimis conf. Nicollius et Puseyus l. l. p. 510 seq. In لبّ اللباب Sojutius rem in medio reliquisse videtur, scribens: قلت الجزولى بضم الزاى الى جزوله بطن من البَرْبر بالغرب انتهى.

Ad. p. 328 seqq. De libro الفِهْرِسْت nunc conferatur etiam Hammerus, tum in *Journ. Asiat.*, 3e *Série*, T. VIII. p. 171 seqq., ubi (in p. 173 seq.) ex octavo ejus Capite locum de opere 1001 *Noctium* in medio posuit; tum in (*Wiener*) *Jahrb. der Literat.* Vol. 88 *Anz. Bl.* p. 22—25, ubi argumentum ejus ex *suo* Codice (n. 412), qui tamen multum abest ut *perfectus* sit, copiose descripsit. Item dignissima sunt quae conferantur, ea quae Slanius de eodem opere retulit in *Journ. Asiat.* l. l. p. 521—523, cui minus ex vero narratum esse videtur (vid. ibi p. 523 med.), Bibliothecam Leidensem *integrum* ejus exemplum possidere. — E nostro de quo dixi Codice nuperrime etiam nonnulla excerpsit, ad libros medicos Arabice conversos spectantia, Doct. Aloïsius Sprenger in libello, hic edito, *de originibus Medicinae Arabicae sub Khalifatu.*

In p. 332 vs. 10, post *Hamakerum* excidit b.

In p. 334 ann. *a*, pro *Puseyi* lege *Nicollii.*

In p. 335 vs. 7, pro عَفْوَ lege عَفْوِ.

In p. 335 vs. 5 et 9 annotis, in p. 336 vs. 3, et in p. 338 vs. 7, pro *Puseyus* lege *Nicollius.*

In p. 335 vs. 10 annis, et in p. 351 vs. 7 annis, pro *Puseyum* lege *Nicollium.*

In p. 337 vs. 7 seq., pro *Puseyo* lege *Nicollio.*

In p. 340 vs. 19, pro أَلِيَاس lege إِلْيَاس.

In p. 349 vs. 15, pro 5 et 25 lege 8 et 28.

Ad p. 350 vs. 8 seqq. ann[is]. De editione Calcuttensi hujus Commentarii mentionem quoque fecit Nicollius l. l. p. 527 a., et ibi retulit eam locum habuisse anno 1818.

In p. 351 vs. 7, pro 11 lege 9.

In p. 363 vs. 1 ann[is], pro 238 lege 239.

In extremâ pag. 382, in ipso fine annot[is], nunc addatur etiam: *Vol.* 87 Anz. Bl. *p.* 1—26.

In p. 387 vs. 9 ann[is], pro 138 lege 158.

In p. 393 vs. 1 ann[is], pro *gitur* lege *igitur.*

In p. 397 vs. 16, post vocem *mox* adde: (*anno* 519).

In p. 398 vs. 13 a f., pro وُمَجَدِنْ lege وُمَجَدِّنْ.

In p. 401 vs. 24, pro *vs.* 4 *a f.* lege *vs.* 5 *a f.*

In p. 403 vs. 9 ann[is], post verbum *finierit* adde: (*vide tamen quaé jam porro ed de re dicam in pag.* 444 *vs.* 14 *seqq.*).

In p. 404 vs. 2, post مُسْتَبصِرًا pro ° lege °.

In p. 413 vs. 2 a f. ann[is], et in p. 490 vs. 10 a f. ann[is], pro شَاهَنْشَاه lege شَاهِنْشَاه; itemque in p. 490 vs. 9, pro *Schahanschah* corrige *Schahinschah.*

In p. 419 vs. 3 a f. ann[is], pro الجبير lege الجتّبير.

In p. 421 vs. 4, addatur: *Filius est illius, de quo Ibn-Khallican scripsit N.* 847: *in cujus Capitis fine hunc quoque Abu-Mohammadem commemoravit.*

In p. 425 vs. 4, addatur: (*Ibn-Khall. N.* 637).

In p. 445 vs. 8, pro *vs.* 2 lege *vs.* 1.

In p. 449 vs. 8, pro الحائِر lege الحائِز.

In p. 457 vs. 15, pro *recensionissit* lege *recensionis sit.*

In p. 461 vs. 16, pro *a. f.* lege *a f.*

In p. 473 vs. 8, pro *tertii* lege *secundi.*

In p. 480 vs. 8 ann[is], pro *vs.* 2 lege *vs.* 1.

CORRIGATUR

In *Commentatione* Hamakeri:

P. 1 vs. 2 a f.	pro *illarum*	*illorum.*
P. 3 vs. 13	» *defineretur*	*definiretur.*
P. 4 vs. 10	» *nonnullae*	*nonnulli.*
P. 7 vs. 1	» *classi*	*classe.*
P. 9 vs. 12	» 34	36.
P. 10 vs. 6	» *glarav*	*glarean.*
» » » 9	» فُعْلٌ	فُعَلٌ.
» » » 22	» سحب	سحب.
» » » 23	» الخُيَلاء	الخُيَلاء.
P. 11 vs. 2 a f. (ex ipso Cod.)	» الفَرَزْدَق	والفَرَزْدَق.
P. 14 vs. 24 et 28	» 36; 37, 38	38; 39, 40.
» » » 1 a f.	» دِبَّابَة	دِثَّابَة.
P. 15 vs. 16	» شِنْغَاف	شِنْعَاف.
P. 16 vs. 9	» غلِبّى	غِلِبّى.
P. 18 vs. 6 a f.	» *recipeant*	*recipiant.*
P. 19 vs. 19	» *conspirant*	*conspirent.*
P. 21 vs. 6	» فعَالٌ.	فعَالٌ, .
» » » 7	» *potuit et respondit*	*potuit, et respondit.*
» » » 19	» جِفْنَةٌ	جَفْنَةٌ.
» » » 4 a f.	» أَنْعَالٌ	أَفْعَالٌ.
P. 22 vs. 15 et 20	» السُرعة والنَشاط et السَيْر	السُّرعة والنَّشاط et السَّيْر.
» » » 10 a f.	» أُزْبِىٌّ	أُزْبِىٌّ.
» » » 5 a f.	» Vta	VIta.
P. 23 vs. 16	» محفص	مَفْحَصٌ.
» » » 9 a f.	» *suducit*	*subducit.*
» » » 1 a f.	» *pelli*	*pelle.*

P. 24 vs. 16	pro *manante*	*manans.*
P. 25 vs. 10	post *versum*	addatur *adducit.*
P. 26 vs. 6 a f.	pro 41	53.
» » » 5 a f.	» 39 et 45	51 et 57.
» » » 4 a f.	» 46 et 40	58 et 52.
» » » 3 a f.	» 42 et 43	54 et 55.
» » » 3 a f.	» 44	56.
P. 27 vs. 9	» 11	12.
P. 28 vs. 11	» شدضّ	شدضّ.
» » » 17	» *servat*	*servat, .*
» » » 3 a f.	» *quiessentium*	*quiescentium.*
P. 30 vs. 19	» أقضي	اقصي.
P. 32 vs. 13	» إكمضحي	إكمضحي.
» » » 2 a f.	» *expediendum*	*expediendam.*
P. 33 vs. 17	» *intensiva*	*intensivum.*
P. 35 vs. 9	» نَجَارِبُ	تَجَارِبُ.
P. 38 vs. 3	» مَخْرَح	مَخْرَج.
P. 43 vs. 12 a f.	post *singularia*	addatur *formae.*
P. 44 vs. 17	pro *Sit*	*Sic.*
» » » 22 seq.	» نَخْلٌ et نَخْلَةٌ	نَخْلٌ et نَخْلَةٌ.
P. 45 vs. 5 a f.	» *expositis*	*expositis, .*
P. 47 vs. 7	» *dimunitivum*	*diminutivum.*
» » » 18	» المنقارب	المتقارب.
» » » 6 a f.	» الغُدَرَ	غُدَرَ.
P. 48 vs. 1 seq.	» *postremum exemplum* نُفَسَاءُ, نَفَسٌ, *cum suo plurali cohaeret*	*postremum exemplum* نُفَسَاءُ, *cum suo plurali*, نُفَسٌ, *cohaeret.*
» » » 8	» *Hic*	*Hoc.*
» » » 14 seq.	» *a* نَفَسٌ, *ductam*	*a* نَفَسٌ *ductam, .*
» » » 17	» *aducta*	*adducta.*
P. 51 vs. 15	» *putens*	*puteus.*
P. 53 vs. 10 a f.	» أَظْلَلُ	أَظْلَلُ.
» » » 9 a f.	» *formulas*	*formas.*

P. 54 vs. 15	pro *pl.* سَنِى [2]	*pl. a* سَنِى [2].
P. 57 vs. 1	» *unitasis*	*unitatis.*
P. 58 vs. 19	» *vicinus*	*ricinus.*
» » » 3 a f.	» *pluvio*	*pluvia.*
P. 59 vs. 11	» *personae*	*sonae.*
P. 61 vs. 7 a f.	» *ora*	*ora*, .

In *Annotatione* Roordae:

P. 70 vs. 5	pro *nom en*	*nomen.*
P. 71 vs. 13	restituatur	חֲבֻשׁוּ.
P. 109 vs. 4	pro *intemerpantis*	*intemperantis.*
P. 149 vs. 6	» *videtuprobandum*	*videtur probandum.*

In *Commentatione* Juynbollii:

P. 194 vs. 1 a f.	restituatur	بظهر et والنشيط.
P. 213 vs. 7	pro فَخْو et الطَّوِيدِ	فَخْر et الطَّرِيدِ.
P. 219 vs. 2 a f.	» نداك	يداك.
P. 223 vs. 11 a f.	» احتماع	اجتماع.
P. 234 vs. 11 a f.	» *obvia*	*obvium.*
P. 255 vs. 14 a f.	» *autni*	*aut in.*
» » » 6 a f.	» *asventior*	*asventior*,
P. 266 vs. 1 » f.	restituatur	غراب.
P. 259 vs. 14 » f.	pro ماوة	ماءة.
» » » 8 » f.	» يصور	تصوّر.
» » » 5 » f. (ex ipso Cod.) »	الاستمصّ	الإسْتِقْصاء.
» » » 4 a f. » » » »	للرجل	الرجلُ.
» » » » » » » post	ارتشف addatur	ريقَها.
P. 274 vs. 10 a f.	pro *aliosquepotùs*	*aliosque potus.*
P. 275 vs. 5	» *similemsese*	*similem sese.*
P. 276 vs. 11 a f.	» *commemorat*	*commemorati.*
P. 277 vs. 4	» *puellos*	*puellas.*
» » » 12	» *et membrorum tremorem maciem*	*membrorum tremorem et maciem.*
P. 285 vs. 16	» نسيج	نَسِجَ.
P. 294 vs. 14	» *proccotione*	*precatione.*

Sumptibus JOHANNIS MÜLLER prodierunt:

Fr. de Greve, oratio de Jona Dn. Meyero, icto, de patria deque jurisprud., et de nomothetica praeclare merito. 1839. 8°. maj. . . . . / —,75.

Wess. Alb. v. Hengel, comment. perpet. in epist. Pauli ad Philipp. 1838. 8°. maj. . . . . » 3,90.

Ph. Guil. v. Heusde, character. princ. philosoph. vett. Socratis, Platonis, Aristotelis. Ad crit. philosoph. rationem commend. 1839. 8°. maj. . » 3,30.

Sim. Karsten, oratio de antiq. liter. doctrina c. philosophia conjung. habita A. D. VII Maji, A. 1840, quum in acad. Rheno-Traject. liter. human. et philos. theoret. profess. solenni ritu auspicar. 1840. 8°. maj. » —,50.

Pr. v. Leliveld, περὶ ἀτίμιας. De infamia jure Attico. 1835. 8°. maj. » 3,60.

D. Jac. v. Lennep, Illustris Amstel. Athen. memorab., prodita deinceps orat. J. Pt. d'Orville in centes. Athen. natal. et D. Jac. v. Lennep in alt. Athen. saecul. Acced. it v. Lennepii in utramq. orat. annotat. 1832. 4°. maj. . . . . » 5,80.

Philosophorum Gr. vett., praesertim qui ante Platon. florner. oper. reliq. Rec. et illustr. Sim. Karsten. 1830—38. 8°. maj. Vol. I p. 1. 2. II. » 12.50.

Singulis sub titulis:

Xenophanis Coloph. carm. reliq. De vita ejus et stud. disser. fragm. explic. placita illustr. Sim. Karsten. 1830. . . . . . / 2,40.

Parmenidis Eleatae carm. reliq. ect. 1835. . . . . » 3,60

Empedoclis Agrigent. carm. reliq. ect. 1838. . . . . » 6,50.

Corn. Anne den Tex, Encyclopaedia Jurisprudentiae in us. Lection. Academ. 8°. maj. . . . . » 5,75.